Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

B 1,177,871

Digitized by Google



Digitized by Google

805
T46F6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6215

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Apollonium Rhodium, scripsit S. A. NABER	1—39.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	39.
Ad Procopium, scripsit H. VAN HERWERDEN	40—58.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	58.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIII pag. 397*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	59—72.
Amphidromia, scripsit J. VÜRTHEIM	73—78.
Minuciana, scripsit P. H. DAMSTÉ.	79—82.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	82.
De porticu Claudia, scripsit J. J. HARTMAN.	83—84.
Ad Ovid. Met. I, 712, scripsit W. WERFF.	84.
De Ciceronis Scholiasta Gronoviano, scripsit C. BRAKMAN I. F.	85—134.
Ad Aristoph. Ran. 1274, scripsit v. L.	134.
Platonica, scripsit H. VAN HERWERDEN	135—147.
Ad Lucretium et ad Taciti Dialogum, scripsit J. VAN WAGENINGEN	147—148.
Ad Theocritum, scripsit S. A. NABER	149—174.
Ad Aristoph. Ran. 27, scripsit v. L.	174.
Minuciana (*contin. e pag.* 82), scripsit P. H. DAMSTÉ . .	175—179.
Ad Aristoph. Ach. 504 et Nub. 559, scripsit v. L. . .	180.
Homerica (*contin. e Vol. XXXII pag. 450*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F..	181—223.
XXIV. Νηός quid est?	
XXV. Non finis belli Troiani in Iliade narratur sed initium.	
XXVI. Helenae encomium.	
Ad Iliadis B 672 et 865, scripsit v. L.	224.

161300

Digitized by Google

Pag.

Ad Callimachum, scripsit S. A. NABER . . . . . 225—239.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 239.

Ad Librum de Bello Africano, scripsit P. H. DAMSTÉ . . 240—250.

Ad Homeri X 126 sqq., scripsit v. L. . . . . 250.

Homerica (*contin. e pag. 223*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. 251—306.

XXVII. **De heroum Homericorum curribus bellicis.**
XXVIII. **De thoracis in carminibus Homericis usu.**
XXIX. **De Thetide Pelei uxore.**
XXX. **De nomine Achillis.**
XXXI. **De Iunone Troianis infesta.**

Ad Terent. Eunuch. III 5, 40, scripsit v. L. . . . . 306.

De Plutarchi studiis Latinis, scripsit J. J. HARTMAN . . 307—316.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 316.

Platonica (*contin. e pag. 147*), scripsit H. VAN HERWERDEN. 317—330.

ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ, scripsit H. v. H. . . . . 330.

Varia, scripsit H. J. POLAK. . . . . 331—338.

De Hymno quodam, scripsit P. H. DAMSTÉ . . . . . 339—344.

Ad scholion Hom. K 515, scripsit v. L. . . . . 344.

Apuleiana, scripsit C. BRAKMAN I. F. . . . . 345—360.

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 360.

Trifolium Horatianum, scripsit P. H. DAMSTÉ. . . . . 361—364.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag. 72*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL. . . . . 365—375.

ΚΟΛΑΑΒΟΙ — ΚΟΛΑΟΠΕΣ. Ad Lucianum, scripsit v. L. 375.

ΕΙCΙΛΙΟΝ — ΕΠΕΙCΙΟΝ, scripsit J. VÜRTHEIM . . . . 376—380.

Homerica (*contin. e pag. 306*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. 381—410.

XXXII. **Observationes criticae.**

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 410.

Thucydidea (*contin. e T. XXXIII pag. 441*), scripsit I. C. VOLLGRAFF . . . . . 411—429.

HC — ωC. Ad Odysseae ω 30, scripsit v. L. . . . . 429.

Caroli Gabrielis Cobet operum conspectus, scripsit S. A. NABER . . . . . 430—443.

Addenda et corrigenda ad Epistulas Cobeti, scripsit idem. 443—448.

Digitized by Google

AD APOLLONIUM RHODIUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Consentiens omnium vox est, navem qua vecti Argonautae in Colchidem tetenderunt, fuisse πεντηκόντορον necdum prisca aetas maiora navigia norat. Fuerint διήρεις Boeotorum naves, quas conscendissent κοῦροι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, Iliad. B 509, sed in septem Philoctetis navibus remiges erant quinquageni, B 719. Ipsa quoque Ulyssis navis πεντηκόντορος erat: audiamus ipsum poetam, κ 208:

αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
ἠρίθμεον, ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα·
τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδής,
κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα·
ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
βῆ δ' ἴμεναι, ἅμα τῷγε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι.

Itaque tunc supererant capita omnino $2 \times 23 = 46$ et, quum, Odyss. ι 288, 311 et 344, sex socii periissent in antro Polyphemi, apparet initio fuisse 52 numero, nimirum remiges quinquaginta cum gubernatore Ulysse, cf. κ 32 (aliter μ 217) et, uti credibile est, cum hortatore Eurylocho, nam in ea parte narrationis poeta sponte obliviscitur in terra Ciconum ex singulis navibus iam senos occubuisse, ι 60. Totidem capita Phaeacum navis habebat, qua Ulysses in patriam deductus est, cf. θ 48:

κούρω δὲ κριθέντε δύω καὶ πεντήκοντα
βήτην, ὡς ἐκέλευσ', ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Digitized by Google

Digitized by Google

6215

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Apollonium Rhodium, scripsit S. A. NABER	1—39.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	39.
Ad Procopium, scripsit H. VAN HERWERDEN	40—58.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	58.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIII pag. 397*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	59—72.
Amphidromia, scripsit J. VÜRTHEIM	73—78.
Minuciana, scripsit P. H. DAMSTÉ.	79—82.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	82.
De porticu Claudia, scripsit J. J. HARTMAN.	83—84.
Ad Ovid. Met. I, 712, scripsit W. WERFF.	84.
De Ciceronis Scholiasta Gronoviano, scripsit C. BRAKMAN I. F.	85—134.
Ad Aristoph. Ran. 1274, scripsit v. L.	134.
Platonica, scripsit H. VAN HERWERDEN	135—147.
Ad Lucretium et ad Taciti Dialogum, scripsit J. VAN WAGENINGEN	147—148.
Ad Theocritum, scripsit S. A. NABER	149—174.
Ad Aristoph. Ran. 27, scripsit v. L.	174.
Minuciana (*contin. e pag.* 82), scripsit P. H. DAMSTÉ . .	175—179.
Ad Aristoph. Ach. 504 et Nub. 559, scripsit v. L. . .	180.
Homerica (*contin. e Vol. XXXII pag. 450*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F..	181—223.
XXIV. Νηός quid est?	
XXV. Non finis belli Troiani in Iliade narratur sed initium.	
XXVI. Helenae encomium.	
Ad Iliadis B 672 et 865, scripsit v. L.	224.

161600

Digitized by Google

Pag.

Ad Callimachum, scripsit S. A. Naber . . . . . 225—239.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 239.

Ad Librum de Bello Africano, scripsit P. H. Damsté . . 240—250.

Ad Homeri X 126 sqq., scripsit v. L. . . . . 250.

Homerica (*contin. e pag. 223*), scripsit J. van Leeuwen J. f. 251—306.

XXVII. De heroum Homericorum curribus bellicis.
XXVIII. De thoracis in carminibus Homericis usu.
XXIX. De Thetide Pelei uxore.
XXX. De nomine Achillis.
XXXI. De Iunone Troianis infesta.

Ad Terent. Eunuch. III 5, 40, scripsit v. L. . . . . 306.

De Plutarchi studiis Latinis, scripsit J. J. Hartman . . 307—316.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 316.

Platonica (*contin. e pag. 147*), scripsit H. van Herwerden. 317—330.

ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ, scripsit H. v. H. . . . . 330.

Varia, scripsit H. J. Polak. . . . . 331—338.

De Hymno quodam, scripsit P. H. Damsté . . . . . 339—344.

Ad scholion Hom. K 515, scripsit v. L. . . . . 344.

Apuleiana, scripsit C. Brakman I. f. . . . . 345—360.

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 360.

Trifolium Horatianum, scripsit P. H. Damsté. . . . . 361—364.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag. 72*), scripsit J. C. Naber S. A. fil. . . . . 365—375.

ΚΟΛΑΑΒΟΙ — ΚΟΛΑΟΠΕΣ. Ad Lucianum, scripsit v. L. 375.

ΕΙCΙΛΙΟΝ — ΕΠΕΙCΙΟΝ, scripsit J. Vürtheim . . . . 376—380.

Homerica (*contin. e pag. 306*), scripsit J. van Leeuwen J. f. 381—410.

XXXII. Observationes criticae.

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 410.

Thucydidea (*contin. e T. XXXIII pag. 441*), scripsit I. C. Vollgraff. . . . . 411—429.

HC — ωC. Ad Odysseae ω 30, scripsit v. L. . . . . 429.

Caroli Gabrielis Cobet operum conspectus, scripsit S. A. Naber . . . . . 430—443.

Addenda et corrigenda ad Epistulas Cobeti, scripsit idem. 443—448.

Digitized by Google

AD APOLLONIUM RHODIUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Consentiens omnium vox est, navem qua vecti Argonautae in Colchidem tetenderunt, fuisse πεντηκόντορον necdum prisca aetas maiora navigia norat. Fuerint διήρεις Boeotorum naves, quas conscendissent κοῦροι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, Iliad. B 509, sed in septem Philoctetis navibus remiges erant quinquageni, B 719. Ipsa quoque Ulyssis navis πεντηκόντορος erat: audiamus ipsum poetam, κ 208:

αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
ἠρίθμεον, ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα·
τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδής,
κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα·
ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
βῆ δ' ἴμεναι, ἅμα τῷγε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι.

Itaque tunc supererant capita omnino $2 \times 23 = 46$ et, quum, Odyss. ι 288, 311 et 344, sex socii periissent in antro Polyphemi, apparet initio fuisse 52 numero, nimirum remiges quinquaginta cum gubernatore Ulysse, cf. κ 32 (aliter μ 217) et, uti credibile est, cum hortatore Eurylocho, nam in ea parte narrationis poeta sponte obliviscitur in terra Ciconum ex singulis navibus iam senos occubuisse, ι 60. Totidem capita Phaeacum navis habebat, qua Ulysses in patriam deductus est, cf. θ 48:

κούρω δὲ κριν θέντε δύω καὶ πεντήκοντα
βήτην, ὡς ἐκέλευσ', ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Digitized by Google

Nec mari tantum, sed etiam terra, idem numerus nescio quomodo placuit: Iliad. Δ 393 Tydeo Thebani insidias struxerunt:

ἄψ οἱ ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἶσαν ἄγοντες
κούρους πεντήκοντα· δύω δ' ἡγήτορες ἦσαν.

Morem secutus percenset Apollonius nomina quinquaginta heroum et unius, qui Iasonem sunt secuti, nempe ut essent quinquaginta remiges cum gubernatore Tiphy et hortatore Orpheo. In Indice, quem librarius codicis Laurentiani addidit, leguntur quidem Argonautarum nomina 56, sed error hic est non nimis difficilis ad explicandum. Primum additum est Thesei nomen, quem retentum fuisse novimus Ταιναρίην ὑπὸ χθόνα, ut est apud ipsum poetam α 102. Deinde minime credo ex mente Apollonii Hylam, qui Herculem comitaretur ἐσθλὸς ὀπάων, πρωθήβης ἰῶν τε φορεὺς φύλακός τε βιοῖο, ut legitur α 232, tractavisse remum. Neque hic erat pari cum reliquis honore ac dignitate, sed domino famulabatur, cf. α 1210. Denique non ab Iasone invitati, sed αὐτόματοι et supra numerum affuerunt Acastus et Argus, Peliae ipsius filii, cf. α 323; quocirca putaverim ipsum poetam in altera editione adiecisse versus α 224—227. Hinc fortasse postea fratrum patruelium praesentia ipsi Iasoni remigandi otium fecit; certe δ 209 cum Medea in puppi assidet gubernatori. Discrepat autem Apollodorus Biblioth. I 9. 16, qui aliquanto pauciora nomina habet et una cum reliquis profectam esse autumat Atalanten, quam poeta negat ac pernegat Iasonem recipere voluisse, ne quid iurgii oreretur ex virginis praesentia, cf. α 772. Apollonius autem, qui in aliis tam mirifice incuriosus est, circa numerum sociorum se diligentissimum praestitit. Polyphemus et Hercules — qui navi exierat Hylam quaesitum — in litore relicti fuerunt, α 1283. Deinceps mortem occubuerunt Idmon β 816, Tiphys β 854, Butes δ 914, Canthus δ 1485 et Mopsus δ 1502. In septem horum locum successere septem alii: Daileon, Autolycus et Phlogius β 956, cum quatuor Phrixi filiis β 1110. Addo Lyci regis filium receptum quidem fuisse β 814, sed dimissum δ 298; sequitur praeter ipsam Medeam et duodecim ancillas quas dederat Phaeacum rex Alcinous, navem cum totidem mortalibus rediisse in portum, quot habuisset in profectione, nam famulus Hylas οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Digitized by Google

Apollonius α 12 usurpavit adverbium αὐτοσχεδόν· est apud eum plurimus usus particularum in -δόν, veluti σχεδόν et αὐτοσχεδόν et παρασχεδόν, ἐγκλιδόν et παρακλιδόν, ἐπιξαδόν et διαξαδόν, διακριδόν et ἐπικριδόν, aliarum, quas enumerare nihil opus est; sed apud Merkelium in duobus adverbiis levis error est, quem sic aperiam. Comparativi sunt in Attica μείζων et μεῖζον, κρείσσων et κρεῖσσον, θάσσων et θᾶσσον, alii, qui semper et ubique apud Athenienses penultimam syllabam natura longam habent. Homerus in hisce Atticam consuetudinem sequitur itemque sequuntur reliqui poetae omnes itaque, quemadmodum apud eos θᾶσσον scribitur, scribendum est tum apud tragicos tum apud epicos poetas ἄσσον et apud Apollonium α 383, γ 17, 125 et 969 παρᾶσσον, non ἄσσον et παράσσον cum Merkelio. Scio quidem repugnare Herodiani doctrinam, qui π. μον. λέξ. p. 37. 10 μάσσον et ἄσσον unice probaverit, sed supra sanam rationem nihil est. Est certe admirabilis doctrina cum Herodiano μάσσον et ἄσσον scribere et tamen praeferre θᾶσσον. Sunt autem eius verba nonnihil depravata et aliquid lucis accipiunt ab Epim. Hom. Cram. Anecd. Oxon. Vol. I p. 42. 28: τίθεται ὀξεῖα, ἐπειδὴ οὐδέποτε πρὸ τῶν δύο συμφώνων τῶν αὐτῶν εὑρίσκεται φύσει μακρά, πλὴν μᾶλλον θᾶσσον. Num igitur penultima corripienda in eo quod est ἧττον? Accedit quod Herodianus cum aequalibus veram et sinceram Atticam uti et epicam pronunciationem neutiquam indagare potuerunt, sicubi deserta analogia nimis incerto aurium iudicio confidere vellent. Recesserunt autem ab eo usu Iones, qui cum Herodoto μέζων pronunciabant et κρέσσων et ἐσσοῦσθαι pro ἡττᾶσθαι, etiamsi fortasse, quod nunc non definio, a forma ἔσσων abstinuerint. Sequitur Ionice, sed Ionice tantummodo, scribendum esse ἄσσον et θάσσον· quin etiam, quoniam ea res plane nostri arbitrii est, analogia fida duce, τὸ μυριόλεκτον ΜΑΛΛΟΝ apud Herodotum rectius παροξυτόνως scribemus μάλλον, uti et θάσσον.

Legitur α 18 in omnibus libris:

νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί
Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσιν.

Merkelius qui non nisi raro et extrema necessitate coactus ab tradita scriptura recedit, hic tamen amplexus est Brunckii con-

Digitized by Google

iecturam ἐπικλείουσιν quam vix evitari posse scribit. Equidem non adsentior; brevi post sequitur, α 59:

Καινέα γὰρ ζωόν περ ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί
κενταύροισιν ὀλέσθαι,

et rectissime ita scribitur. Exclamat Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 107: „Quasi vero mortuus perire potuisset. Nemo non sentit quam absurde hoc dictum sit"; deinde periclitatur correctionem prorsus inutilem, nam revera Caeneus, quum invulnerabilis esset, ab Centauris obrutus lapidibus et arborum truncis *vivus* ad inferos detrusus est. Ipse hoc Apollonius sequentibus versibus narravit:

ἀλλ' ἄρρηκτος ἄκαμπτος ἐδύσετο νειόθι γαίης
θεινόμενος σιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσιν.

Secundum Ovidium Metam. XII 531 Caeneus in avem mutatus fuit, sed utram famam sequeris, perinde est: Caeneus ζωὸς ὤλετο. Vide quoque Orphei Argonaut. vs. 175.

Habet hoc Apollonius: quo melius fabulis suis fidem conciliet, saepissime asseverat quae narrat miracula non esse vetustate sepulta, sed memoriam ad sua usque tempora propagatam esse. Ex magno locorum numero aliquot excerpere iuvat:

α 591: τὴν δ' ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσιν.

α 1047: οὓς ἔτι πάντας
ἐνναέται τιμαῖς ἡρωίσι κυδαίνουσιν.

β 853: δοιὰ γὰρ οὖν κείνων ἔτι σήματα φαίνεται ἀνδρῶν.

Saepe legitur ἔτι νῦν, veluti α 1075, β 526 et δ 1770; saepius etiam ἔτι νῦν περ: α 644, 1061, β 1214, δ 480 et 599; itidem εἰσέτι νῦν: α 1354, β 717, 850, γ 203, cf. Callim. Hymn. IV 189 et de eo loco Schneider. I p. 304; uti et ἐξέτι κείνου β 782 et δ 430, cf. Callim. Hymn. II 47, 104 et de eo loco Schneider. I p. 188 et Kuiper. Callim. I p. 67 et 206. Quin et ἔτι interdum duplicatur:

β 43: τοῖος ἔην Διὸς υἱός, ἔτι χνοάοντας ἰούλους
ἀντέλλων, ἔτι φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν.

β 707: κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνός, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθώς.,

ubi fortasse malis: ἐπὶ πλοκάμοισι. Sic certe α 508:

ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδώς,

ante pedes posita est correctio: ἐνὶ φρεσί. Eodem modo Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 112 bene correxit

Digitized by Google

β 344: μὴ τλῆτ' οἰωνοῖο παρὲξ ἔτι νηὶ περῆσαι
et poetae suum reddidit ἐνὶ νηί. Sed iam satis apparere opinor eo loco a quo profecti sumus, non esse sollicitandam lectionem: οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί. Ubique Apollonius provocat ad veterum παράδοσιν· itidem α 8 quae de Iasone refert, refert ἑτεὴν κατὰ βάξιν, h. e. κατὰ τὸν ἀληθῆ καὶ ὀρθὸν λόγον.

Scholiasta haud raro arguit Apollonii in Homero imitando negligentiam, sed aliquoties in ea re modum excedit. Veluti legimus α 27 Orpheum ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ ποταμῶν τε ῥέεθρα. Hic in margine adnotatum est: τῇ τῶν ᾠδῶν εὐρυθμίᾳ· οὐκ εὖ δέ· ἡ γὰρ ἐνοπὴ καὶ ἐπὶ θορύβου τίθεται, ubi necessario legendum est: ἀεὶ ἐπὶ θορύβου. Nec tamen reputavit grammaticus quisquis ille fuit, provocare potuisse poetam ad Κ 13:

αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.

Similiter γ 971 sermo fit de abietibus, quae magno coorto vento κινύμεναι ὁμάδησαν ἀπείριτον. Improbat hoc scholiasta: ὁμάδησαν· κατεχρήσατο· ὅμαδος γὰρ κυρίως ἐπ' ἀνδρῶν, ὁμόαυδός τις ὤν. Absurda etymologia est et praeterea ipse Homerus: Ν 797: ἀργαλέων ἀνέμων describit ἄελλαν, quae θεσπεσίῳ ὁμάδῳ ἀλὶ μίσγεται. Nec magis improbaverim quod de bubus fabulosis legimus γ 1304: τώγε θοὴν Φλόγα Φυσιόωντες ἐκ στόματων ὁμάδευν.

Nec tamen minus plurima sunt in Argonauticis turpis incuriae exempla, quae alii aliquando recensebunt. Nunc autem me advertit barbara forma ἔλειπτο α 45, 824 et δ 1244. Nec melius est ἐκλήιζαι δ 990.

Hercules, α 129, aprum Erymanthium suis humeris Mycenas portavit et postquam in forum pervenit, δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων. Ferri hoc sane potest, sed quod enotatur ex Simplicio in Empedoclem p. 16: μεγάλων ἀπεσείσατο νώτων, habet quo se commendet.

Nemo facile feret quod legimus α 149 de Leda quae miserat Dioscuros ad Iasonem:

Digitized by Google

οὐδ' ἀπίθησεν
νισσομένοις· Ζηνὸς γὰρ ἐπάξια μήδετο λέκτρων.

Hic Herwerdenus quoque haesit l.l. p. 108 et duas protulit suspiciones:

οὐδ' ἀπίθησαν
νισσόμενοι,

vel, quod sane praestat:

οὐδ' ἀπίθησαν·
νισσομένοις γὰρ Ζηνὸς ἐπάξια μήδετο λέκτρων.

Equidem requiro ut appareat Dioscuros et ipsos gloriae cupidine incensos fuisse, quemadmodum de Ancaeo legimus eum pelle tectum et magna securi armatum Iolcum profectum esse, quum avus eius arma μυχάτῃ ἐνέκρυψε καλιῇ, αἴ κέν πως ἔτι καὶ τὸν ἐρητύσειε νέεσθαι. Gemini parent matri quod sane omni laude dignum, sed malim iuvenes videre ad expeditionem properantes et matrem proli metuentem precibus obtundentes. Hoc habebimus si rescripserimus:

οὐδ' ἀπίθησεν
λισσομένοις.

Reputabat enim quam nobili genere filii essent prognati, nec dubitanter iis morem gessit, sed ultro misit ad bellum, ὤρσεν, ut est vs. 147. Ferme ridiculum est repraesentare generosos adulescentes puerulorum instar matri obnoxios; verum reverenter rogata ipsa veniam dedit iusta petentibus.

Verba sunt Alcimedes Iasonis matris, α 283:

αἴθ' ὄφελον κεῖν' ἦμαρ ὅτ' ἐξειπόντος ἄκουσα
δειλὴ ἐγὼ Πελίαο κακὴν βασιλῆος ἐφετμήν,
αὐτίκ' ἀπὸ ψυχὴν μεθέμεν κηδέων τε λαθέσθαι,
ὄφρ' αὐτός με τεῇσι φίλαις ταρχύσαο χερσίν,
τέκνον ἐμόν· τὸ γὰρ οἷον ἔην ἔτι λοιπὸν ἐέλδωρ
ἐκ σέθεν· ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρια πέσσω.

Hic primum notabilis est usus indicativi post ὄφρα coniunctionem, quod unicum est apud Apollonium exemplum et rectissime se habet; sed quid tandem est θρεπτήρια πέσσειν? Quid mater dicere debeat, ex contextu dilucide apparet, sed poteritne πέσσειν dici eo sensu quo ἀπέχειν exspectamus? Recte interpretatur scholiasta: τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῶν τροφείων παρὰ σοῦ ἔχω.

Digitized by Google

Non nimis temerarium fuerit conicere: *ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρι' ὄπασσας.*

Non est silentio praetereunda constructio *οὐδ' ὅσον* in hisce:

α 290: *τὸ μὲν οὐδ' ὅσον οὐδ' ἐν ὀνείρῳ*
ὤϊσάμην, εἰ Φρίξος ἐμοὶ κακὸν ἔσσετ' ἀλύξας.

α 482: *υἷας Ἀλωϊάδας, οἷς οὐδ' ὅσον ἰσοφαρίζεις.*

β 181: *οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ.*

β 190: *ἐλείπετο δ' ἄλλοτε Φορβῆς*
οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε τυτθόν.

Eodem referendum:

β 1129: *τοὔνεκα νῦν ὑμέας γουναζόμεθ', αἶκε πίθοισθε,*
δοῦναι ὅσον τ' εἶλυμα περὶ χροός.

uti et δ 1271: *νῦν ἣ μὲν πέλαγός δε μετέσσυται, οἰόθι δ' ἅλμη*
ἄπλοος εἰλεῖται, γαίης ὕπερ ὅσσον ἔχουσα.

Addam quoque:

γ 854: *τοῦ δ' ἤτοι ἄνθος μὲν ὅσον πήχυιον ὕπερθεν*
χροιῇ Κωρυκίῳ ἴκελον κρόκῳ ἐξεφαάνθη.

et δ 1510: *οὐδ' ὁπόσον πήχυιον ἐς Ἄϊδα γίγνεται οἶμος.*

Cf. praeterea Callim. Hymn. I 64 et de eo loco Kuiper. Callim. I, 31.

Non probo elisionem neglectam α 366: *ἀποέκλυσεν*, α 821: *ἂψ ἀναερχομένους* cum Laur. 16, quod ductum est ex Iliad. Δ 392, β 18: *ἐπιέψεται*, γ 120: *ὑποϊσχανε*, γ 628: *ἐπιέτρεπον*, δ 169: *ὑποϊσχέται*, sed β 24: *ὑπίσχομαι*. Fortasse poeta imitatus est Odyss. ι 122: *καταΐσχεται*.

Quid sit *ναῦν ὑποζωννύναι* satis notum est, postquam Boeckhius *de Rebus Nauticis Atheniensium* p. 137 rem dilucide exposuit; ipse quoque idem argumentum attigi et quae hucusque nimis incerta videbantur, aliunde corroborare studui *Mnem.* 1878 p. 92 et 1895 p. 267. Remedium erat ad quod recurrebatur, si periculum erat ne navis vetustate fracta collaberetur: sic apud Horatium navigium sine *funibus* vix durare poterat imperiosum aequor, nam poeta generali nomine appellavit, quod quantum comperimus Romanis proprie *tormentum* erat; Graecis certe *ὑπόζωμα* est. Sed mirum est, quod Argonautae navigium

Digitized by Google

suum, quod non sine Palladis ope architectus construxerat, cinxerunt, antequam primum in mare demitteretur; diserta tamen verba sunt α 368:

ἔζωσαν πάμπρωτον ἐϋσρεΦεῖ ἔνδοθεν ὅπλῳ
τεινάμενοι ἑκάτερθεν.

Quod Boeckhius iam animadvertit, absurdum est adverbium ἔνδοθεν et Merkelius coniecit ἔμπεδον vel ἐνδυκές. Lenius fuerit ἔνδετον rescribere; vide verbum ἐνδεῖν prorsus eodem sensu usurpatum Arist. Acharn. 929:

ἔνδησον ὦ βέλτισε τῷ
ξένῳ καλῶς τὴν ἐμπολήν,

uti et vs. 905:

συκοΦάντην ἔξαγε
ὥσπερ κέραμον ἐνδησάμενος.

Adiectivum verbale ἔνδετος secundum analogiam formatum est, et, si quis hoc curat scire, quamquam proprie nihil ad rem facit, semel legitur in Anthologia Palatina. Ipsius verbi plurimus usus est in Platonis Phaedone.

Quod legitur α 372 κατὰ πρῴειραν, revocat mihi in memoriam quod Wolfius observavit, sat multa esse apud Homerum singularia et ἅπαξ εἰρημένα, quae itidem apud Apollonium semel omnino inveniantur. Verum hoc quidem est, sed, credo, fortuito factum, nam Seberi aliorumve index nondum poetae ad manus erat et, si multum operae insumsisset, ut Homerum penitus cognosceret, vix imitando tam turpiter labi potuisset. Wolfii locus est in Praefatione Novae Editionis p. XLIV.

Quod apparet α 395:

κληῖδας μὲν πρῶτα πάλῳ διεμοιρήσαντο
ἄνδρ' ἐντυναμένῳ δοιὼ μίαν,

in navi quinquaginta remorum, κληῖδες sive transtra erant viginti quinque numero et quot remi, tot erant socii navales. Hinc nulla erat semita, quae mediam navem a puppi ad proram dividit — Graeci διάβασιν appellabant, Franci *la coursie*; cf. *Mnem.* 1895 p. 267 et 1899 p. 294. Sequitur, cum ἀφέγαφος navis esset, nimium fuisse molestum a puppi per transtra pergere ad proram: experta hoc Medea est δ 1663:

ἡ δὲ πτύχα πορΦυρέοιο

Digitized by Google

προσχομένη πέπλοιο παρειάων ἑκάτερθεν
βήσετ' ἐπ' ἰκριόφιν· χειρὸς δέ ἑ χειρὶ μεμαρπὼς
Αἰσονίδης ἐκόμιζε διὰ κληῖδας ἰοῦσαν.

Erant autem ἴκρια tum in anteriore tum in posteriore navis parte: Homerus appellavit ἴκρια νηὸς πρῴρης λ 229 et ἴκρια νηὸς πρύμνης ν 74; hic in exiguo papilione commorabatur, uti suspicor, Medea; sed postquam in Cretae conspectum venerunt, adscendit in tabulatum, deinde eam Iason manu ducit ad proram. Est autem ἴκριον in prora intelligendum, unde Iason in terram desilit δ 80:

οὔπω πείσματα νηὸς ἐπ' ἠπείροιο περαίης
βάλλον, ὁ δὲ κραιπνοὺς χέρσῳ πόδας ἧκεν Ἰήσων
ὑψοῦ ἀπ' ἰκριόφιν.

Praeclara navis Argo fuit, qua remigando tantundem profici poterat quantum velificando: disertum est testimonium γ 345:

Ἴσον δ' ἐξ ἀνέμοιο θέει καὶ ὅτ' ἀνέρες αὐτοί
νωλεμέως χείρεσσιν ἐπισπέρχωσιν ἐρετμοῖς.

Sed possit quis mirari quomodo per integrum diem Argonautae remis operam dare potuerint, qui plus quam Herculeus labor est, quemadmodum exsecutus sum *Mnem.* 1895 p. 254, quum tamen legatur β 661:

ὅμως δ' ἐπὶ ἦματι νύκτα
νήνεμον ἀκαμάτῃσιν ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσιν.

Simile est quod legitur β 944; quin et maius est quod iubemur credere δ 1632:

ἐϋξέστῃσιν ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσιν
παννύχιοι καὶ ἐπ' ἦμαρ, ἐπ' ἦματι δ' αὖτις ἰοῦσαν
νύχθ' ἑτέρην.

Nec tamen famuli aderant, qui in opere succederent: omnia per semetipsos heroes praestare debebant, etiam servilia ministeria. Debent in talibus aliquam veritatis speciem servare poetae et revera servavit Apollonius; non enim omnes simul remigabant, sed dum dimidia sociorum pars ab opere cessabat, altera pars tonsis aequor verrebat. Videre hoc est β 1061, ubi docemur quomodo se tutati sint adversus Stymphalides aves:

ἀνθέμενοι κεφαλῇσιν ἀερσιλόφους τρυφαλείας,
ἡμίσεες μὲν ἔρεσσετ' ἀμοιβαδίς, ἡμίσεες δὲ
δούρασί τε ξυστοῖσι καὶ ἀσπίσιν ἄρσετε νῆα.

Digitized by Google

Item adversus Colchos δ 199:

ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηὸς ἀμοιβαδὶς ἀνέρος ἀνήρ
ἐζόμενος πηδοῖσιν ἐρέσσετε· τοὶ δὲ βοείας
ἀσπίδας ἡμίσεες, δῄων θοὸν ἔχμα βολάων,
προσχόμενοι νόςῳ ἐπαμύνετε.

Hinc quoque apparet quod dixi, navem non habuisse κατάςρωμα. Etiam ex mente poetae non valde magnum navigium erat; etenim de Hercule legimus α 533:

ἄγχι δέ οἱ ῥόπαλον θέτο, καί οἱ ἔνερθεν
ποσσὶν ὑπεκλύσθη νηὸς τρόπις.

Idem commonstrat α 379.

Ostendi, certe ostendisse mihi videor, in *Quaestionibus Homericis* p. 87 sqq., quando post dativum sequi debeat dativus cum infinitivo, quando accusativus et paucos locos repugnantes in ordinem cogere conatus sum. Deinde explicatius de hoc locutionis genere dixi ad Xenophontem *Mnem.* 1893 p. 1 itemque plurimos locos Dionysii Halicarnassensis examinavi *Mnem.* 1902 p. 145. Discrimen apertum est. Quod in Anabasi legitur, ut simplex afferam exemplum: παραγγέλλει τῷ Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ ςράτευμα *Anab.* I 2. 1 significat: ἐπειδὴ Κλεάρχος ἔλαβεν ὅσον ἦν αὐτῷ ςράτευμα, παραγγέλλει ὁ Κῦρος αὐτῷ ἥκειν, quod absurdum est; sed scribe λαβόντα et dicet Xenophon Cyrum iussisse Clearchum λαβεῖν ὅσον ἦν αὐτῷ ςράτευμα ΚΑΙ ἥκειν. Innumeri loci eam explicationem probabunt, quam sana ratio confirmat. Non deflectit ab eo usu Apollonius quem etiam ex Homero nosse poterat, apud quem v. c. rectissime scribitur A 541:

αἰεί τοι Φίλον ἐςίν, ἐμεῖ' ἄπο νόσφιν ἐόντα
κρυπτάδια Φρονέοντα δικαζέμεν.

Item Apollonius

α 441: ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
ἐνθάδε κῶας ἄγοντας.

α 868: αὖθι δ' ἔαδεν
ναίοντας λιπαρὴν ἄροσιν Λήμνοιο ταμέσθαι.

α 1318: Ἄργει οἱ μοῖρ' ἐςὶν ἀτασθάλῳ Εὐρυσθῆϊ
ἐκπλῆσαι μογέοντα δυώδεκα πάντας ἀέθλους·

γ 800: ἦ τ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη

Digitized by Google

τῇδ' αὐτῇ ἐν νυκτὶ λιπεῖν βίον ἐν θαλάμοισιν
πότμῳ ἀνωίστῳ, κάκ' ἐλέγχεα πάντα φυγοῦσαν.
δ 1255: ἤ τ' ἂν καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν ἰοῦσιν
βέλτερον ἦν μέγα δή τι μενοινώοντας ὀλέσθαι.
δ 1263: πάρα δ' ἄμμι τὰ κύντατα πημανθῆναι
τῇ δ' ὑπ' ἐρημαίῃ πεπτηότας.

Unum locum observavi qui fortasse corrigendus est:

γ 1062: νίσσεο δ' ἔμπης
ἦ φίλον ἦ τοὶ ἔπειτα ἀφορμηθέντι νέεσθαι,

ubi praestare dixerim ἀφορμηθέντα, coll. β 12.

Figura est quam μετάθεσιν rhetores appellant, cuius exempla sunt apud Apollonium α 492: χώετ' ἐνιπτάζων pro χωόμενος ἐνίπταζεν et β 190: ἵνα ζώων ἀκάχοιτο pro ἵν' ἀκαχήμενος ζῴη. Apparet poetam Homerum imitari, cuius versiculi sunt Iliad. Τ 335:

ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' ὀίομαι ἢ κατὰ πάμπαν
τεθνάμεν', ἢ ποθι τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκαχῆσθαι.

Iliad. Θ 207 Zenodotus ediderat:

αὐτόθι κ' ἔνθα κάθοιτ' ἀκαχήμενος οἷος ἐν Ἴδῃ.

Aristarchus autem: ἔνθ' ἀκάχοιτο καθήμενος. Idem dissensus est Θ 526, ubi Zenodotus scripsit:

ἔλπομαι εὐχόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν
ἐξελάειν ἐνθένδε κύνας κήρεσσι Φορητούς.

Aristarchus autem: εὔχομαι ἐλπόμενος. Ac nunc quidem omnes invicto argumento permoti, spreta Aristarchi auctoritate Zenodotum sequimur.

α 539: οἳ δ' ὣς' ἠΐθεοι Φοίβῳ χορόν — —
σησάμενοι Φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ
ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν.

Scripsit haec Apollonius memor, uti opinor, Iliad. Σ 571:

τὰ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἔποντο.

Deinde, post pauca, vs. 599:

οἳ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισαμένοισι πόδεσσιν

et vs. 602:

ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ σίχας ἀλλήλοισι.

Digitized by Google

Hic quod olim suspicatus sum verum esse ῥήξασκον, id ipsum paene dixerim Apollonium in suo codice invenisse, cf. Leeuw. *Enchirid.* p. 528. Aoristus θρέξαι apud veteres inauditus est; legitur autem παραθρέξαντος apud Apollonium γ 955 et διαθρέξασα ap. Callim. Hymn. V 23.

Quam imperite Apollonius pronomina, praesertim possessiva, inter se confundere soleat, non opus est curiose persequi, nam res est in vulgus nota. Veluti σφωΐτερος et σφέτερος secundae personae et omnium numerorum fiunt; vide v. c. δ 1327:

δή ῥα τότε σφετέρῃ ἀπὸ μητέρι τίνετ' ἀμοιβήν,

ubi pronomen planissime idem valet quod ὑμετέρῃ. Item β 226:

ἀλλά κε ῥεῖα
αὐτὸν ἐὸν λελάθοιμι νόον δόρποιο μεμηλώς,

ubi ἐὸν pro ἐμόν scholiasta in suo libro invenit, nec pudendum vitium corrigendum est, nam eodem modo, hoc est perquam ridicule, scribitur δ 1015:

μὴ δέ με Κόλχοις
ἐκδώῃς ᾧ πατρὶ κομιζέμεν.

Sed librarii vitium latet α 666:

τοῦ γάρ τε καὶ εἵνεκα δεῦρο κάλεσσα,

ubi reponendum τοῦ γάρ σφε. Item β 389:

τῷ καί τε φίλα φρονέων ἀγορεύω
ἰσχέμεν.

legam: τῷ καί σφε. Sed nemo plura requiret in re minime dubia. Licebat poetae quod omnibus licet et poterat uti aequalium dialecto, quantumvis ea deflexisset ab veterum usu: est hoc ius quod omnes usurpamus; sed dum imitando conatur exprimere epicam dialectum, suam prodit inscitiam et merito contemnitur.

Legitur in libris α 671:

τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἐδριόωντο,
ἀδμῆτες λευκῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις,

sed quum canae virgines nimis ridicule dicerentur, Passovius correxit ἐπιχνοαούσῃ, quod mihi quidem non arridet, nam vetula iam descripta fuerat ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσιν et βάκτρῳ ἐρείδομένη itaque nunc requiro ut de virginibus quoque earumque

Digitized by Google

habitu aliquid addatur. Ipsum quoque verbum ἐπιχνοάειν de anu minus bene usurpabitur, nam χνοῦς tenellae aetatulae proprius est, veluti β 43: ἔτι χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλων et β 779: ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰούλους. Fortasse verum est: πλεκτῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις, sicuti πλεκταὶ πλοκαμῖδες in Anthologia occurrunt et alia coniicere facile est; sed quid proderit? Lanugo *iubarum* tamen risum movet et etiamsi Pindarus iam hominibus ἐθείρας tribuerit, is qui Homerum imitatur, equabus rectius quam virginibus iubas dederit. Sed metuo ne ineptus fiam carpendo ea quae hodie neminem fugere poterunt, quum praesertim aliquid praesidii sit in Odyss. π 176, ad quem locum consule Batavos editores.

Improprie dictum est α 696:

εἴ κεν ἐπιτρέψητε δόμους καὶ ληΐδα πᾶσαν
ὑμετέρην ξείνοισι καὶ ἀγλαὸν ἄρυ μέλεσθαι.

Aut fallor aut omnino requiritur νέμεσθαι, quo sensu Homerus cecinit Odyss. υ 336:

ὄφρα σὺ μὲν χαίρων πατρώια πάντα νέμηαι.

Circa idem verbum erratur γ 1172:

εὔκηλοι ἐμέλοντο περὶ σφίσιν,

quod secundum scholiastam ipsius poetae vitium est. Conferendi loci sunt:

δ 491: ἤδη δὲ καὶ ἀμφ' αὐτοῖο μέλοντο

et β 376: τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

De Callimachi usu Kuiperus dixit I p. 46.

α 724: τῆς μὲν ῥηΐτερόν κεν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα
ὄσσε βάλοις ἢ κεῖνο μεταβλέψειας ἔρευθος

Nonne verum est καταβλέψειας?

Describitur Iasonis paludamentum α 730:

ἐν μὲν ἔσαν Κύκλωπες ἐπ' ἀφθίτῳ ἥμενοι ἔργῳ
Ζηνὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι.

Quam absonum est repraesentare Cyclopes, dum ardente officina in opere occupati sunt, *sedentes*! Sic plurima sunt quae mihi quidem egregie displicent, etiamsi Apollonius cum Aeschylo peccaverit; cf. Spanhem. p. 204 ad Callim. Hymn. III 49, veluti α 573:

Digitized by Google

τοὶ δὲ βαθείης
ἰχθύες ἀΐσσοντες ὕπερθ' ἁλός, ἄμμιγα παύροις
ἄπλετοι.

Quam prosaice poeta profitetur, α 1220, se digressiones odisse:

ἀλλὰ τὰ μὲν τηλοῦ κεν ἀποπλάγξειεν ἀοιδῆς.

Quid si immortalis dea defatigatur δ 779:

ὄφρα δὲ καὶ τῷ
ἀγγελίην Φαμένη θοὰ γούνατα παῦσεν ὁδοῖο.

Talia imprimis subit mirari, cum reputem quam sedulo in Homero Alexandrini grammatici notarint, si quid ipsorum iudicio ἀπρεπές videretur; dixit luculenter de eo argumento Cobetus *Miscell. Crit.* p. 225. Unum est eiusmodi quod apud Apollonium ab iis animadversum fuit: Hylas puer exit navi aquatum α 1207: ἀπρεπὲς δὲ, uti scholiastae visum est, νεανίαν ὑδρίαν βαστάζειν· Ὅμηρος δὲ πρεπόντως παρθένον. Quales illi fuerunt homunciones! Cf. Schneider. ad Callim. fragm. 546.

Etiam Phrixus cum ariete in paludamento repraesentatus fuit, α 767:

κείνους κ' εἰσορόων ἀκέοις ψεύδοιό τε θυμόν,
ἐλπόμενος πυκινήν τιν' ἀπὸ σφείων ἐσακοῦσαι
βάξιν· ὃ καὶ δηρόν περ ἐπ' ἐλπίδι θηήσαιο.

Mitto absurdum ἀκέοις, sed in postremo versu particulam desidero et rescribam:

ὅ κεν δηρόν περ ἐπ' ἐλπίδι θηήσαιο.

α 782:

καί ῥ' ὅτε δὴ πυλέων τε καὶ ἄστεος ἐντὸς ἔβησαν.

Contextus flagitat singularem numerum itaque reposuerim ἔβαινεν, sicuti praec. vs. itidem imperfectum est ἤιεν, cf. vs. 910.

Herculis vox est socios adhortantis ne Lemni inutiliter tempus terere velint, α 872:

ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα.

Hic quantum video Apollonius cum Homero accurate distinxit inter singularem et pluralem numerum et omnino praefero ἕκαστος. Contra plurali numero recte γ 824:

κίνοντο δ' ἀνὰ πτολίεθρον ἕκαστοι,

Digitized by Google

nam alii aliis maturius de lecto surgere solent, quod ipse etiam poeta indicat β 165.

Imprimis in comparationibus Homerico more coniunctio ὅτε apud Apollonium frequenter cum coniunctivo modo coniungitur. Excipitur α 879:

ὡς δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μέλισσαι.

sed omnino assumenda lectio est Guelferbytani Codicis περιβρομέωσι. Itidem δ 1299:

ὡς δ' ὅτ' ἐρημαῖοι πεπτηότες ἔκτοθι πέτρης
χηραμοῦ ἀπτῆνες λιγέα κλάζουσι νεοσσοί,
ἢ ὅτε καλὰ νάοντος ἐπ' ὀφρύσι Πακτωλοῖο
κύκνοι κινήσωσιν ἐὸν μέλος.

Quemadmodum est κινήσωσι, itidem requiro κλάζωσι. Porro δ 1287:

ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
αἵματι καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται,
ἠὲ καὶ ἠέλιος μέσῳ ἤματι νύκτ' ἐπάγῃσιν
οὐρανόθεν, τὰ δὲ λαμπρὰ δι' ἠέρος ἄστρα φαείνοι,

reponere possis φαείνῃ, sed ab codice Guelferbytano gratus accipio indicativum φαείνει, sicuti Homerus loqui solet itemque Apollonius eo loco quem modo laudebam δ 1299 post κύκνοι κινήσωσιν, poeta indicativum infert: ἀμφὶ δὲ λειμὼν ἐρσήεις βρέμεται. Turpius est α 335: ὅτε μοῦνον ἐπιπνεύσουσιν ἀῆται, quod etiam puer correxerit: ἐπιπνεύσωσιν, nam πνεύσειν pro πνεύσεσθαι barbarum est.

Odoror leve vitium levi opera sanandum α 951:

τοὺς δ' οὔτι καὶ ἔκπαγλοί περ ἐόντες
Γηγενέες σίνοντο Ποσειδάωνος ἀρωγῇ.

Imo: Ποσειδάωνος ἀνωγῇ. Cf. α 1134:

ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ
σκαίροντες βήταρμον ἐνόπλιον εἰλίσσοντο,

uti et β 556:

οἱ δ' ὑπ' ἀνωγῇ
Τίφυος Ἀγνιάδαο θελήμονα ποιήσαντο
εἰρεσίην.

Denique de etesiis legitur β 429:

Digitized by Google

αἵ τ' ἀνὰ πᾶσαν
γαῖαν ὅμως τοιῇδε Διὸς πνείουσιν ἀνωγῇ,

ita recte, sed in duobus optimis libris perperam scribitur ἀρωγῇ.

Quantum video, bene se habet α 972:

Ἶσόν που κἀκείνῳ ἐπισαχύεσκον ἴουλοι.

Scio quidem Romanos aliter loqui qui *succrescere* dicant, sed quantum mihi comparuit, eo sensu Graeci perpetuo praepositionem ἐπί usurpant iisque ἐπιφῦναι dicere consuetum est. Quocirca iam olim Odyss. υ 212 malui:

οὐδέ κεν ἄλλως
ἀνδρί γ' ἐπισαχύοιτο βοῶν γένος εὐρυμετώπων,

quam vulgatam lectionem ὑποσαχύοιτο, cf. *Mnem.* 1891 p. 324. Est praeterea apud Apollonium compositum ἀνασαχύειν γ 1354 et δ 271.

α 1034: ὁ δ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἑλυσθείς
μοῖραν ἀνέπλησεν.

Malo ἐπὶ ψαμάθοισιν cum Iliad. Ψ 853, alibi. Eadem correctione utere β 36:

Ἶζον ἐοὺς δίχα πάντας ἐνὶ ψαμάθοισιν ἑταίρους.

α 1105: ὦρσε δ' ἑταίρους
πάντας ἐπισπέρχων καί τε σφισιν ἐγρομένοισιν
Ἀμπυκίδεω Μόψοιο θεοπροπίας ἀγόρευεν.

Nonne verius est ἀγρομένοισιν?

α 1184: τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήια δινεύεσκον.

Quoniam hoc neque obscurum est nec tamen rei crebro fit apud veteres mentio, describam scholiastae verba, quem hodie non nisi pauci consulere solent: τὸ δὲ δινεύεσκον ἀντὶ τοῦ ἔσρεφον, παρέτριβον· τὰ γὰρ ξύλα παρέτριβον καὶ ἀπ' αὐτῶν πῦρ ἔλκβον. πυρήια γὰρ ταῦτά φησι τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾶν, ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον ὃ καλεῖται σορεύς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ σορεῖ σρέφουσιν. Στορεύς quantum novi alibi non legitur. Praeterea cf. Casaub. ad Theocr. p. 133 Rsk.

Digitized by Google

α 1229: ἡ δὲ νέον κρήνης ἀνεδύσετο καλλιναίοιο
νύμφη ἐφυδατίη.

Fuerat, credo, ὑφυδατίη, hinc vs. 1239 Hylam μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ. Similiter fortasse corrigendum Callim. Hymn. II 109.

Madvigius in *Adversariis* I p. 178 docte examinavit quodnam infinitivi tempus de re futura adhiberi debeat post verba ἐλπίζειν et ἔλπομαι et ἔολπα et ἐν ἐλπίδι εἶναι. Ex Apollonio quatuor futuri temporis locos enotavit, aoristi unum eumque, uti ei visum est, non firmum, nempe α 1342:

ἔολπα δέ τοι σὲ καὶ ἄλλῳ
ἀμφ' ἐμεῦ, εἰ τοιόνδε πέλοι ποτέ, δηρίσασθαι.

Sed ne quis de sinceritate lectionis dubitet, pauca exempla accedant:

α 766: ἐλπόμενος πυκινήν τιν' ἀπὸ σφείων ἐσακοῦσαι
βάξιν.

β 319: τάων οὔτινά φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι.

δ 774: ἔλπομαι οὐκ ἐπὶ δήν σε βαρὺν χόλον Αἰήταο
ἐκφυγέειν.

Nec tamen minus legimus δ 1379:

ἴχνια δ' ἡμῖν
σημανέειν τιν' ἔολπα μυχὸν καθύπερθε θαλάσσης.

Alios locos eosque corruptos Madvigius facili opera corrigere potuit p. 172, nam, uti fit, in aoristo et futuro saepe est discrimen unius literulae. Unum locum tuetur Madvigius, in quo ipsius poetae incogitantiam non possum non agnoscere, γ 766:

φῇ δέ οἱ ἄλλοτε μὲν θελκτήρια φάρμακα ταύρων
δωσέμεν, ἄλλοτε δ' οὔτι· καταφθῖσθαι δὲ καὶ αὐτήν·
ἄλλοτε δ' οὔτ' αὐτὴν θανέειν, οὐ φάρμακα δώσειν.

Sed Madvigius quum, ut ipse profitetur, Apollonium celeri cursu pervolutaret, ad longe maximum vitiorum numerum non attendit indeque haud semel pro poeta librarios incusat vel cavillando efficere studet ut ne prave dictum appareat.

Ἄπαξ εἰρημένον offendimus β 30:

ἔνθ' ἀπὸ Τυνδαρίδης μὲν ἐΰξιπτον θέτο φᾶρος
λεπταλέον.

Digitized by Google

Interpretatur scholiasta: *εὔϛιπτον· εὐπίλητον, παρὰ τὸ ϛείβω, ὅθεν καὶ ϛιβὰς καὶ ϛιβεῖς οἱ κναφεῖς.* Esto hoc; sed nonne pugnant *εὔϛιπτον* et *λεπταλέον*? Verius fuerit adiectivum *εὔϛικτον*, quod apud Oppianum recurrit. Coloribus variegatam vestem Lemnia dederat.

Ipse mihi ridiculus interdum videor, dum tantum operae insumo ut mediocre carmen primum cognoscam, deinde perpolire suscipiam. Veluti Amycus exoritur β 32:

ὁ δ' ἐρεμνὴν δίπτυχα λώπην
αὐτῇϭιν περόνῃϭι καλαύροπά τε τρηχεῖαν
κάββαλε, τὴν Φορέεσκεν.

Quod poeta praepositionem *σύν* omisit, non improbandum et sic saepe amat dicere; exempla si requires, invenies α 502, 801, 823; β 611, 749, 988; γ 96, 373, alibi fortasse. Sed quam est praepostere dictum pugilem *simul cum fibulis* exuisse vestem, quasi nudo corpori potuissent adhaerescere.

Saepe dixeris Apollonii nihil prorsus interesse ponatne indicativum an coniunctivum vel optativum; veluti est β 46:

πῆλε δὲ χεῖρας
πειράζων, εἴθ' ὡς πρὶν ἐϋτρόχαλοι Φορεόνται,
μηδ' ἄμυδις καμάτῳ τε καὶ εἰρεσίῃ βαρύθοιεν.,

hic nihil necesse est *Φορέοιντο* reponere. Supra habebamus β 17:

εἰ δ' ἂν ἀπηλεγέοντες ἐμὰς πατέοιτε θέμιϭας,
ἤ κέν τις ϭυγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη,

tam facile quam inutile est coniicere *πατέητε*.

Missis barbaris formis *ᾔδειν* = *sciebant* et *ἐρήρεινται* et *ἠρήρειν* δ 947 aliisque quam plurimis, de quibus Herwerdenus adnotavit *Mnem.* 1883 p. 111, venio nunc ad β 74:

ὣϛ ὅγε Τυνδαρίδην Φοβέων ἔπετο.

Ita est; nondum norat poeta quid *Φόβος* et *Φοβεῖν* et *Φοβεῖϭθαι* apud Homerum significarent; vide modo β 123, 176, 552, 607, 646; γ 542, 636; δ 11, 13, 48, 149, 317. Raro recte, veluti

β 127: *λευγαλέως Βέβρυκας ὑπερΦιάλους ἐΦόβηϭαν.*

δ 23: *εἰ μή μιν Φρίξοιο θεὰ ϭὺν παιϭὶ Φέβεϭθαι*
ὦρϭεν.

Digitized by Google

Talia diligenter adnotando hoc habebimus ut intelligamus quale Augiae stabulum Aristarcho perpurgandum fuerit. Ceterum φύζα recte usurpatum est δ 5.

Olim emendare studui Iliad. Λ 620:

τοὶ δ' ἰδρό' ἀπεψύχοντο χιτώνων,

quod quum mihi absurde dictum videretur, coll. vs. 812:

κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἰδρώς
ὤμων καὶ κεφαλῆς,

reposui ἀπεψύχοντο μετώπων. Hanc suspicionem confirmabit Apollonius β 86:

ςάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπων
ἰδρῶ ἅλις.

Item Quintus Smyrnaeus IV 270:

ἐκ δὲ μετώπων
χερσὶν ἄδην μόρξαντο κατεσσύμενόν περ ἰδρῶτα.

et IV 374:

μορξάμενοι σπόγγοισι πολυτρήτοισι μέτωπα.

Itidem adscribam δ 655:

ψηΦῖσιν ἀπωμόρξαντο καμόντες
ἰδρῶ ἅλις,

eumque lapillorum usum illustrabant noti versiculi:

τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἀπομάξαι λίθοι,
ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι τέτταρες.

Non video quomodo praesens tempus tuear β 186:

ὅσσα οἱ αἰεί
θέσΦατα πευθόμενοι περιναιέται οἴκαδ' ἄγουσι.

Etenim requiro: πευσόμενοι, cf. δ 531.

β 262: τὼ μὲν ἔπειθ' ὅρκοισιν ἀλαλκέμεναι μενέαινον.

Haec cum neutiquam possint ferri, Schneiderus correxit ἐπεί θ' ὤρκωσαν· secundum Merkelium ἔπειτα nunc miro modo cum tertio casu constructum est, sicuti est α 425: ἅμ' εὐχωλῇ et δ 1601: ἅμα δ' εὐχωλῇσιν. Et hoc quidem prorsus incredibile est; incideram equidem in:

τὼ μὲν ἔπειτ' ἀόρεσσιν ἀλαλκέμεναι μενέαινον.,

quum mox sequatur:

Digitized by Google

ἐγγύθι δ' ἄμφω
ϛῆσαν, ἵνα ξιΦέεσσιν ἐπεσσυμένας ἐλάσειαν.

Sic apud Homerum ὀάρεσσιν est Iliad. E 486.

Facit Apollonius quod ubique facit vel certe sibi videtur facere et β 144 Homerum imitatur:

καὶ δή τις ἔπος μετὰ τοῖσιν ἔειπεν.,

deinde post pauca sequitur vs. 154: ὣς ἄρ' ἔΦη. Itaque non animadvertit apud Homerum perpetuo sequi *sive* pluralem numerum, B 271: ὧδε δέ τις εἶκεσκε et ὣς Φάσαν ἡ πληθύς, θ 333: ὧδέ δε τις εἶπεσκε et ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, adde κ 46, 675 et Φ 404, *sive* B 333: ὧδε δέ τις εἶπεσκε ac deinde ὣς ἄρα τις εἶπεσκε eodemque modo X 375; sed simplex ὣς ἄρ' ἔΦη apud Maeonium alitem hoc modo non invenitur in clausula. Alibi Apollonius multo rectius, α 247: ὧδε δ' ἕκαϛος ἔννεπεν et ὣς Φάσαν ἔνθα καὶ ἔνθα, sed perperam δ 1461: καὶ πού τις — εἶπεν, deinde nil nisi ἤ, nam, quod nullo negotio sentiri potest, aut plurali numero opus est, aut iterandum est indefinitum pronomen. Sed longe peius est quod sine ullo sensu continuo sequitur β 145:

Φράζεσθ', ὅττι κεν ἧσιν ἀναλκείῃσίν ἔρεξαν,
εἴ πως Ἡρακλῆα θεὸς καὶ δεῦρο κόμισσεν.

Non tales se praestiterant Bebryces, ut eos ἀνάλκιδας diceres; hinc iam Ruhnkenius tentavit ἧϛιν ἀτασθαλίῃσιν· Merkelius nescio quo modo maluit ἀγηνορίῃϛιν. Poterit probari Ruhnkenianum inventum, sed facilius erit reponere ἀναιδείῃσιν.

β 173: ἔνθα μὲν ἡλιβάτῳ ἐναλίγκιον οὔρεϊ κῦμα
ἀμΦέρεται προπάροιθεν ἐπαΐσσοντι ἐοικός,
αἰὲν ὑπὲρ νεΦέων ἠερμένον, οὐδέ κε Φαίης
Φεύξεσθαι κακὸν οἶτον, ἐπεὶ μάλα μεσσόθι νηός
λαβρὸν ἐπικρέμαται ὑπερηρεΦές.

Hyperbola est vix ferenda in illo ὑπὲρ νεΦέων, quae imprimis intolerabilis erit, si cum codicibus pro ὑπερηρεΦές quod Merkelius edidit, leges ὑπὲρ νέΦεος vel ὑπὲρ νέΦος vel καθάπερ νέΦος. Observavit hoc Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 110 indeque verum esse suspicatus est: ὑπὲρ νηῶν vel τοίχων vel πρῴρης. Lenius autem rescripseris: ὑπὲρ λαιΦέων. De synizesi in vulgato

Digitized by Google

Homeri textu vide Leeuwenium *Enchirid.* p. 48. Apud Apollonium invenio β 903: λαιφέων πεπταμένων τέμνον πλόον.

Admirabile poetam eundem et doctum grammaticum numquam didicisse quomodo duas correlativorum species distingueret. Haud abs re alienum esse arbitror quaedam exempla describere, ut unusquisque existimare possit quam penitus imperiti veteris sermonis illi Alexandrini fuerint. Legitur β 404:

ἄλσος τε σκιόεν Ἄρεως, τόθι κῶας ἐπ' ἄκρης
πεπταμένον φηγοῖο δράκων, τέρας αἰνὸν ἰδέσθαι,
ἀμφὶς ὀπιπεύει δεδοκημένος.,

item β 1269:

ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση
τοῖο θεοῦ, τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων.,

item γ 575:

νόσφιν ἑοῖο δόμου, τόθι περ καὶ προσθε κάθιζον.,

item δ 990: Δρεπάνη τόθεν ἐκλήισαι
οὔνομα Φαιήκων ἱερὴ τροφός.

Similiter τόφρα pro ὄφρα usurpatur γ 807:

ἴετο δ' ἦγε
φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα τόφρα πάσαιτο,

quod vitium scholiastae reprehensionem non effugit. Peius etiam est δ 1487:

εἵπετο δ' ἀνὴρ
αὐλίτης, ὅ σ' ἐῶν μήλων πέρι, τόφρ' ἐτάροισιν
δευομένοις κομίσειας, ἀλεξόμενος κατέπεφνεν.

Recte respondet τόφρα praecedenti ὄφρα δ 780 itemque recte distinguitur inter τῆμος et ἦμος β 518 et γ 1340, sed poeta saepius a recta via aberrat, veluti γ 696:

ἄτλητος ἐπέκλυσε θυμὸν ἀνίη
δείματι, τοῖ' ἐσάκουσεν,

quum tamen brevi post scripserit quod debuit γ 711:

δαιμονίη, τί νύ τοι ῥέξω ἄκος, οἷ' ἀγορεύεις.

Sed imprimis pervulgatus error est Graeculorum τέως et ἕως confundentium, qua de re cum cura Cobetus dixit *Mnem.* 1875 p. 275 et post Cobetum et alios bene multos Leeuwenius *Enchir.* p. 551 sqq. Apud Apollonium inveni:

γ 1326: οἱ δ' εἵως μὲν δὴ περιώσια θυμαίνεσκον.,

Digitized by Google

et δ 821: τείως κεν ἵκωνται
Φαιήκων λιμένας.
Sed α 640 recte, nisi fallor, legitur τείως non εἵως et miror quod scholiasta in longiore sententia τὸ ἀνακόλουθον non agnovit. Dixeris quacumque tandem de causa hominem odisse poetam. Ceterum similiter peccat Callimachus Hymn. I 64, II, 81, 94; III 114; cf. Kuiper. I p. 171.

Postquam ad Symplegadas perventum est, vident Argonautae ut rupes collidantur; tum magno cum fragore omnia mari miscentur et, β 571,
νῆα δ' ἔπειτα πέριξ εἵλει ῥόος.
Deinde Tiphys socios iubet incumbere remis magnusque eos timor invadit,
ὅφρα μιν αὐτὴ
πλημμυρὶς παλίνορσος ἀνερχομένη κατένεικεν
εἴσω πετράων.
Hic me advertit adverbium πέριξ, nec sane turbinis instar navis circumacta fuit, quod argueret gubernatoris imperitiam nec sine omnium pernicie fieri poterat, sed reiecta fuit nec cursum tenere potuit, quum ingentes fluctus cum magna vi aquarum retro volverentur. Simile quid paulo ante iam evenerat, vs. 551:
δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν
νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ Φόβῳ προτέρωσε νέοντο.
Quod ratio flagitat, obtinebimus scribendo:
νῆα δ' ἔπειτα παρὲξ εἵλει ῥόος.
Haud dissimiliter in Odyssea ι 488:
τὴν δ' αἶψ' ἠπειρόνδε παλιρρόθιον Φέρε κῦμα
πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο, θέμωσε δὲ χέρσον ἰκέσθαι.
αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κόντον
ὦσα παρέξ.
Multum amat Apollonius conduplicatas praepositiones: ὑπέξ, διέξ, παρέξ, ὑπεκπρό al.

In sequentibus aliquid difficultatis superest: magna mole aquarum ingruente navis fertur sublimis, deinde Euphemus — iussu credo gubernatoris, quod tamen additum oportuit — adit socios iisque imperat ut remos capessant: omnes alacriter parent:

Digitized by Google

ὅσσον δ' ἂν ὑπείκαθε νηῦς ἐρέτῃσιν,
δὶς τόσον ἂψ ἀπόρουσεν.

Recte de columba dictum fuit vs. 572: ἡ δ' ἀπόρουσεν ἀσκηθής, sed de navi requiro prorsus contrarium: ἐπόρουσεν· sequitur enim:

ἡ δ' ἄφαρ ὥτε κύλινδρος ἐπέτρεχε κύματι λάβρῳ
προπροκαταΐγδην κοίλης ἁλός.,

mox autem inhibitus cursus fuit superante aestu: ἐν δ' ἄρα μέσσαις Πληγάσι δινήεις εἶχεν ῥόος, et omnes mari hausti fuissent, ni praesto fuisset Minerva.

De bubus aratro iunctis legimus β 667:

οἳ δ' ἐνὶ γαίῃ
χηλὰς σκηρίπτοντε πανημέριοι πονέονται.

Notamus usum dualis numeri, qui parabilem excusationem habet, nam, etiamsi non disertis verbis dicatur, facile est conicere poetam de binis animalibus cogitavisse, sicuti ipse scribit apud Colchos moris fuisse. Similiter α 384:

τοὶ δὲ παρᾶσσον
ᾧ κράτεϊ βρίσαντε μιῇ ςυφέλιξαν ἐρωῇ,

fortasse indicare voluit poeta utrimque binos socios, Herculem et Ancaeum et sic reliquos deinceps omni ope paribus viribus annisos fuisse, ut navem deducerent. Poteris etiam corrigere:

ᾧ κράτεϊ βρίσαντες ἰῇ ςυφέλιξαν ἐρωῇ.

Sed citra controversiam peccatur γ 206:

οὐδ' ἐνὶ γαίῃ
ἔςι θέμις ςείλαντας ὕπερθ' ἐπὶ σῆμα χέεσθαι,
ἀλλ' ἐν ἀδεψήτοισι κατειλύσαντε βοείαις
δενδρέων ἐξάπτειν ἐκὰς ἄςεος.

Nisi forte mavis: κατειλύσαντας οἰείαις vel ὀείαις.

Legitur apud Homerum ξ 475:

νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ Βορέαο πεσόντος
πηγυλίς, αὐτὰρ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠΰτε πάχνη
ψυχρὴ, καὶ σακέεσσι περιτρέΦετο κρύςαλλος,

sed *Mnem.* 1855 p. 243 emendasse mihi visus sum: ἠΰτε λάχνη ψεδνή, cum inepta esset nivis cum pruina comparatio ac praeterea commode meminissem Ruhnkenium in *Epist. Crit.*

Digitized by Google

ad Ernestum p. 215 ostendere aliquando confusa fuisse ψυχρός et ψεδνός adiectiva. Fidem facere poterit B 219: ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Utile est videre quam vetusta haec quoque corruptela sit, quam Apollonius in libro suo invenerit; scribit enim:

β 738: ἔνθεν ἀϋτμή
πηγυλίς, ὀκρυόεντος ἀναπνείουσα μυχοῖο
συνεχές, ἀργινόεσσαν ἀεὶ περιτέτροφε πάχνην.

Pervenerunt Argonautae ad fines Mariandynorum et ἄκρης Ἀχερουσίδος ὅρμον. Acheron ibi in mare effunditur β 744:

ὅσσε δι' ἐξ ἄκρης ἀνερεύγεται εἰς ἅλα βάλλων
Ἡοίην.

Explicat scholiasta, quod nemo magno opere desiderabit: ἐκ τῆς Ἀχερουσίας ἄκρας Φέρεται διά τινος Φάραγγος εἰς τὴν πρὸς ἀνατολὰς θάλασσαν, neque admodum incredibile est poetam pontum Euxinum appellavisse Ἡοίην ἅλα. Hic tamen haesit Merkelius: „ἠοίην", inquit, „aut ἠῴην explicatum non habet: totus pontus Euxinus indicari nequit: sinus in quem effluit fluvius, ab occidente est, ut scholia habent et mappae geograficae docent. Aut igitur scribendum Ἠοίην pro nomine eius sinus, aut temptanda emendatio." Itaque nunc Merkelius qui alibi vix latum unguem ab auctoritate Laurentiani Codicis recedere audet, inventi amore abreptus, sustinuit in textum inferre malesanam correctiunculam Ἰονίην. Etenim „Ionium mare pars occidentalis ponti Euxini etiam δ 288, 308 nuncupatur". Nec per se ea verisimilis res est, nec citati testes respondent, nam Apollonius maris Ionii nomine mare superum intelligit; vide modo:

δ 308: τῷ καὶ ὑπέφθη τούς γε βαλὼν ὕπερ αὐχένα γαίης
κόλπον ἔσω πόντοιο πανέσχατον Ἰονίοιο.,

quibus verbis extrema pars Adriatici maris significatur, quam δ 327, 509 et 548 Κρονίην ἅλα appellat. Item δ 982 Corcyra describitur:

ἔστι δέ τις πορθμοῖο παροιτέρη Ἰονίοιο
ἀμφιλαφὴς πίειρα Κεραυνίη εἰν ἁλὶ νῆσος.

Itidem vide quomodo per Padum et Rhodanum in inferum mare Argonautae descenderint. Postquam per Istrum fluvium ad Adriaticum mare pervenerunt, ἐς δ' ἔβαλον μύχατον ῥόον Ἠριδανοῖο,

Digitized by Google

δ 596. Padus autem in Rhodanum influit secundum δ 627:

ἐκ δὲ τόθεν Ῥοδανοῖο βαθὺν ῥόον εἰσαπέβησαν,
ὅς᾽ εἰς Ἠριδανὸν μετανίσσεται.

Hic autem trifariam scinditur:

τῇ μέν τ᾽ ἐπερεύγεται ἀκτὰς
Ὠκεανοῦ, τῇ δ᾽ αὖτε μετ᾽ Ἰονίην ἅλα βάλλει,
τῇ δ᾽ ἐπὶ Σαρδόνιον πέλαγος καὶ ἀπείρονα κόλπον
ἑπτὰ διὰ στομάτων ἰεῖ ῥόον,

unde credibile fit secundum veterum fabulas non Padum tantum sed etiam Rhenum Rhodani esse ἀπορρῶγα. Non intellexit autem Apollonius praeteriisse tempora, quibus portentosa commenta probabiliter tractari possent.

Unus difficilis locus superest. Primum Istri indivisum flumen est, sed δ 288:

ἀλλ᾽ ὁπόταν Θρῃκῶν Σκυθέων τ᾽ ἐνιβήσεται οὔρους,
ἔνθα διχῇ τὸ μὲν ἔνθα μετ᾽ Ἰονίην ἅλα βάλλει
τῇδ᾽ ὕδωρ, τὸ δ᾽ ὄπισθε βαθὺν διὰ κόλπον ἵησιν
σχιζόμενος πόντον Τρινακρίου εἰσανέχοντα,
γαίῃ ὃς ὑμετέρῃ παρακέκλιται, εἰ ἐτεὸν δὴ
ὑμετέρης γαίης Ἀχελώιος ἐξανίησιν.

Qui hic loquitur Phrixi filius non magis quam quisquam alius Pontum Euxinum Ionium mare appellare potuit; nos autem contra quam fecit Merkelius ex β 774 satis verosimiliter hic reponemus: τὸ μὲν ἔνθα μετ᾽ Ἠοίην ἅλα βαλλει.

Illud quoque addam ne quid desit, adscribere Merkelium Ammiani Marcellini locum XXII. 8: Bospori vocitati quod per eos quondam Inachi filia .... ad mare Ionium permeavit: nempe ut probet Pontum Euxinum aliquando mare Ionium dictum fuisse. Insignis hic error est, nam Ammiano Ionium mare dicitur quod omnibus dictum est. Fidem faciet Aeschylus Prom. 829:

ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ γάπεδα
τὴν αἰπύνωτόν τ᾽ ἀμφὶ Δωδώνην —
ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
ἀφ᾽ οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις·
χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχός
σαφῶς ἐπίσασ᾽, Ἰόνιος κεκλήσεται.

Digitized by Google

Notissima res est in epica poesi aoristorum participia saepe praesentis temporis significatione adhiberi; dixit de eo usu Leeuwenius in *Enchirid.* p. 324. Hinc, ut obiter hoc addam, factum est ut Aeschylus, cum toties vidisset κιών quo sensu ipse ἰών posuisset, neque accentus compareret, qui coegisset animum attendere, finxerit Choeph. 680:

ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν' εἰς Ἄργος κίεις,

de quo poetae errore Cobetus egit *Mnem.* 1854 p. 305. Sed etiam contrarium obtinet et praesentis temporis participia, apud Apollonium utique, interdum praeteriti temporis significationem habent. Veluti β 760:

μετὰ πτολίεθρον ἰόντες
δαίτην ἀμφίεπον.

et δ 1724 de famulis quas rex Alcinous Medeae dederat:

οὐκέτ' ἔπειτα
ἴσχειν ἐν ςήθεσσι γέλω σθένον, οἷα θαμειάς
αἰὲν ἐν Ἀλκινόοιο βοοκτασίας ὀρόωσαι.

Neque alia exempla deerunt quaerentibus.

De adverbio μεγαλωςί, β 838, quaesivi in *Mnem.* 1854 ad calcem.

β 906: Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας.
Imo: κατενίσσατο. Res pro semet ipsa loquitur. Vide quoque β 976:

ἣ μέν τ' ἐξ ὀρέων κατενίσσετο ἠπειρόνδε.

β 1020: ὅσσα μὲν ἀμφαδίῃ ῥέζειν θέμις ἢ ἐνὶ δήμῳ
ἢ ἀγορῇ, τάδε πάντα δόμοις ἔνι μηχανόωνται.
Malo: ἢ 'ν ἀγορῇ.

Concubuit Philyra, β 1241, cum Saturno in equum converso, deinde aufugit

εἰς οὔρεα μακρὰ Πελασγῶν
ἔνθ', ἵνα δὴ Χείρωνα πελώριον, ἄλλα μὲν ἵππῳ
ἄλλα θεῷ ἀτάλαντον, ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνῇ.

Hoc quidem sensu vacuum est et ante pedes posita est correctio: ἀνοικείῃ τέκεν εὐνῇ. Recte γ 82: μή τις ἀμοιβαίῃ

Digitized by Google

χάρις ἔσω, sed quam intelligere debeam εὐνὴν ἀμοιβαίαν, non exputo.

β 1171: περὶ δ' ἐσχάρῃ ἐςήσαντο
ἐσσυμένως, ἥ τ' ἐκτὸς ἀνηρεΦέος πέλε νηοῦ.
Interpretibus haec verba displicuerunt; Madvigius εὐηρεΦέος coniecit, Herwerdenus autem ἐπηρεΦέος. Omnem fortasse offensionem optime vitabimus, scribendo: ἐντὸς ἀνηρεΦέος πέλε νηοῦ.

β 1251: τὸν μὲν ἐπ' ἀκροτάτης ἴδον ἔσπερον ὀξέϊ ῥοίζῳ
νηὸς ὑπερπτάμενον νεΦέων σχεδόν.
Moris est, credo, dicere: ἀπ' ἀκροτάτης. Eodem modo corrigam
γ 202: ἐξείης πρόμαλοί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεΦύασιν,
τῶν καὶ ἐπ' ἀκροτάτων νέκυες σειρῇσι κρέμανται
δέσμιοι.

γ 20: ἀλλά τοι οὔπω
Φράσσασθαι νόεω τοῦτον δόλον ὅςις ὀνήσει.
Ex more poetae dictum oportuit: τοῖον δόλον. Sic:
α 1287: οὔτε τι τοῖον ἔπος μετεΦώνεεν, οὔτε τι τοῖον.
β 617: μηκέτι δείδιθι τοῖον.
γ 457: οὔτε τιν' ἄλλον ὄΐσατο πορΦύρουσα
ἔμμεναι ἀνέρα τοῖον.
Adde γ 18, 24, alios locos.

γ 47: μέλλε δὲ μακρούς
πλέξασθαι πλοκάμους.
Imo πλέξεσθαι. Alibi recte futurum sequitur: γ 1066, 1268; δ 939, 1000, 1636. Corrigendi videntur:
γ 261: ἔμπης οὐκ ἄρ' ἐμέλλετ' ἀκηδείῃ με λιπόντες
τηλόθι πλάγξασθαι.
γ 972: μέλλον ἅλις Φθέγξασθαι.
Sunt alii loci de quibus subdubito, veluti δ 1215:
κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
οὔρεα Νεσαίους τε καὶ Ὠρικὸν εἰσαΦικέσθαι.

γ 189: πολλάκι τοι ῥέα μῦθος, ὅ κεν μόλις ἐξανύσειεν
ἠνορέῃ, τόδ' ἔρεξε κατὰ χρέος, ἥπερ ἐῴκει
πρηΰνας.

Digitized by Google

Hic, credo, necessario scribendum est: ἦ περ ἐώκει et ad eandem normam aliquammulti loci corrigendi supersunt; malim certe α 517 ἦ θέμις quam ἦ θέμις, itemque α 960 et 1061, sicuti legitur β 709: τὼς γὰρ θέμις, non αὕτη γὰρ θέμις. Vide praeterea β 800, 840; γ 991; δ 479, 1129. Recte autem γ 209: ἦ γάρ τε δίκη θεσμοῖο τέτυκται.

γ 288: βάλλεν ὑπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα.
Prorsus requiro: ἐπ' Αἰσονίδην.

γ 321: αὐτοὺς δ' ὑπὸ δούρασι πεπτηῶτας
νήσου Ἐνυαλίοιο ποτὶ ξερὸν ἔκβαλε κῦμα.
Nonne verum est ἐπὶ δούρασι? Cf. Madv. *Advers.* I p. 287.

Saepe legi et relegi luculentam Leeuwenii nostri disputationem in *Enchiridio Dictionis Epicae* p. 559 de usu particulae κε apud Homerum. Amicus meus in eam sententiam acutissime disputat, hanc solam esse formam quae in poetae textu tolerari debeat, quum paucissimis locis exceptis, tantum non ubique lenissimis mutationibus effici possit, ut particula ἄν ex utroque carmine evanescat, restituatur autem legitimum κε. Quod facile intelligitur et omnes consentiunt, in Apollonio id quod est ἄν ab omni parte tutum est, nam scholia in Iliadem liquido commonstrant Alexandriae doctissimos grammaticos utramque particulam apud Homerum toleravisse; quin et longius progressi saepe statuunt ad metrum fulciendum ἄν vel κε inutiliter fuisse ab poeta additum. Apollonius non tantum non sapiebat supra Aristarchum, sed, quod propter aetatem minime mirandum est, videmus eum haud pauca perpetuo ignoravisse eorum, quae brevi post acutissime demonstrata fuerunt. Secundum Leeuwenium particulae quas diximus, apud Homerum inveniuntur locis circiter 1500, ex quibus 1150 sunt qui κε habent, quum locis 350 legatur ἄν, ita ut κε fere triplo crebrius inveniatur quam ἄν. Ea in re Apollonio cum Homero convenit, nam, si bene numeravi, apud eum κε legitur locis paulo pluribus quam 150, ἀν autem locis ferme 50, ita ut eadem ratio obtineat. Sed hoc interest: apud Homerum tantum non semper parva ac propemodum nulla mutatione pro ἄν restitui poterit id quod

Digitized by Google

est κε, apud Apollonium autem pro minore numero multo plures sunt qui correcturientibus resistent. Ut appareat quam sedulo Apollonius secutus sit exemplum recensionis Homeri quam ante oculos habebat, unum et alterum locum exscribam.

Negant viri docti, cf. Leeuw. l.l. p. 310, particulam conditionalem cum futuro recte iungi posse; ita est: veterem poetam facili opera illius labis immunem praestabimus; quid autem Apollonio facies?

β 18: ἤ κέν τις συγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη.

β 415: εἰ δέ κεν αὖτις
τάσδ' ἡμῖν προφυγοῦσιν ἐς Ἑλλάδα νόστος ὀπίσσω
ἔσσεται, ἀσπασῶς κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην.

α 424: μείλιχος, ᾧ κ' ἐπὶ πόντον ἐλευσόμεθ' εὐδιόωντες.

Sunt autem plura exempla alterius particulae perperam usurpatae, veluti:

α 416: σοὶ δ' ἂν ὀπίσσω
τόσσων, ὅσσοι κεν νοσήσομεν, ἀγλαὰ ταύρων
ἱρὰ πάλιν βωμῷ ἐπιθήσομεν.

β 441: ἤ τ' ἂν ὀΐω
γηθήσειν.

γ 29: τὸν δ' ἂν ὀΐω
κείνης ἐννεσίῃσιν ἐς Ἑλλάδα κῶας ἀνάξειν.

Satis crebro αἴ κε vel εἴ κε cum coniunctivo construitur, semel, si bene memini, εἰ δ' ἄν, nempe β 689. Itidem εἴ κεν vel αἴ κεν saepe cum optativo reperio usurpatum, veluti β 642 et γ 479, semel fortasse εἰ δ' ἄν β 17. Sed vide indicativum α 197:

εἴ κ' ἔτι μοῦνον
αὖθι μένων λυκάβαντα μετετράφη Αἰτωλοῖσιν.

β 1051: εἴ κ' ἐπικέλσαι
μέλλετε.

γ 377: εἰ δέ κε μὴ προπάροιθεν ἐμῆς ἥψασθε τραπέζης.

Sicuti exspectari poterat, particula ἄν vel κε saepissime cum optativo iungitur; sed permirum est futurum

γ 644: τό κέν μοι λυγρὸν ἐνὶ κραδίῃ σβέσοι ἄλγος.,

pro quo Madvigius *Advers.* I p. 288 σβέσαι commendavit. Cum indicativo κε persaepe copulatur; fit hoc in altera particula longe rarius, veluti δ 1255 et α 862:

δηρὸν δ' ἂν ἐλίνυον αὖθι μένοντες.

Digitized by Google

Etiam ἦν sat crebro invenitur et quidem, uti aequum est, cum coniunctivo; ἄν hoc modo positum inveni

β 406: οὐδ' ἂν ὁμῶς περιναιέται ἀντιόωσιν
Κόλχοις ἦρα Φέροντες.

Haud raro inveniuntur εὖτ' ἂν, ὁπόταν, ὅταν, ἔς' ἄν· semel omnino ἐπήν γ 1052; sed frequentiora sunt ἐπεί κε, ὅττι κεν, ὥς κεν, εἰσόκε, ὄφρα κεν, ὁππότε κεν, τείως κεν, εἵως κεν· dixeris autem poetae fere perinde fuisse usurparetne optativum an coniunctivum; veluti est frequentissimus abusus coniunctionis ὥς κεν cum optativo. Interdum etiam diversi modi perperam coniunguntur; exempli gratia δ 904:

εἰ δ' οὔ μοι πέπρωται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι
τηλοῦ ἀναπλώοντι, σὺ δ' ἄρσενα παῖδα τέκηαι.

Quae cum ita sint, etiamsi minime dubitaverim quin persaepe multa vitia ab librariis demum invecta sint, optimum fuerit in talibus emendatricem manum continere, nam in tanta incuria plerumque est in incerto positum ipsene poeta erraverit an librarii qui post venerunt. Sic α 660:

ὦ φίλαι, εἰ δ' ἄγε δὴ μενοεικέα δῶρα πόρωμεν
ἀνδράσιν, οἷά τ' ἔοικεν ἄγειν ἐπὶ νηὸς ἔχοντας,
ἧϊα καὶ μέθυ λαρόν, ἵν' ἔμπεδον ἔκτοθι πύργων
μίμνοιεν, μὴ δ' ἄμμε κατὰ χρειὼ μεθέποντες
ἀτρεκέως γνώωσι.

Mire sane copulantur μίμνοιεν et γνώωσι, sed quid tandem proderit corrigere μίμνωσιν? Paulo utilius scribes: εἶ' ἄγε δή. Vide quoque δ 758 et 1073 et α 797:

κακότητα δὲ πᾶσαν
ἐξερέω νημερτές, ἵν' εὖ γνοίητε καὶ αὐτοί.,

facile est emendare γνώητε, sed in Alexandrino poeta tales minutias negligere fas est. Aliquanto certius α 253: ἤ τέ οἱ ἦεν — βέλτερον, coll. δ 1255 repones: ἤ κέ οἱ ἦεν et idem vitium redit δ 916. Itidem γ 61:

τὸν μὲν ἐγών, εἰ καί περ ἐς Ἄϊδα ναυτίλληται
βύσομαι,

correxerim: εἴ κέν περ et fortasse ναυτίλητται, coll. Leeuw. ad Odyss. δ 672. Denique γ 354:

εἰ δὲ καὶ οὔνομα δῆθεν ἐπιθύεις γενεήν τε
ἴδμεναι οἵτινές εἰσιν, ἕκαστά γε μυθησαίμην,

Digitized by Google

cum Herwerdeno *Mnem.* 1883 p. 115 et collato α 20, scribam: ἕκασά κε μυθησαίμην. Reliqua de hoc genere aliorum studiis commendo. Digni sunt quos conferas Schneider. Callim. I p. 286 et 400, Wilamow. Callim. praef. p. 8 et imprimis Χαριτωνίδης ἐν τοῖς Ποικίλοις Φιλολογικοῖς p. 448 sqq.

γ 347: τῇ δ' ἐναγειράμενος Παναχαιίδος εἴ τι Φέρισον. Scripsit vel debuit certe scribere: ὅττι Φέρισον.

Infinitum fuerit omnes locutiones Apollonii recensere quibus Graecitas violatur; sed in hoc libero scribendi genere unum et alterum locum annotare iuvat, ubi poeta mirabiliter peccat, veluti quod δέμας cum tertio casu coniungit:

γ 414: ἀλλ' ὄφιος δεινοῖο μεταλδήσκοντας ὀδόντας
ἀνδράσι τευχηςῇσι δέμας.

Ipsum verbum ἀλδήσκειν recurrit γ 1363, cf. Ψ 599.

γ 248: τὴν μὲν ἄρ' οἵγε
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσαν —
Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ· πρὶν δ' οὔτι θάμιζεν
ἐν μεγάροις, Ἑκάτης δὲ πανήμερος ἀμφεπονεῖτο
νηόν, ἐπεί ῥα θεᾶς αὐτὴ πέλεν ἀρήτειρα —
καί σφεας ὡς ἴδεν ἆσσον, ἀνίαχεν.

Ἀνακόλουθον est, uti animadvertis, cuius etiam alia exempla non minus manifesta Merkelius enotavit; quocirca miror quod Madvigius *Advers.* I p. 287 unum versiculum excidisse putat, quum omne ἀνακολούθων genus apud Graecos minime rarum atque interdum adeo de industria quaesitum sit. Maius incommodum est vs. 477:

κούρην δή τινα πρόσθεν ὑπέκλυες αὐτὸς ἐμεῖο
Φαρμάσσειν Ἑκάτης Περσηίδος ἐννεσίῃσιν.

Sunt haec Argi verba ad Iasonem, sed in superioribus nil tale legeramus itaque, ut grammatici loquuntur, κατὰ τὸ σιωπώμενον narravit; verum nunc denique Medeae recordatus fuerat, cf. vs. 534, ut appareat esse poetae negligentiam. Itidem ipse sibi Apollonius obloquitur γ 568. Iason mittit Argum Phrixi filium ad matrem:

Ἄργος μὲν παρὰ νηός, ἐπεὶ τάδε πᾶσιν ἔαδεν
ϝελλέσθω.

Digitized by Google

Sed ea res neutiquam omnibus placuerat; vehementer contradixerat Idas,

πολέες δ' ὀμάδησαν ἑταῖροι
ἦκα μάλ', οὐ δ' ἄρα τίς οἱ ἐναντίον ἔκφατο μῦθον.

Superest vitium γ 250:

Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ.

Scribe: δόλῳ.

γ 348: δοκέω δέ μιν οὐκ ἀθερίζειν.

Malo futurum ἀθερίξειν. Aoristus ἀθερίξαι legitur α 123 et β 477.

Constructio mire impedita est γ 598. Numquam Aeetes Phrixum hospitio excepisset, nisi iussisset ipse Iupiter:

μὴ καὶ λῃϊσῆρας ἐὴν ἐς γαῖαν ἰόντας
ἔσσεσθαι δηναιὸν ἀπήμονας.

Vix locum tentare ausim, cum meminerim β 192:

μὴ καὶ λευκανίηνδε φορεύμενος = *nedum.*

Μείλια Apollonio praeter Homeri usum *dona* in universum dicuntur, *ornamenta*, cet., cf. γ 135, 146; δ 1190, 1549. Παίγνια quoque sunt, cf. Schol. γ 135. Sed etiam longius a vera vocabuli significatione aberravit γ 594:

νόσφι δὲ οἱ αὐτῷ φάτ' ἐοικότα μείλια τίσειν
υἱῆας Φρίξοιο.

Negligenter dictum est γ 678:

ὄφελλέ με μήτε τοκήων
δῶμα τόδ' εἰσοράαν μηδὲ πτόλιν.

Alibi tamen ὤφελον recte positum est: α 256, 278; γ 712, 773.

In Odyssea ο 8 ita legitur:

Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκύς, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
νύκτα δι' ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.

Quod olim conieci ἔτειρεν vel fortasse ἔτειρον, id Batavos editores non improbavisse video. Est autem utile Apollonium conferre, ut appareat quam vetusta corruptela sit γ 752:

Digitized by Google

ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος·
πολλὰ γὰρ Αἰσονίδαο πόθῳ μελεδήματ' ἔγειρεν
δειδυῖαν.

ubi praeterea nota formam ceteroquin inauditam δειδυῖαν, de qua Lobeckius egit ad Buttmannum II p. 145. Rectius autem poeta scripsit γ 762:

ἔνδοθι δ' αἰεί
τειρ' ὀδύνη σμύχουσα διὰ χροός.

De formis ἐβήσατο et ἐδύσατο Homero abiudicandis hodie non ambigitur; pleraque omnia quae huc pertinent, collegi *Mnem.* 1884 p. 344 et postea Leeuwenius breviter sed luculenter quid rei sit indicavit in *Enchirid.* p. 386 et 410. De Apollonii usu nondum satis constat; veluti ἐβήσατο legitur γ 869, 889, 1152, 1237; δ 775; ἐδύσατο invenitur δ 865, sed ἐδύσετο α 63 et ἐβήσετο in Laurentiano utique codice δ 458 et 1176. Sed utcumque de ea scripturae diversitate iudicaveris, certe non probabis ἀνεύρατο δ 1133, cf. Schneid. Callim. I p. 434. Quod legitur

δ 288: ἀλλ' ὁπόταν Θρηκῶν Σκυθέων ἐνιβήσεται οὔρους,

effictum est ad Homeri exemplum, Iliad. O 282:

οἳ δ', ὥς τε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
νηὸς ὑπερ τοίχων καταβήσεται.

Quoniam dum haec scribo, non tantum doctos viros cogito, sed etiam prodesse cupio tironibus, nunc lubet uno alteroque exemplo ostendere, quomodo genetivus cum dativo casu iungi possit ac proinde debeat. Legitur γ 1010:

ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμός
αἴνῳ ἀειρομένης.

Item γ 371:

ἐκ δέ οἱ ὄμματ' ἔλαμψεν ὑπ' ὀφρύσιν ἱεμένοιο.

Item δ 170: ἐν δέ οἱ ἦτορ
χαίρει δερκομένης καλὸν σέλας.

Homeri locos Leeuwenius collegit ad Odyss. ζ 157.

Operae pretium est videre quam miro modo Apollonius interdum confundat imperativum, coniunctivum et optativum. Locus est γ 1032:

Digitized by Google

βόθρον ὀρύξασθαι περιηγέα· τῷ δ' ἔνι θῆλυν
ἀρνειὸν σφάζειν, ———————
μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο,
ἔνθα δ' ἔπειτα θεὰν μεμνημένος ἱλάσσηαι·
ἂψ δ' ἀπὸ πυρκαϊῆς ἀναχάζεο.

Hinc saepe difficile est vitia corrigere.

γ 1062: νίσσεο δ' ἔμπης
ἦ φίλον ἤ τοι ἔαδεν ἀφορμηθέντι νέεσθαι.

Praestiterit ἀφορμηθέντα, de qua correctione supra dixi, sed praeterea arridet: εἴ τοι ἔαδεν. Nempe tantum non optat Medea ut Iason in Colchide remaneat, neque eam spem prorsus abnuisse videtur ipse Iason γ 1101.

Unum omnino Apollonii locum Cobetus attigit et operae pretium duco elegantissimam emendationem hic excerpere; legitur autem *Var. Lect.* p. 405. Iasonis postrema verba fuerant γ 1129:

οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλότητος
ἄλλο πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι.

Madvigius quum miram locutionem improbaret, coniecerat: ἄμμι διακρινέει φιλότητας· non fecisset, ut Cobetus ait, si commode recordatus fuisset Homeri loci in Odyssea δ 179:

οὐδέ κεν ἡμέας
ἄλλο διέκρινεν φιλέοντε τε τερπομένω τε
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

Unde Apollonius:

οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλέοντε.

γ 1201: ἀλλ' ὅτε δὴ ἴδε χῶρον, ὅτις πάτου ἔκτοθεν ἦεν.

Convenientius iudico: ὅτε δὴ ἵκε χῶρον. Sed quod continuo sequitur, lavisse Iasonem τέρεν δέμας, id mihi permirum accidit ad aures. Rectius dicitur τέρεν σῶμα Nymphes α 1238 et δ 871 τέρεν δέμας Achillis infantis. Pro:

ἔνθ' ἤτοι πρώτιστα λοέσσατο μὲν ποταμοῖο
εὐαγέως θείοιο τέρεν δέμας.,

leniter refingere possis:

ποταμοῖο
εὐαγέως θείου σφέτερον δέμας,

Digitized by Google

nam abusus pronominis σφέτερος in Argonauticis, uti vidimus, frequens est. Fieri tamen potest ut quis provocare malit ad Iliad. Δ 237: τῶν ἤτοι αὐτῶν τέρενα χρόα γῦπες ἔδονται., vel ad Ξ 406 de Aiace:

τώ οἱ ἐρυσάσθην τέρενα χρόα.

Armatur Aeetes γ 1234:

ἂν δὲ πολύρρινον νώμα σάκος, ἂν δὲ καὶ ἔγχος
δεινὸν ἀμαιμάκετον· τὸ μὲν οὔ κέ τις ἄλλος ὑπέςῃ
ἀνδρῶν ἡρώων, ὅτε κάλλιπον Ἡρακλῆα
τῆλε παρέξ, ὅ κεν οἷος ἐναντίβιον πολέμιξεν.

Intelligam: πελέμιξεν. Cf. β 92: κὰδ δὲ βαρεῖαν
χεῖρ' ἐπὶ οἷ πελέμιξεν.

Non concoquo quod invenio γ 1249:

ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
πείρησαν τευχέων βεβιημένοι, οὐδ' ἐδύναντο
κεῖνο δόρυ γνάμψαι τυτθόν γέ περ.

Certe alio modo participium usurpatum est δ 1390:

οἷον ὑπέςαν
ἔργον ἀναγκαίῃ βεβιημένοι.

Fortasse praestat: πείρησαν τευχέων λελιημένοι, sicute λελίημαι absolute dictum est α 78, 123, 350, 1276; β 252; γ 80; δ 256 et 802. Iam Homerus Iliad. Δ 465:

εἴλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων λελιημένος.,

uti et Μ 106:

βάν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι.

γ 1311: εὐρὺ δ' ἀποπροβαλὼν χαμάδις σάκος, ἔνθα καὶ ἔνθα
τῇ καὶ τῇ βεβαὼς ἄμφω ἔχε πεπτηῶτας.

Malim: εὐθὺ δ' ἀποπροβαλών. Εὐθύ = *statim* apud Alexandrinos frequens est.

γ 1320: ὃ δ' ἄρ' αὖτις ἑλὼν σάκος ἔνθετο νώτῳ
ἐξόπιθεν.

Scripsissem equidem: ἄνθετο. Cf. δ 189:

πρύμνῃ δ' ἐνεείσατο κούρην
ἀνθέμενος.

Digitized by Google

γ 1341: ἦμος δὲ τρίτατον λάχος ἤματος ἀνομένοιο
λείπεται ἐξ ἠοῦς, καλέουσι δὲ κεκμηῶτες
ἐργατίναι γλυκερόν σφιν ἄφαρ βουλυτὸν ἱκέσθαι.
Reposuerim verbum quod apud Apollonium minime rarum est: χατέουσι. Cf. δ 1431:
ἔκφατο δ' Αἴγλη
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀμειβομένη χατέοντας,
uti et δ 1557: οἷά τε πολλὰ
ἄνθρωποι χατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες.
Poeta imitatus est Odyss. ν 280:
οὐδέ τις ἡμῖν
δόρπου μνῆσις ἔην μάλα περ χατέουσιν ἐλέσθαι.

γ 1396: πολλοὶ δ' οὐτάμενοι πρὶν ὑπὸ χθονὸς ἴχνος ἀεῖραι,
cum Struvio prorsus necessarium iudicio ἀπὸ χθονός. Cf. δ 104 et 887.

γ 1406: πορφύρων ἤ κέ σφι θοώτερον ἀντιόφτο.
Sic sine sensu editur; quidni scribitur τί κέ σφι?

δ 10: οὐ δ' ὅγε πάμπαν
θυγατέρων τάδε νόσφιν ἐῶν τελέεσθαι ἐώλπει.
Praestat perfectum τετελέσθαι.

δ 166: εἰσόκε δή μιν
αὐτὸς ἐὴν ἐπὶ νῆα παλιντροπάκασθαι Ἰήσων
ἤνωγεν, λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος Ἄρηος.
Nonne pluralis λεῖπον requiritur?

Scripserat Zenodotus Iliad. Θ 166:
ἔρρε, κακὴ γλήνη, ἐπεὶ οὐ εἴξαντος ἐμεῖο
πύργων ἡμετέρων ἐπιβήτεαι, οὐδὲ γυναῖκας
ἄξεις ἐν νήεσσι· πάρος τοι πότμον ἐφήσω.
Hoc recte; nec tamen minus in omnibus libris manuscriptis legitur:
πάρος τοι δαίμονα δώσω.
Absurda ea lectio est, quae certe Aristarcho non potuit placere. Quid latet? Respondi *Mnem.* 1884 p. 354 olim circumlatam fuisse lectionem:

Digitized by Google

πάρος τοι λαιμὸν ἀμήσω,

quae lectio etiamsi fortasse Aristarchea fuerit, certe non est potior quam Zenodotea, quam Batavi editores in textum intulerunt. Nunc autem suspicioni meae haud exiguum pondus accedit ex Apollonio δ 374:

Φασγάνῳ αὐτίκα τόνδε μέσον διὰ λαιμὸν ἀμῆσαι.

δ 436: εὖτ' ἂν πρῶτα θεᾶς περὶ νηὸν ἵκηται.
Nonne praestat παρὰ νηόν?

δ 513: ὕσατον αὖ — δὴ γάρ τε Κυταιίδος ἤθεα γαίης
σύξαν, ἀτυζόμενοι χόλον ἄγριον Αἰήταο —
ἔμπεδον ἄλλυδις ἄλλοι ἐφορμηθέντες ἔνασθεν.
Arridet: ἀφορμηθέντες.

δ 663: εὗρον ἀλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν.
Praestat, credo, quod in Guelferbytano libro est: περιφαιδρύνουσαν. Eiusdem libri lectio δ 673: ἄλλο δ' ἀπ' ἄλλων συμμιγέες μελέων potior est quam Laurentiana: ἐπ' ἄλλων.

Mitto nunc δ 697 stultam formam πάϊν = παῖδα, quacum conferre poteris δάϊν apud Callimachum frgmt. 243, nam magis me advertit δ 927:

καπνῷ δ' ἀχλυόεις αἰθὴρ πέλεν.

Nimirum quod in *Quaestionibus Homericis* olim exsecutus sum, apud Homerum plurimum interest inter ἀέρα et ἀχλύν. Ἀὴρ, quem σκοτεινὸν κατάσχημα grammatici appellant, mortales prohibet quominus obvia cernant, quum tenebrae omnia occupent; ἀχλὺς autem ipsius mentis est caligo facitque ut oculi nostri suum officium praestare nequeant. Ut idem dicam barbare, sed perspicue satis: ἀὴρ impedimentum est *obiectivum*, ἀχλύς totum *subiectivum* est. Multi Homeri loci comprobabunt id quod dixi, sed Alexandriae ne Aristarchus quidem certum discrimen agnovit, itaque nemo mirabitur subinde Apollonium quoque peccavisse. Recte scripsit de Medea

γ 725: κὰδ δέ μιν ἀχλύς
εἷλεν ἰαινομένην.,

item γ 963:

Digitized by Google

ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη ςηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὖτως
ἤχλυσαν· θερμὸν δὲ παρηΐδας εἶλεν ἔρευθος,

nam extra semet ipsam efferebatur et caecutiebat et caligo miserae virginis menti obversabatur. Itidem recte dicitur δ 1525: πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς. Sed pessimum est quod legimus β 1103:

κελαινὴ δ' οὐρανὸν ἀχλύς
ἄμπεχεν, οὐ δέ πῃ ἄςρα διαυγέα Φαίνετ' ἰδέσθαι.,

et δ 1361:

οὐ δ' ἔτι τάςδ' ἀνὰ χῶρόν ἐσέδρακον, ἀλλά τις ἀχλύς
ἠὲ νέφος μεσσηγὺ Φαεινομένας ἐκάλυψεν.,

et δ 1480: ὣς τίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μήνην
ἢ ἴδεν ἢ ἐδόκησεν ἐπαχλύουσαν ἰδέσθαι.

Ἀὴρ contra recte usurpatur γ 211; δ 648 et 1246. Mire Callimachus frgmt. anon. 10: ἠέρος ἀχλύσαντος.

δ 1007: αὖθί τε καὶ μετέπειτα σὺν Αἰήταο κελεύθῳ.
Non dubitatur quid hoc significare debeat: regis *iussu*; itaque Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 120 suasit ut reponeretur κελευσμῷ· bene ad sententiam, sed correctioni evidentia accedet, si scripseris κελευθμῷ, quam formam finxit poeta ad analogiam vocabulorum γναθμός, μηνιθμός, ἐλκηθμός, aliorum. Cf. Valcken. ad Röverum p. 43 et Callim. Hymn. IV 34 βυθμόν et de eo loco Schneider. I p. 261.

δ 1022: ςυγερὸν δέ με τάρβος ἔπεισεν
τῆςδε Φυγῆς μνήσασθαι.
Nonne ἔπειγεν magis ex more dictum erit?

δ 1034: ταύρους τ' ἐζεύξασθε καὶ ἐκ θέρος οὐλοὸν ἀνδρῶν
κείρετε γηγενέων.
Imo praestat aoristus κείρατε.

Sine sensu editur δ 1046:

οἰόθι δὲ προτιβάλλομαι ὑμέας αὐτούς.

Collato δ 1372 coniicio: οἰόθι δὲ προτιόσσομαι. Traxit hoc poeta ex Iliad X 356: ἦ σ' εὖ γιγνώσκων προτιόσσομαι.

Digitized by Google

δ 1274: δαημοσύνην δέ τις ἄλλος
φαίνοιεν.
Absurda lectio; facile est corrigere φήνειεν.

δ 1719: ῥέζον ὅσσα περ ἄνδρες ἐρημαίῃ ἔνι ῥέζειν
ἀκτῇ ἐφοπλίσσειαν.
Requiro: ὅσσα κεν.

δ 1768 verbum φθάνειν solita significatione usurpatum invenio:
αἶψα δὲ τοίγε
ὑδρείης πέρι δῆριν ἀμεμφέα δηρίσαντο,
ὃς κεν ἀφυσσάμενος φθαίη μετὰ νῆα δ' ἱκέσθαι.
sed alibi *praevertendi* usus non apparet omnique cum aliis comparatione sublata nihil est nisi *quantocius*, quo sensu ut plurimum φθάνειν cum negatione construitur: οὐκ ἂν φθάνοιμι τὴν μάχαιραν παρακονῶν, sim., veluti fortasse
β 584: ἀλλά μιν ἔφθη Τῖφυς ὑπ' εἰρεσίῃ βαρύθουσαν
ἀγχαλάσας.,
sed luculentiora exempla sunt:
α 1189: βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην υἱὸς Διός, ὥς κεν ἐρετμόν
οἱ αὐτῷ φθαίη καταχείριον ἐντύνασθαι.,
et in vicinia α 1209 Hylas
δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὥς κέ οἱ ὕδωρ
φθαίη ἀφυσσάμενος ποτιδόρπιον.

Amstelodami,
d. 23 m. Nov. 1904.

SALLUSTIUS.

Sall. Bell. Iug. 79. 4: *per indutias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.*

Verba *utriusque populi*, ubi nunc leguntur, non quidem molesta sunt, sed ad *legati* desiderari nequeunt. Qua de causa e versu superiore in hunc locum ea migrasse suspicor, Sallustium autem scripsisse: *uti certo die legati utriusque populi domo proficiscerentur* e. q. s.

P. H. D.

Digitized by Google

AD PROCOPIUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Procopii Caesariensis opera omnia. recognovit Iacobus Haury. MCMV. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri.

Adnotationibus meis ad Procopium scriptis in Mnemosynes vol. IX N. S., quarum rationem habuit cum in textu tum in notis criticis novissimus Procopii editor Iacobus Haury, e diligenti huius recensionis lectione addantur nunc observationes insequentes.

Ad vol. I.

(de bellis libri I—IV).

I 2 § 12. Ἀνατόλιον — Θεοδόσιος — πρεσβευτὴν ἐς Πέρσας μόνον αὐτὸν ἐτύγχανε πέμψας· ὃς ἐπειδὴ ἄγχιστα ἐγεγόνει τοῦ Μήδων στρατοῦ, ἀποθρώσκει μὲν τοῦ ἵππου μόνος, πεζῇ δὲ βαδίζων ἐπὶ Ὀναραράνην ᾔει. Deleatur μόνος, absurde repetitum ex antecedentibus.

I 2 § 15. ἐφ' ᾧ μέντοι μηδέτεροι ἐν χωρίῳ οἰκείῳ ἐν γειτόνων τοῖς τῶν ἑτέρων ὁρίοις ὄντι ὀχύρωμα νεώτερόν τι ἐργάζονται.

Procopius formulam ἐφ' ᾧ de re futura aut cum futuro coniungere solet aut cum coniunctivo, itaque recipienda fuerat lectio codicis V ἐργάζωνται. Nam indicativo locum non esse apparet. — Est etiam ubi ἐφ' ᾧ iungatur cum infinitivo, ut III 3 § 25, ἐφ' ᾧ — ἕκαστον τὸ τριτημόριον ἔχοντα ἄρχειν. Cf. 4 § 13 etc.

Digitized by Google

I 5 § 7. *οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα τοῦ βασιλείου αἵματος οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν.* Procul dubio praeferenda est lectio codicis G *οὐδαμῶς*, sic enim aut *οὐδαμῇ* (hoc etiam saepius) constanter in talibus scribit noster.

I 5 § 27. *ἐπεὶ δὲ ἐς χοῦν αὖθις τὸν Ἀρμενίων ἦλθεν, ἐς τὰς ἀπειλὰς ἀπεχώρησε.* Ut e praegressis videbis, iam saepius minatus fuerat Arsaces, itaque h. l. corrigendum *ἀνεχώρησε.*

I 5 § 40. *ἐμοὶ δὲ ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.* Imo vero ‹*ἐπαν*›*ιτέον*, ut in hac formula, quam cum aliis plurimis sublegit Herodoto, scribere solet Procopius. E locis plurimis conferas mihi quae leguntur vol. I pp. 19, 25; 44, 8; 51, 26; 85, 13; vol. II pp. 123, 3 sq.; 360, 4 sq.; 420, 5 sq.; 436, 3; 453, 3; 518, 11; 563, 2; 600, 4; 660, 7.

Possis tamen eodem iure conicere, quod semel notavi II p. 607 extr.: *ἐμοὶ δὲ* ‹*αὖθις*› *ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.* Vid. infra ad V 11 § 4.

I 8 § 4. *στράτευμα γὰρ τοιοῦτό Φασιν οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον ἐπὶ Πέρσας Ῥωμαίοις ξυστῆναι.* Fallorne an agitur de quantitate, non de qualitate exercitus, ut vero lectio sit *τοσοῦτο*?

I 9 § 3. *ἐς δὲ τὰ οἰκεῖα ξὺν τῷ εὐπρεπεῖ λόγῳ ἀναχωρεῖν ἤθελον.* Nescio an praestet *ξύν τῳ εὐπρεπεῖ λόγῳ.* Suspectus enim articulus.

I 9 § 5. *καὶ τῷ Γλώνῃ ἕτοιμον εἰπὼν τὸ θήραμα εἶναι, αὐτῷ τε καὶ τοῖς διακοσίοις ἐξηγήσατο ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων ἐνέδραν.* Perspicuitatis ergo hic additum expectes subiectum *ὁ ἀγροῖκος.*

I 11 § 10. *ὡς δὴ αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἐκδέξασθαι ἐπίδοξος ἦν.* Formulam *ἐπίδοξον εἶναι* Procopium, ut pas est, coniungere cum futuri infinitivo, arguunt loci plurimi, velut p. 99, 24; 330, 3 sq. etc., itaque recipienda fuerat lectio cod. G *ἐκδέξεσθαι.* Pag. 61, 4 corrigendum *ἐσβαλεῖν* (pro *ἐσβάλλειν*) *ἐπίδοξοί εἰσιν.*

Digitized by Google

I 13 § 12. ἄφνω δέ τις Βελισαρίῳ τε καὶ Ἑρμογένει ἀπήγγελλεν ὡς Πέρσαι ἐπιβάλλειν (l. ἐσβαλεῖν) ἐπίδοξοι εἰσιν ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων, πόλιν Δάρας αἱρήσειν ἐν σπουδῇ ἔχοντες.

Constanter noster, ut par est, formulas ἐν σπουδῇ (γνώμῃ, βουλῇ) ἔχειν iungit cum infinitivo praesentis aut aoristi, itaque h. l. merito expectes αἱρεῖν. Ex innumeris locis compara mihi quae leguntur vol. I pp. 38, 70 sq.; 41, 2 sq.; 55 24 sq.; 75, 23; 87, 19 sq.; 108, 7 sq.; 111, 35; 112, 25; 117, 13; 118, 13; 152, 6 sq.; 153, 70; 160, 36; 166, 12; 203, 1 sq.; 215, 18; 236, 7; 286, 29 sq.; 290, 13; 298, 23 sq.; 300, 20 sq.; 476, 24; 505, 22 sq.

Ambigo tamen utrum sic locus emendandus sit an scribendum πόλιν Δάρας ἐν ἐλπίδι ἔχοντες. Haud enim ita difficulter ex ΕΛΠΙΔΙ nasci potuit ΣΠΟΥΔΗΙ. Illam vero correctionem ut leniorem praetulerim.

I 14 § 5. ταῦτα ἐπεὶ Μιρράνης ἀπενεχθέντα [τὰ γράμματα] εἶδεν. Expuncto glossemate Procopio reddo formulam huic scriptori usitatissimam, quae legitur p. 121, 6; 166, 20; 207, 20; 209, 15 et alibi passim.

I 17 § 8. καὶ μὴν καὶ ἅμαξαι παρίασιν ἐνθένδε πολλαὶ ἡμέρᾳ ἑκάστῃ, ἀλλ' οὐδὲν τὸ παράπαν ἰσχύουσιν ἢ ἐξελέγχειν τοῦ τέλματος. Agitur de loco palustri superstrato parti Euphratis, ita firmo tamen, ut vel plostra transire possint. Si sanum est ἐξελέγχειν, accipiendum de natura loci, quam palustrem esse plostri rotis non arguatur. Dubitabundus tentavi ἐξέλκειν.

I 17 § 16. χῶρόν τινα ἐν Καππαδόκοις εὑρεῖν τῷ ἐν Ταύροις ⟨ἐς⟩ τὰ μάλιστα ἐμφερέστατον. De meo inserui praepositionem, quae inserenda etiam in eadem formula Vol. I p. 165, 10 et vol. II p. 648, 23. Nam aut sic scribere solet Procopius aut sine articulo μάλιστα.

I 17 § 44. Supplendum videtur: οὓς δὴ (captivos) ἀπέδοτο ὕστερον, πλοῦτον ⟨ἀπ'⟩ αὐτῶν οὐ φαῦλον οὐδὲ τὸν τυχόντα περιβαλλόμενος.

Digitized by Google

I 18 § 15. ἑορτὴ δὲ ἡ πασχαλία ἐπέκειτο ἡμέρᾳ ἐπιγενησομένῃ τῇ ὑστεραίᾳ, ἣν δὴ σέβονται Χριστιανοὶ πασῶν μάλιστα, ἡμέρᾳ τε τῇ ταύτης προτέρᾳ σιτίων τε καὶ ποτοῦ ἀπεχόμενοι οὐ διημερεύειν νενομίκασι μόνον ἀλλὰ καὶ πόρρω νήστεις τῶν νυκτῶν ἰέναι. Transponendum πόρρω τῶν νυκτῶν νήστεις ἰέναι. Secuntur haec: τότε οὖν ἅπαντας Βελισάριος ὀργῶντας ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, ταύτης τε ἀποστῆσαι τῆς γνώμης ἐθέλων (ταῦτα γάρ οἱ καὶ Ἑρμογένης ἐγίνωσκεν· —) τοὺς παραγενομένους πάντας ξυγκαλέσας ἔλεξε τοιάδε. Ne sensu careat pronomen οἱ, evidenter corrigendum est: καὐτὰ γάρ οἱ κτἑ. Laborant etiam verba sequentia sic, ni fallor, emendanda: Ποῖ Φέρεσθε, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἢ τί πεπονθότες κίνδυνον αἱρεῖσθαι ὑμῖν αὐτοῖς οὐκ ἀναγκαῖον βουλεύεσθε; μίαν εἶναι νίκην ἀκίβδηλον οἴονται ἄνθρωποι τὸ μηδὲν δεινὸν πρὸς τῶν πολεμίων παθεῖν, ὅπερ ἡμῖν ἔν γε τῷ παρόντι δέδωκεν ἥ τε τύχη καὶ ἡμῶν τὸ ἀπὸ vel παρὰ (pro κατὰ) τῶν ἐναντίων δέος. οὐκοῦν ἀπόνασθαι τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἄμεινον ἤ, παρελθόντα (-τας?) ταῦτα, ⟨τὰ ἀπόντα⟩ ζητεῖν, i. e. *ergo frui praestat praesentibus bonis quam his neglectis absentia quaerere.*

I 19 § 22. διαπλεύσαντες δὲ ἀεὶ τὸ πέλαγος τοῦτο καταίρουσιν ἐς τῶν Ἀδουλιτῶν τὸν λιμένα. Vocula ΑΕΙ non delenda mihi videtur cum Christio, sed mutanda in ΔΗ.

I 21 § 5. ἐγκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν (Μαρτυρόπολιν). Noli conicere, quod expectes ἐπικαθεζόμενοι. Cf. II 19 § 11 et quod passim sic usurpat noster, ἐνστρατοπεδεύεσθαι pro verbo simplici.

I 21 § 23. ἐν δὲ Μαρτυροπόλει Σίττας τε καὶ Ἑρμογένης ἀμφὶ τῇ πόλει δειμαίνοντες, ἀμύνειν γὰρ κινδυνευούσῃ οὐδαμῇ εἶχον, ἔπεμψάν τινας ἐς τοὺς πολεμίους κτἑ. At hi duces procul ab ea urbe erant in Mesopotamia, itaque suspicor: ἐν δὲ ⟨Μεσοποταμίᾳ⟩ — ἀμφὶ τῇ ⟨Μαρτυρο⟩πόλει δειμαίνοντες κτἑ. Vide antecedentia.

I 23 § 21. οὕτω μὲν ὁ Χοσρόης τὴν ἐπὶ [τῷ] θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον ἀπεπέμψατο. Deleo articulum, qui alibi constanter etiam apud Procopium in notissima formula recte abest, v. c. p. 124, 17 et 128, 4. Creberrime occurrit.

Digitized by Google

I 25 § 31. *τότε μὲν οὖν ἐξ ἐπάρχων ἰδιώτης γενόμενος ἐς ἕτερον ⟨ἱερὸν⟩ ἐνθένδε ἀναστὰς ἐκομίσθη* (Ioannes Cappadox). Inserui quod propter ductuum similitudinem facile excidit *ἱερὸν*, cuius durissima est h. l. omissio, licet in fine § 30 legatur *καταφυγὼν ἐς τὸ* (*τι* recte coniecit editor) *ἱερὸν κτἑ.*

I 25 § 38. *ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἤνυον, δυνάμει αὐτοὺς περιελθόντος Εὐσεβίου πολλῇ, ξυμφρονήσαντες νεανίαι τινὲς ⟨αὐτὸν⟩ ἐν τῇ Κυζικοῦ ἀγορᾷ κτείνουσιν.* Pronomen, quod de meo addidi, desiderari nequit.

II 4 § 11. *Πέρσαι δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὰς σπονδὰς λύσαντες ἔργα Ῥωμαίους τοὺς ἐφ' ὧν εἰργάσαντο ἅπερ ἐγὼ αὐτίκα δὴ μάλα δηλώσω. Βελισάριος* [*ἐπεὶ* om. VP] *τῶν Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν βασιλέα Οὐίττιγιν καθελὼν ζῶντα ἐς Βυζάντιον ἤνεγκεν. ὅπως δὲ ὁ Περσῶν στρατὸς ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλεν, ἐρῶν ἔρχομαι.* Verba *Βελισάριος — ἤνεγκεν* adeo male interrumpunt reliquam orationem arte cohaerentem, ut scholium marginale esse suspicer.

II 4 § 17. Vid. supra ad I 17 § 17.

II 7 § 36. *ᾤχοντο ὡς ἕκαστός πῃ ἐβούλετο.* Commemorat Haury coniecturam meam *οἳ* pro *ὡς*. Debebam e constanti Procopii usu proponere *οὗ*, quod soloece de motu quoque in locum adhibet.

II 9 § 15. *ἐνταῦθα κειμήλια χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου τοσαῦτα τὸ πλῆθος ὁ Χοσρόης εὗρεν, ὥστε τῆς λείας ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ τὰ κειμήλια ταῦτα λαβὼν πλούτου τι μέγεθος περιβεβλημένος ἀπιὼν ᾤχετο.* Num forte *πλούτου ⟨πολύ⟩ τι μέγεθος*?

II 11 § 1. *ἐνταῦθά τε Ῥωμαίων οὐδένα οὔτε εὑρὼν οὔτε λυμηνάμενος* (Chosroes), *ἀπελούσατο μὲν* [*ἐκ*] *τῆς θαλάσσης τῷ ὕδατι μόνος* (*μόνον*?), *θύσας τε τῷ ἡλίῳ — ὀπίσω ἀπήλαυνεν.* Delevi suspectam mihi praepositionem. Pro *εὑρών*, quod sane corruptum, editor coniecit *αἱρῶν*, at necessarius videtur aoristus, ut recte sequitur *λυμηνάμενος* etc. Expectatur *ἑλὼν* vel *ἀνελὼν*.

II 11 § 21. *καὶ ὃς ⟨ἐπεὶ* add. editor*⟩ ἀνεπυνθάνετο κτἑ.* Malim equidem *ὃς ⟨ὡς⟩ κτἑ.*, quae facilior est correctio.

Digitized by Google

II 16 § 27. μετεῖναι δὲ τῆς Ῥωμαίων θαλάσσης ὑμῖν διὰ τῆς ἡμετέρας ξυμβήσεται χώρας, ἐν ᾗ πλοῖά σοι, ὦ βασιλεῦ, ναυπηγουμένῳ βατὸν οὐδενὶ πόνῳ τὸ ἐν Βυζαντίῳ παλάτιον ἔσται. Malim <προσ>βατὸν.

II 24 § 10. οἷς δὴ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα ἡγμένος αὐτῷ τε καὶ Μαρτίνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρχουσιν ὅτι τάχιστα ἐσβάλλειν εἰς (l. ἐς cum G) τὴν πολεμίαν ἐπέστελλεν. εὖ γὰρ οἶδεν ὡς αὐτοῖς τῶν πολεμίων οὐδεὶς ἐμποδὼν γενήσεται. Male editor sprevit multo meliorem codicis G lectionem εἰδέναι pro οἶδεν.

II 28 § 8. χρῆναι δὲ ὑπὲρ τῆς ἀεὶ ἐκχειρίας χρήματά τέ οἱ τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα δοῦναι. Suspectam habeo voculam ἀεὶ, quam omittit cod. H. Num forte errore repetita est e proxime antegressis verbis οὕτω τε ἀδεέστερον ἀεὶ ἐς ἀλλήλους φοιτῶντες?

II 28 § 13. καὶ Ἀλαμούνδαρος μὲν ἕνα τῶν Ἀρέθα παίδων ἵππους νέμοντα ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλὼν τῇ Ἀφροδίτῃ εὐθὺς ἔθυσε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐγνώσθη οὐ καταπροῖεσθαι τὰ Ῥωμαίων πράγματα Πέρσαις Ἀρέθαν. Obscurissimum est quomodo ex eo sacrificio apparere potuerit *non* prodere Persis res Romanorum, cum praesertim Procopius alibi eius fidem merito suspectet. Nec tamen deleri potest negatio, quoniam etiam contrarium inde non poterat apparere.

II 28 § 16. Φάβριζός τε καὶ Ἰσδιγούσδας, ἀρχὰς μὲν περιβεβλημένω ἐνταῦθα μεγίστας καὶ ἄλλως λογισμῷ πονηροτάτω Περσῶν ἁπάντων κτέ. An ἄλλων λογισμῷ, *aliorum sententia*?

II 29 § 27. νῦν δὲ ὁ Γουβάζης μαθὼν τὴν Περσῶν ἔφοδον τῷ Λαγισθαίῳ ἐπέστελλε πέμψαι μέν τινας, οἳ Φυλάξουσι τὸν στενωπὸν ἰσχυρότατα. Hoc fecisse § 33 dicitur Lagisthaeus, qui *centum* tantum milites miserit ad tuendas angustias, multo pauciores quam quibus opus erat, nec tamen ita recte dici potuit § 33 αὐτὸς δὲ Πέτραν πολιορκῶν παντὶ τῷ στρατῷ οὐδὲν ἤνυσε, sed necesssario corrigendum παντὶ τῷ <ἄλλῳ> στρατῷ, ut cum alibi scribitur tum infra 29 § 20, p. 299, 8.

Digitized by Google

III 2 § 11. πόλεις τε γάρ, ὅσας εἶλον, οὕτω κατειργάσαντο ὥστε οὐδὲν εἰς ἐμὲ αὐταῖς ἀπολέλειπται γνώρισμα, ἄλλως τε καὶ ἐντὸς τοῦ Ἰονίου κόλπου, πλήν γε δὴ ὅτι πύργον ἕνα ἢ πύλην μίαν ἤ τι τοιοῦτο αὐτοῖς περιεῖναι συνέβη. Nullam reperio causam probabilem, cur Vandali *praesertim* urbes sitas citra sinum Ionium funditus deleverint. Quocirca Procopium scripsisse arbitror ἄλλας τε καὶ ἐντὸς Ἰονίου κόλπου.

III 2 § 21. οἵ τε γὰρ νέοι τῷ εὐπειθέστεροι τοῖς κεκτημένοις εἶναι τὸ ὕποπτον ἀπεκρούοντο. Malim εὐπειθέστατοι.

III 3 § 9. ζῶντα δὲ Βαλεντινιανὸς Ἰωάννην ἔν τε τῷ Ἀκολητίας ἱπποδρομίῳ — εἰσῆγεν ἐπόμπευσέ τε ὄνῳ ὑχούμενον καὶ — ἔκτεινεν. Sequentes aoristi suadent εἰσήγ<αγ>εν.

III 4 § 15. ἐν δὲ δὴ Ῥώμῃ Πλακιδία μὲν πρότερον ἐτελεύτα, ἔπειτα δὲ Βαλεντινιανὸς ὁ ταύτης υἱός, ἄπαις ἀρσενογόνου. Imo vero ἄρσενος γόνου, ut more Herodoteo sed mutata dialecto passim dicit noster, v. c. mox p. 333, 13; 345, 3; 347, 7. Nec vero palaeographice aliud significat lectio ἄρσεν̊ γόνου, unde nata est librorum scriptura. Cf. etiam p. 20, 21; 119, 3.

III 4 § 37. τήν τε Εὐδοξίαν ἀχθομένην Μαξίμῳ καὶ πρότερον τίσασθαί τε αὐτὸν τῆς ἐς Βαλεντινιανὸν ἀδικίας ἐπιθυμοῦσαν ἔτι [δὲ] μᾶλλον εἰς (l. ἐς hic et alibi semper, ut Thucydidem secutus solet noster) αὐτὸν οἰδαίνειν ὁ λόγος ἐποίησεν. Pro vocula δὲ, quam cancellavit editor, scripserim δή.

III 6 § 4. λέγουσιν οὖν Ἄσπαρα τότε δείσαντα μὴ Βανδίλων ἡσσημένων ὁ Λέων ὡς ἀσφαλέστατα τὴν βασιλείαν κρατύνηται, πολλὰ Βασιλίσκῳ ἐπισκήψαντα παρακαθέσθαι οἱ Βανδίλους τε καὶ Γιζέριχον. Verba lacunosa et corrupta. Scribendum videtur ἐπισκήψαντι et post hoc supplendum fere ὑπουργοῦντα (sive χαριζόμενον) πεῖσαι Λέοντα aut similia. Hoc enim suadet antecedens narratio.

III 7 § 21. παραδίδωσιν Ἀρμάτος Ζήνωνι τὸ αὐτοῦ στράτευμα, ἐφ' ᾧ Βασιλίσκον Καισαρά τε καταστήσεσθαι καὶ τελευτῶντι διάδοκον τῆς βασιλείας ἀπολιπεῖν. Non ipsius scriptoris sed li-

Digitized by Google

brariorum errore ita legi pro καταστήσασθαι arguit sequens ἀπολιπεῖν.

III 7 § 25. ἔνθα δὴ ψύχει τε καὶ λιμῷ πιεζόμενοι ἔς τε ἀλλήλους καταφεύγουσι καὶ τὰ φίλτατα περιβαλόντες σώματα διεφθάρησαν. Exquisitius sic sibi scribere Procopius visus est pro ἀλληλοκτονίας.

III 8 § 4. πολλῶν δὲ καὶ τὰς γλώσσας ἀπέτεμεν ἀπ' αὐτῆς Φάρυγγος, κτἑ. Malim ἀπὸ τῆς Φάρυγγος.

III 9 § 10. οὐχ ὅσια ποιεῖς οὐδὲ τῶν Γιζερίχῳ διαθηκῶν ἄξια, εἴ τι τῶν Γιζερίχῳ βεβουλευμένων ὄφελός ἐστιν· γέροντα τε καὶ ξυγγενῆ καὶ βασιλέα Βανδίλων ἐν φυλακῇ ἔχων, καὶ βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμενος κτἑ. Manifeste sic transponenda verba εἴ τι — ἐστιν, quae in libris leguntur post Βανδίλων.

III 10 § 26. Legerim: τούτῳ τῷ Γώδᾳ ὁ Γελίμερ Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐπέτρεψε, φυλακῆς τε ἕνεκα καὶ ⟨τοῦ⟩ φόρου τὸν ἐπέτειον ἀποφέρειν.

III 11 § 33. σχῆμα βασιλέως περιβαλλόμενον καὶ δορυφόρους προσποιησάμενον. Requiro περιβαλόμενον. Idem mendum similiter tollendum infra V 21 § 16.

III 13 § 8. Ταινάρῳ προσέμιξαν, ἣ νῦν Καινούπολις ἐπικαλεῖται. Num recte ita scribitur, an legendum Καινόπολις?

III 15 § 18. Supplendum: μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ξυνάρχοντες, ἐπιγνώμονες εἶναι τοὺς ⟨ἐμοὺς⟩ λόγους οἰέσθω, κτἑ.

III 21 § 10. οὐ μὴν οὐδέ τι ἐμπόδισμα τῇ κατὰ τὴν πόλιν (Romam captam a Belisario) ἐργασίᾳ ξυνέβη, ἀλλ' ἐν ἁλούσῃ πόλει καὶ πολιτείαν μεταβαλούσῃ καὶ βασιλείαν ἀλλαξαμένῃ οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ξυνέβη τινὸς τὴν οἰκίαν ἀποκεκλεῖσθαι, ἀλλ' οἱ γραμματεῖς τὰ βιβλίδια γράψαντες τοὺς στρατιώτας, ὥσπερ εἰώθει, ἐς τὰς οἰκίας ἐσήγαγον αὐτοί τε ὤνιον ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τὸ ἄριστον λαβόντες ὡς ἑκάστῳ ἦν βουλομένῳ ἡσύχαζον.

Quia pronomen αὐτοί non ad *scribas*, sed ad *milites* referendum esse sententia docet, scribendum videtur aut οὗτοί τε aut αὐτοί τε ⟨οὗτοι⟩, quod fortasse praeferendum.

Digitized by Google

IV 5 § 24. βουλόμεθα δέ σε ὡς βέλτιστα βουλεύσασθαι ἢ ὡς ταχύτατα καὶ τὴν παρὰ τοῦ σοῦ βασιλέως προσδέχεσθαι γνώμην. Editor ante ἢ excidisse putat μᾶλλον, quae si esset sententia, nulla opus foret mutatione, si quidem iam Homerus βούλομαι ἤ dixit cum ellipsi vocis μᾶλλον, sed nescio an potius sit huius loci βουλεύσασθαι καὶ ὡς ταχύτατα κτέ. Passim confundi a librariis η et καὶ nemo ignorat.

IV 11 § 18. καὶ γυναῖκας μὲν ξὺν τοῖς παισὶ κατέθεντο τοῦ κύκλου ἐντός· (τοῖς γὰρ Μαυρουσίοις καὶ γυναῖκας ὀλίγας [ξὺν τοῖς παισὶν del. Christ] ἐς παράταξιν ἐπάγεσθαι νόμος κτέ. *Paucae mulieres* minime sufficiebant, ut arbitror, itaque minime dubito, quin hic, ut saepe, perierit negatio, et supplendum sit ‹οὐκ› ὀλίγας.

IV 12 § 28. καὶ τότε Μαυρουσίων τοὺς ἀπολειπομένους γυναικῶν τῶν σφετέρων τὸ λόγιον ἐπῆλθεν, ὡς ἄρα τὸ γένος αὐτοῖς πρὸς ἀνδρὸς ἀγενείου ὀλεῖται.

Postulabat, ni fallor, narrationis psrspicuitas, ut scriptor aut hic adderet aut in praegressis moneret imberbem fuisse Solomonem, itaque suspicor post ἀγενείου periisse verba ἀγένειος δ' ἦν Σολόμων aut similia.

IV 17 § 3. Malim: οὗ δὴ αὐτοῖς αἵ τε γυναῖκες καὶ ‹τὰ› τῆς λείας χρήματα ἦσαν.

IV 21 § 21. χλευάζοντες δὲ τὰ εἰρημένα οἱ βάρβαροι πάντως αὐτὸν (Sergium, qui Leuathorum ducibus promiserat se *amnestiam* sanctissimo sacramento iis confirmaturum) ὀμεῖσθαι τὰ Χριστιανῶν λόγια ἔφασαν, ἅπερ καλεῖν εὐαγγέλια νενομίκασιν. οὐκοῦν ἐπειδὴ Σέργιος ταῦτα ὀμόσας εἶτα τοὺς πιστεύσαντας ἔκτεινε, βουλομένοις σφίσιν αὐτοῖς εἶη ἐς μάχην ἰοῦσι τούτων δὴ τῶν λογίων ἀποπειρᾶσθαι, ὁποίαν τινὰ πρὸς τοὺς ἐπιόρκους δύναμιν ἔχουσιν, ὅπως αὐτοῖς βεβαιότατα πιστεύσαντες οὕτω δὴ ἐπὶ τὰς ξυνθήκας καθιστῶνται. Pro εἶη, quod non habet unde pendeat, corrigatur εἶναι, referendum ad ἔφασαν.

IV 26 § 5. καὶ ἔτυχέ γε τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας, εἰ μὴ χειμὼν μεταξὺ ἐπιγενόμενος διεκώλυσε. Requiro κἂν ἔτυχε κτέ.

Digitized by Google

IV 26 § 13. *ἐνταῦθα ἀφίκεται.* Pro forma eschatobarbara aut e codd. PO *ἀφίκετο* fuerat recipiendum aut corrigendum *ἀφῖκται.* Saepe enim Byzantini et Procopius perfecto utuntur pro aoristo.

IV 27 § 28. *Ἀρταβάνης δὲ καὶ Κουτζίνας ἐπῆγον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὸ στράτευμα, οὓς δὴ οὐ [ξυν]ενεγκόντες οἱ ξὺν τῷ Ἀντώᾳ Μαυρούσιοι ἐς Φυγὴν ὥρμηντο.* Cancellavi apertum dittographema.

Ad vol. II.

V 2 § 16. Supra correxi ad III 11 § 33.

V 11 § 4. Legendum: *ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον <ἐπ>άνειμι.* Vid. ad. I 5 § 40.

V 20 § 2. *καὶ αὐτὸν* (puerum Vittigin in luctatione victum) *ὁ τῶν παίδων ὅμιλος ἐπὶ δένδρον ἐκρήμνων.* Recipienda fuerat e cod. L *ἐκρέμων*, quae forma commendatur frequenti Procopii usu. Cf. vol. I pp. 185, 16; 303, 21; 404, 7; vol. II p. 217, 23; 218, 14 etc. De *ἐπὶ* pro *ἀπὸ* cf. I p. 6, 24; p. 25, 13.

V 23 § 13. Supplendum *ἐν <πύλῃ> Σαλαρίᾳ.* Nusquam enim alibi in frequenti huius aliarumque Romae portarum mentione hoc vocabulum omissum offendes.

V 24 § 28. *τῶν τινες πατρίκιοι τὰ Σιβύλλης λόγια προὔφερον, ἰσχυριζόμενοι τὸν κίνδυνον τῇ πόλει ἄχρι ἐς τὸν Ἰούλιον μῆνα γεγενῆσθαι μόνον κτἑ.* Imo vero *γενήσεσθαι.* Similiter 28 § 29 sententia flagitat: *διὰ ταῦτα μὲν Βελισάριος ἰσχυρίζετο τοὺς βαρβάρους ἐν ταύταις δὴ ταῖς ξυμβολαῖς πρὸς Ῥωμαίων ἡσσήσ<εσ>θαι.*

V 29 § 7. *ἐννοοῦντά με δὲ τό τε Βανδίλων πάθος — οὐδὲν ἐσέρχεται μέτριον.* Transpone *δέ με.*

Digitized by Google

V 29 § 44. ὁ δὲ ἡμέρας δύο ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησε λόγον αὐτοῦ πολὺν ἔν τε Ἰσαύροις καὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἀπολιπών.

Suspicantem me, coll. p. 195, 21 sq., locis bene multis πόθον, *desiderium*, reprimit tamen I 18 § 38 λόγον αὐτοῦ πολὺν τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών, ubi πόθον absurdum foret.

VI 2 § 23. Requiro ἔργα μὲν ⟨οὖν⟩ ἐπιδειξάμενος μεγάλα κτἑ. et similiter correxerim vol. II p. 234, 10 (VI 19 § 10).

VI 4 § 11 (166, 18). Narrationis perspicuitas post longas ambages postulare videtur subiecti mentionem, ut scribatur ἐν τούτῳ δὲ τῷ χωρίῳ ⟨Βελισάριος⟩ Βαλεριανόν, τοὺς Οὐνίους ἅπαντας ἀπαγαγόντα, χαράκωμα — ἐκέλευε ποιεῖσθαι.

VI 8 § 2 οὗτος δὲ Πρεσίδιος, ὅτι δὴ Γότθους προσκεκρουκώς, — φεύγει κτἑ. Imo vero ὅ τι, *quidquid*. An est typorum vitium?

VI 11 § 6. ἤλπιζε γάρ, ἢν πεζοί τε καὶ μόνοι ἀρχόντων οὐκ ἀξιολόγων σφίσι παρόντων Ἀρίμινον ἔχωσιν, οὔποτε αὐτῆς ἐς πολιορκίαν Γότθων τὴν δύναμιν καταστήσεσθαι, ἀεὶ ὑπεριδόντας ἐπὶ Ῥαβέννης αὐτίκα ἰέναι, ἤν τε Ἀρίμινον πολιορκεῖν ἐθελήσωσι, τοῖς τε πεζοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐς πλείω τινὰ χρόνον ἀρκέσειν. Manifeste sententia aspernatur voculam τε, quam editor e cod. K addidit. Omittit eam cod. L, sed fortasse in γε refingenda est.

VI 14 § 10. οὐκ ἔχοντες Ἔρουλοι ἐΦ' οὕστινας ἀνθρώπους τὸ λοιπὸν ἔλθοιεν, καταθέμενοι τὰ ὅπλα ἡσυχῇ ἔμενον, χρόνος τε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τριῶν ἐν ταύτῃ δὴ τῇ εἰρήνῃ ἐτρίβη καὶ αὐτοὶ ἐς ἄγαν ἀχθόμενοι Ῥοδοῦλφον ἀνέδην σΦῶν τὸν ἡγεμόνα ἐκάκιζον κτἑ. Quia parum hic conveniunt notiones *ipsi* et *ultro*, non dubito quin genuina lectio sit αὐτῇ, scil. τῇ εἰρήνῃ.

VI 14 § 13. Ἔρουλοι — ὁμολογοῦντες, εἰ μέν τι ἀπεστερήκασι τοῦ Φόρου, ἀλλ' αὐτίκα μάλα ξὺν μεγάλῳ αὐτὸ ἀπέτισαν κτἑ. Manifeste ita scripsit Procopius memor nobilissimi loci Homerici Δ 160 sqq.

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσε,
ὀψὲ καὶ ἐκτελέει σύν τε μεγάλῳ ἀπέτ(ε)ισαν,
σὺν σΦῇσιν κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι,

Digitized by Google

cuius loci immemor doctissimus Homeri editor Christ infelicissime Procopio reddendum coniecit ξὺν μεγάλῳ ⟨τόκῳ⟩, nec magistri sui errorem animadvertit editor.

VI 17 § 23. καὶ εἰ μέν τι ἰσχύος ἢ θάρσους περιεῖναι τοῖς πολιορκουμένοις τετύχηκε, πλείστους τε ἂν τῶν πολεμίων ἐπεξελθόντος αὐτοῦ ἔκτειναν. Sententia flagitat τετυχήκει.

VI 19 § 29. Νάρσης δὲ — ἰσχυρίζετο ἐν τῷ παρόντι ⟨περὶ⟩ τοῦ τῆς πολιτείας ξυμφόρου πολιτεύεσθαι. De meo addidi praepositionem ita necessariam, ut de operarum errore fere cogitem.

VI 20 § 24. τό τε πελιδνὸν ἐς τὸ μέλαν μεταβαλόντες δαδίοις τισὶν ἐς ἄγαν καυθεῖσιν ἐῴκεσαν. Facillime confunduntur ΔΑΛΙΑ, *torres*, et ΔΑΙΔΙΑ, *faces*. Huius autem loci est δαλίοις. Cf. Thesaurus II p. 881 s. v. δάλιον.

Paucis interpositis secuntur haec: ἐπειδὴ γὰρ σφίσιν ἀποσβεσθὲν ἅπαν τὸ θερμὸν ἔτυχεν, ὅπερ ἡ Φύσις ἐντὸς ἔκαυσεν, εἴ τις ἐς κόρον αὐτούς, ἀλλὰ μὴ κατὰ βραχὺ θρέψειεν, ὥσπερ τὰ ἐπὶ καιροῦ τεχθέντα παιδία, οἵδε καταπέψαι οὐκέτι τὰ σιτία ἔχοντες πολλῷ διεφθείροντο θᾶσσον.

Pro verbis omni sensu destitutis reponere non dubito: ὥσπερ τὰ ⟨μὴ⟩ ἐπὶ καιροῦ θρεφθέντα παιδία, quae non egent interprete. Si quis forte mavult τὰ ἀπὸ καιροῦ, quae formula saepe occurrit apud nostrum, per me licet; res enim redit eodem. In eo non sibi constat editor, plerumque enim scribens ἀπὸ καιροῦ, semel dedit ἄπο καιροῦ, ut constanter edidit ἄπο τρόπου.

VI 23 § 1. εἰ πολέμου μὲν ἕτεροι ἐς τοσόνδε χρόνον διαφέρουσι μῆκος περὶ χώρας ἀρχῇ κτέ. Sic dedit Haury e codice K, dum L habet ἀρχήν. Utrique lectioni praestat ἀρχῆς.

VI 25 § 22. καὶ ταῦτα ἐς βασιλέα μέγαν ὑβρίζων, ὃν δή που τὴν ὕβριν μὴ λίαν ἐν τοῖς μεγίστοις ἀμείψεσθαι οὐκ εἰκὸς εἴη. Expectatur aut ⟨ἂν⟩ εἴη (nam voculae conditionalis omissio non est Procopiana) aut ἐστιν.

VI 29 § 11. ὑμᾶς τε τοὺς ξυνάρχοντας καὶ τούσδε τοὺς βασιλέως

Digitized by Google

πρέσβεις ξυνεισάγειν ἔδοξεν ἔμοιγε. Sic perperam editor scripsit e cod. K, nam procul dubio vera est lectio cod. L ξυναγαγεῖν.

VI 29 § 12. τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων ἂν εἴη σιωπᾶν μὲν ἕως ἔξεστιν [ἐξ]ελέσθαι τὰ κρείσσω. Sic scribendum cancellata absurda praepositione repetita e verbo antecedenti.

VII 1 § 24. ἅπερ ἐγὼ ὅτῳ δὴ τρόπῳ ἐρῶν ἔρχομαι. Haec verba aperte nihil aliud significare possunt quam *quocumque modo* (i. e. sive recte sive perperam) *dicturus sum*, quamquam dubium non est quin Procopius dicere voluerit: *quae quomodo gesta sint significabo*. Egregie igitur fallitur editor adnotans: „ὅτῳ δὴ τρόπῳ <ἐγένετο> Herw., ὅτῳ δή<ποτε γέγονε> τρόπῳ Krus. *Utrumque frustra.*"

VII 1 § 40. Malim <ἡ> τοῦ Ἰλδιβάδου γυνή.

VII 4 § 3. πολλοὶ γὰρ δόξῃ οὐκ ἀληθεῖ ἐξηπατημένοι σφᾶς αὐτοὺς ἔσφηλαν καὶ καταφρόνημά τισιν οὐκ ἐν δέοντι γινόμενον τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς καταλῦσαι δύναμιν ἴσχυσεν, ἐπεὶ καὶ ἄλλως ἡ προλαβοῦσα κακοπραγία τούσδε τοὺς ἄνδρας εἰς εὐτυχίαν παρακαλεῖ. τύχη γὰρ εἰς (l. ἐς) ἀπόγνωσιν ἀγαθῶν ἐλπίδων <ἐλθοῦσα add. Haury> ἐς εὐτολμίας ὑπερβολὴν περίστηται. Doceri pervelim quid sit *hortari ad felicitatem*, quasi vero quisquam nolit esse beatus. Universa sententia abunde docet Procopium dedisse εὐψυχίαν. Passim confundi a librariis τύχη et ψυχή norunt omnes, hic vero sequens τύχη eos induxit in errorem.

VII 6 § 4. ἐπεὶ δὲ Νεαπόλεως ὁ Ῥωμαίων στόλος ἀγχοῦ ἐγίνετο, κατέβαινε σκληρὸς ἄνεμος, ἐξαίσιόν τινα χειμῶνα ἐγείρων. καὶ ὁ μὲν ζόφος ἅπαντα ἐνεδίδου, ὁ δὲ κλύδων τὰς κώπας ἀνασπᾶν ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν τοὺς ναύτας οὐκ εἴα. Ut certa est verborum ἅπαντα ἐνεδίδου corruptela, ita incerta est correctio. Apta quidem sed violentior est Christii coniectura ἅπαντα εἴλυεν. Mihi venit in mentem ἅπαντας ἐδεδίσσετο (quo verbo passim Procopius usus est), ut caliginem veteribus plus fere quam hodiernis hominibus terroris incussisse plurima historiae antiquae exempla docent.

Digitized by Google

VII 10 § 4. *ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἐν Δυροῦντι πολιορκούμενοι τῶν ἀναγκαίων σφᾶς παντάπασιν ἐκλελοιπότων· βαρβάρους — ἐς λόγους ξυνῆλθον.* Haud dubie legendum *ἐπιλελοιπότων*, *deficientibus*, ut passim cum reliquis omnibus scribere solet noster, v. c. p. 369, 12 et 363, 7 et ubi non?

VII 11 § 23. *καὶ οἱ μὲν βάρβαροι Τίβουρον ἔσχον, Ῥωμαῖοι δὲ οὐκέτι ἐδύναντο ἐκ Τούσκων τὰ ἐπιτήδεια διὰ τοῦ Τιβέριδος ἐσκομίζεσθαι. πρὸς γὰρ τῷ ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη κτέ.*
Non potuit Procopius, Belisarii comes, ignorare Tibur situm esse non ad Tiberim, sed ad *Anienem*, qui in Tiberim influit, itaque suspicor eum dedisse *πρὸς γὰρ τῷ <Ἀνιῆνι> ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη*, vel potius *πρὸς γὰρ τῷ <ἐς τοῦτον ἐμβάλλοντι Ἀνιῆνι> ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη.*

VII 12 § 3. *ἀφίγμεθα εἰς* (l. *ἐς*) *τὴν Ἰταλίαν, ὧ βασιλεῦ κράτιστε, ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ ὅπλων καὶ χρημάτων χωρίς, ὧν οὐδ' ἄν τις μὴ διαρκῶς ἔχων πόλεμον, οἶμαι, διενεγκεῖν οὐ μή ποτε ἱκανὸς εἴη.* Iure haerens in pronomine indefinito Haury improbante Christio proposuit *ὧν οὐδ' ἂν <ὧν> τις πολεμικώτατος> κτέ.* Plane autem sufficere mihi videtur lenissima correctio *οὐδ' ἂν εἷς.*

VII 12 § 5. In eadem Belisarii ad Iustinianum epistula legitur: *ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς ἀπολελειμμένους ἐνταῦθα οὔτε αὐτάρκεις ὄντας καὶ κατεπτηχότας τοὺς πολεμίους δεδουλωμένους τε τὸ φρόνημα τῷ πρὸς ἐκείνων πολλάκις ἡσσῆσθαι, οἵ γε οὐδὲ εἰκῇ τοὺς ἐναντίους διέφυγον, ἀλλὰ τούς τε ἵππους ἀφέντες καὶ τὰ ὅπλα ἐς τὴν γῆν ῥίψαντες.* Quid sibi velit in hac sententia *εἰκῇ*, *temere*, prorsus me latet. Intellegam: *οἵ γε οὐδὲ νικη<θέντες> τοὺς ἐναντίους διέφυγον*, nam *victis* fugam capessere turpe non est, hi vero terrore correpti abiectis armis equisque missis terga vertere dicuntur.

VII 14 § 33. *ταύτῃ γὰρ αὐτοὺς καὶ τῇ ἀμφ' αὐτὴν χώρᾳ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἅτε προσηκούσῃ τὸ ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις ὡμολόγει δεδωρήσεσθαι καὶ σφίσι ξυνοικιεῖν μὲν δύναμις τῇ πάσῃ κτέ.* Merum librarii *σφάλμα* est quod e cod. K recepit editor *δεδωρήσεσθαι* pro *δωρήσεσθαι*. Exhibet *δωρήσασθαι* cod. L.

Digitized by Google

VII 19 § 15. Βελισάριος μὲν οὖν καὶ ὁ Ῥωμαίων στόλος πόνῳ <πολλῷ> ἀναπλέοντες, ἅτε τοῦ ῥεύματος σφίσιν ἀντιστατοῦντες. Addidi quod ob ductuum similitudinem elapsum est πολλῷ. Cf. vol. I p. 17, 9; 40, 15; 293, 9; vol. II 549, 18; 555, 10; 641, 2. Opponi solet formula creberrima οὐδενὶ πόνῳ.

VII 19 § 24. Ἰσαάκης δὲ ταῦτα ἀκούσας οὐκέτι οἷός τ' ἦν ἐν αὐτῷ μένειν, ἀλλὰ πλέους τοῦδε μεταλαχεῖν ἐν σπουδῇ εἶχε κτἑ. Ambigo utrum ἐν αὐτῷ explicandum sit ἐνταῦθα, scil. ἐν Πόρθμῳ, quod nomen in antecedentibus longiuscule distat, an potius scribendum sit ἐν αὑτῷ cum spiritu aspero, ut sit sententia: *non amplius continere se poterat.*

VII 24 § 29. διὸ δὴ καὶ Γότθοι εὐημεροῦντα μὲν τοῖς ἐγχειρήμασι Τουτίλαν (melius cod. L ubique habet formam probe Gothicam Τωτίλας) ἐτεθήπεσαν ἴσα θεῷ, ἄμαχόν τινα καὶ ἀήττητον ἀποκαλοῦντες, ἡνίκα πόλεων τῶν ἁλισκομένων ἐκ μοίρας τινὸς τὰ τείχη διαφθείρειν εἴα. Sententiae sane aptum est ἐκέλευε, quod proposuit editor, sed multo facilius ΕΙΑ nasci potuit ex ΕΓΝ̃, i. e. ἔγνω, quod aeque aptum est.

VII 26 § 20. Lege ἦ γὰρ <ἂν> πάντας σαγηνεύσας εὐθὺς τοὺς ἐναντίους εἷλεν. Incredibile dictu est quot locis in scriptorum Graecorum codicibus post γὰρ vocula ἂν exciderit.

VII 27 § 9. κυκλώσαντές τε αὐτοὺς οἱ πολέμιοι πλέον μὲν ἢ διακοσίους διέφθειρον, ἔμελλον δὲ <καὶ> Βῆρόν τε αὐτὸν καὶ τοὺς λειπομένους χειρώσασθαι, ἀλλὰ τύχη τις αὐτοῖς ξυμβᾶσα διεσώσατο. In tali sententia vocula καὶ, quam inserui, vix potest desiderari.

VII 31 § 8. γενόμενον δὲ τὸν Ἀρταβάνην ἐν Βυζαντίῳ ὁ μὲν δῆμος τῶν πεπραγμένων ἐθαύμαζε καὶ ἄλλως ἠγάπα. ἦν γὰρ εὐμήκης τε τὸ σῶμα καὶ καλός, τό τε ἦθος ἐλευθέριος καὶ ὀλίγα ἄττα ἐφθέγγετο. Bella scilicet causa aurae popularis praesertim apud Byzantinos, quos vix alius populus superabat loquacitate et iactantia. Pro verbis haud dubie corruptis legendum suspicor ἐπιχάριτα ἐφθέγγετο. Cf. VII 40 § 9 ἐστιάτωρ δὲ καθ' ἡμέραν οἷκοι ἡδύς τε καὶ ἐλευθέριος καὶ ἐπίχαρις.

Digitized by Google

VII 35 § 14. *προνοήσας οὖν Οὐάκης ἅπας εἰς* (l. *ἐς*) *τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ* (ex L revoca *αὐτοῦ*) *ἡ ἀρχὴ ἄγοιτο, ἔγκλημα Ῥιστούλφῳ ἐπενεγκὼν αἰτίαν οὐκ ἔχον φυγῇ τὸν ἄνθρωπον ἐζημίωσεν.* Quid significet *ἔγκλημα αἰτίαν οὐκ ἔχον* frustra quaerens emendo: *αἰτίαν οὐκ ἔχον<τα>* (i. e. *ἀναίτιον ὄντα, insontem*) *φυγῇ τὸν ἄνθρωπον ἐζημίωσεν.*

VII 36 § 10. *αὐτὸν δὲ τὸν Γότθων στρατὸν ἄγχιστα πύλης τῆς εἰρημένης* [*ἡ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμός ἐστι*] *λανθάνων τοὺς πολεμίους.* Additum *τῆς εἰρημένης* arguit haec verba a glossatore repetita esse ex modo antegressis § 7 *ἀμφὶ πύλην, ἣ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμός ἐστι.*

VIII 12 § 19. *οἶνον δὲ οὐκ ἔτυχον ἐνταῦθα καταθέμενοι Πέρσαι, πλήν γε ὅτι τόν τε ὀξίνην καὶ διαρκῆ κύαμον.* Permirum potionis genus *faba*! Quid lateat ignoro. Num forte *ζῦθον*, i. e. *οἶνον κρίθινον*?

VIII 15 § 4. *ἐφ' ὧν δὴ ἔμελλον ἱστάμενοι Πέρσαι τοὺς πολεμίους ὥσπερ ἐκ πύργων κατὰ κορυφῆς ἐνθένδε βάλλειν.* Revocanda e spreto ab editore cod. L, qui multas optimas praebet lectiones, formula *κατὰ κορυφήν*, qua ad Thucydidis exemplum passim utitur noster.

VIII 16 § 32. *τῷ ἐς τὸν Χοσρόην ἔχθει ὡς ἥκιστα ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀπόγνωσιν ἐγκλίνειν ἐθέλων.* Ubinam quaeso *ἀπόγνωσις* aliud significat quam *desperatio*? Flagitat autem sententia *ἀπόστασιν*, *defectionem.*

VIII 17 § 18. *πολλοὺς ἔκτεινεν, ἐν τοῖς καὶ τῶν Σαβείρων τὸν ἄρχοντα ξυννενέχθη πεσεῖν.* Similiter VIII 22 § 32 *ναυσί* —, *ἐν ταῖς εἶναι ξυνέβη καὶ τῶν νηῶν τινας, αἳ* — *ἔφερον*, ubi tamen optimus cod. K exhibet *αἷς*, ut scribere solet Procopius cum pedestribus omnibus. Nisi igitur multo plura et certiora miri illius usus exempla e nostro afferri poterunt, hic quoque corrigam *ἐν οἷς.*

VIII 19 § 13. *τεθέαται γὰρ τῶν πάντων οὐδεὶς οὔτε ποίμνῃ κύνας ἐπιβουλεύσαντας οὔτε λύκους ἀμυνομένους αὐτῆς πώ-*

Digitized by Google

ποτε. Absurda lectio. Corrige sodes: οὔτε λύκους ἀμύνοντας αὐτῇ (sc. τῇ πολίμνῃ) πώποτε.

VIII 23 § 18. ἐς δὲ τὸν Ἀγκῶνα ἡμῖν ἡ προσδοκία μεμένηκε πᾶσα τοῦ καὶ τοῖς ἐξ ἠπείρου τῆς ἀντίπερας καταίρουσαν ἐνταῦθα προσχεῖν δυνατοῖς εἶναι καὶ ἀσφάλειαν ἔχειν. Imo vero προσ-<σ>χεῖν, *appellere*. Non debebat editor lectores suos ludificari sequendo librariorum exemplum in talibus simplex a duplice sigma non distinguentium!

VIII 25 § 17. τὰ δὲ διαιρεθέντα ἔνια [σχῆμα recte del. Haury] μὲν αὖθις ἐς ταὐτὸ ξυνιόντα τὸ πρότερον τῇ γῇ σχῆμά τε καὶ εἶδος ἀπέδωκεν, ἔστι δὲ οὗ καὶ διεστηκότα μεμένηκεν. Propter opposita ἔνια μὲν merito expectatur ἔστι δὲ ἅ, sive librariis sive ipsius scriptoris neglegentiae vulgata scriptura tribuenda est.

VIII 27 § 27. Supplendum: τῇ γὰρ τῆς ἐμφεροῦς ἀτοπίας ὀκνήσει τὴν ἐπίταξιν αὐτῶν ἀναχαιτίσειν <ἐλπίδα> εἶχεν. Fugit hic locus editoris diligentiam similiter emendantis locum simillimum VIII 7 § 6 οὐδὲ γὰρ αὐτὸ ἐξ ἐπιδρομῆς ἐξαιρήσειν τὸ λοιπὸν <ἐλπίδα> εἶχεν.

VIII 32 § 20. οὐ μόνον Γότθοι δὲ ἀνῄρηντο, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων στρατιωτῶν πλεῖστοι, τῶν τε πρότερον ἀποταξαμένων μὲν τῇ Ῥωμαίων στρατιᾷ, ἀπηυτομοληκότων δέ. Corrigendum τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, aut, quod fere praetulerim, παρατα-ξαμένων, qui antea in Romanorum exercitu militaverant, *sed transfugerant ad hostes*.

VIII 32 § 28. ἐπεὶ καὶ τὰ πράγματα πρότερον τῷ ἀνθρώπῳ ἐχώρησε. Fortasse non necessaria est editoris coniectura ἐχώ-ρησεν <ἐπὶ μέγα>, propterea quod formula τὰ πράγματα χωρεῖ (sive προχωρεῖ) noto usu idem significat quod εὖ sive εὐτυ-χῶς χωρεῖ. Vid. Thesaurus s. v. χωρέω. Neque aliter noster v. c. I 14 § 16.

Finem huic scriptiunculae imponam indicando locos aliquot, mihi valde suspectos, ubi legitur aoristi aut praesentis pro futuri infinitivo aut ratione inversa.

Digitized by Google

I 3 § 17. ἦν γε — ὅρκους — ὀμνὺς τὰ πιστὰ δοίη, μήποτε Πέρσας ἐπὶ τὸ Ἐφθαλιτῶν ἔθνος στρατεύσασθαι.

I 14 § 33. οὐδέν μοι δοκῶ ἐνταῦθα ξὺν τοῖς Ἐρούλοις μένων τοὺς πολεμίους ἐργάσασθαι μέγα, ubi editor citat coniecturam meam ἐργάσεσθαι (Possis etiam οὐδὲν <ἂν> — ἐργάσασθαι).

II 3 § 9. πείθειν βασιλέα ὑποσχόμενος.

II 6 § 4. ἡμᾶς μὲν τὰ ἐπιτήδεια ἐπιλείψειν εἰκός, Πέρσας δὲ ἅπαντα ἐκ τῆς ἡμετέρας — κομίζεσθαι. Futurum verborum in ίζειν apud Procopium modo Atticorum more exit in ιῶ, modo in ίσω.

II 14 § 29. τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελῆ ποιήσειν ἤθελον pro ποιῆσαι aut ποιεῖν.

II 18 § 12. θαρρήσουσιν ἐπιθήσεσθαι pro ἐπιθέσθαι.

II 26 § 45. αὐτὸν δὲ ὡς ἥκιστα οἷόν τε εἶναι τὸν Ῥωμαίων αὐνοκράτορα πείθειν τῆς πρὸς Χοσρόης Φιλονεικίας ἀΦέμενον τὴν εἰρήνην πρὸς αὐτὸν θήσεσθαι pro θέσθαι.

Ibidem § 46. ὑποσχόμενον πρέσβεις τε — ἀΦίξεσθαι καὶ τὴν εἰρήνην ἐν τῷ βεβαίῳ κρατύνασθαι.

III 11 § 22. Τρίπολιν μὲν ἀνασώσασθαι μόλις ἤλπισεν.

VII 20 § 12. δέξασθαι τῇ πόλει αὐτόν τε ὠμολόγουν καὶ τὸν Γότθων στρατόν.

VII 36 § 25. ἀπομόσαντες τε μηκέτι τοὺς Γότθους στρατεύεσθαι.

VIII 17 § 6. ταῦτα εἰπόντας ὁ βασιλεὺς μεγάλοις τοὺς ἄνδρας ἀγαθοῖς δωρήσασθαι.

VIII 24 § 3. διαπράξασθαι — ἐν ἐλπίδι εἶχον.

VIII 24 § 4. δασμοὺς δὲ καὶ Φόρους ὑπὲρ τῆς ἐρήμου ἀποΦέρειν ὁμολογοῦσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ συμμαχήσειν καὶ κατήκοοι — αὐτῷ ἔσεσθαι. Sed incertiorem lectionem ἀποΦέρειν reddunt variae lectiones. Verbum enim omittit cod. W (et abesse posse videtur), ἀποΦέρεσθαι vero exhibet L.

VIII 27 § 21. ὅρκοις τε ἀλλήλους κατέλαβον ἢ μὴν Φιλίαν — διασώσασθαι.

Digitized by Google

De vitiosa hac syntaxi iudicantibus reputandum est, cum simillima vitia passim in bonorum quoque scriptorum operibus occurrere, tum vero Procopium longe plurimis locis verba *sperandi, promittendi, iurandi* recte et ordine coniungere cum futuri infinitivo. Cum hac huiuscemodi stribiliginum paucitate comparetur velim summa constantia vitiorum Byzantinorum quae ipsi scriptori imputanda sunt, velut quod ἦν ceteraeque coniunctiones cum vocula ἄν compositae optativum et indicativum adsciscere solent. Byzantinorum quidem faciem non distinxisse terminationes σαισθαι et σεσθαι papyri Aegyptiaci abunde docent, sed Procopius, assiduus veterum lector et imitator, pro aetatis suae modulo erat homo doctus admodum et eruditus. Sed de hac quidem quaestione iudicato ut cuique fort animus.

Quod ad scribendi rationem attinet, lectionum varietatem in codicibus examinans non dubito quin Procopius ubique secutus sit Thucydidis exemplum, ut constanter scriberet ἑς pro εἰς, σσ pro ττ, ξ pro σ, ρσ pro ρρ.

Simulatque reliqua Procopii opera in nova editione prodierint, haec studia deo volente continuabo.

CICERO.

Cic. Tusc. I. 40: *Qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito adridens „Propino", inquit, „hoc pulchro Critiae", qui in eum fuerat taeterrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurі sint. Lusit vir egregius extremo spiritu, cum iam praecordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus, quae brevi consecuta est.*

Deleatur interpretamentum molestissimum quod est *Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurі sint.* Quid sibi velint verba *propino hoc pulchro Critiae*, in sequentibus optime ipse Cicero illustravit (*vereque .... auguratus*), qua de causa ludi magistro illi reddatur elumbis sua adnotatiuncula.

P. H. D.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXIII pag.* 397).

XCIII.

DE DEPOSITO USURARIO [1]).

Debet usuras is, qui depositam pecuniam accepit, sive in restituendo *mora(m)* fecit [2]), quod commune est omnium bonae fidei iudiciorum [3]), *sive* usuras *percepit* ipse, *sive pecunia in re sua usus est* [4]), non eius permissu qui deposuit, quia placet mutuam fieri pecuniam, ex quo vel dominus ea uti permiserit [5]), vel depositarius usus sit, quum ab initio convenisset, ut, si vellet, uteretur [6]). Quamquam turbat Paulus l. 29 § 1 D. 16.3: *si ex permissu* [7]) *meo deposita pecunia is penes quem deposita est utatur, ut in ceteris bonae fidei iudiciis usuras eius nomine*

1) Cf. Niemeyer, depositum irregulare (1889).

2) Paul. Sent. II 12 § 7 (= Collat. X 7 § 7); c. 2 C. 4. 34.

3) L. 32 § 2 D. 22. 1; c. 2 C. 4. 34. — Idem est in petitione fideicommissi (l. 78 § 2, l. 87 § 1 D. 31), *verbis enim fideicommissi bonam fidem inesse constat* (l. 56 (54) D. 36. 1). Sane, ubi alia causa est, cur praestentur usurae, *mora* (*non*) *considerabitur* (Vat. fr. § 2).

4) L. 28 D. 16. 3; c. 4 C. 4. 34, — Exigit praeterea *moram* Papinianus l. 25 § 1 D. 16. 3 qua de re dicetur infra.

5) Collat. X 7 § 9 (Paul.); l. 9 § 9 D. 12, 1; l. 34 pr. D. 17. 1.

6) Cf. l. 10 D. 12. 1; l. 1 § 34 D. 16. 3.

7) Intelligi potest ab initio permissum vel post. Utroque tamen modo turbat (Niemeyer, op. cit. p. 60/1). Itaque corrigebat Huschke *impermissu* (Niemeyer op. cit. p. 56).

Digitized by Google

praestare mihi cogitur. Itaque ne turbet, verba *ex permissu meo* interim ei adsignabo, quem statim demonstrabo invexisse depositum usurarium ex conventione [1]), id est, Triboniano. Quaeritur enim, utrum in deponendo convenire possit, ut omnino praestentur usurae. Quod procedit iure utique novissimo, nam legitur l. 24 D. 16. 3 in causa depositi: *si .... ab initio de usuris praestandis convenit, lex contractus servabitur,* et item l. 26 § 1 eod.: *secundum conventionem usurae quoque actione depositi peti possunt.* Adnotat Niemeyer [2]), his verbis remissam videri stipulationem usurarum et confirmatum *pactum nudum de praestandis usuris,* quod *iure civili nullius est momenti* [3]). Cui simile est, quod placuit Sabino: *mandati tene(ri), qui mandavit tibi, ut Titio pecuniam fenerares* [4]), quibus verbis remittitur stipulandi necessitas in pro alio obligationibus [5]). Attamen, quum dicat Niemeyer stipulationem usurarum Papinianum (l. 24 cit.) Paulumque (l. 26 § 1 cit.) remittere, ludificare eum Tribonianum dixerim. Et quid apertius, quam inter Paulum et interpolatorem ita dividendum esse:

> *Lucius Titius ita cavit:* ἔλαβον καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα ....., καὶ συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους τέσσαρας μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. *Quaero an usurae peti possunt? Paulus respondit eum contractum, de quo quaeritur, depositae pecuniae modum excedere* [et ideo secundum conventionem usurae quoque actione depositi peti possunt].

Mentis male tutae fuisset Paulus, si scripsisset, *ideo* depositi actionem competere, quia res depositi modum excedat [6]). Nec mutat quod eidem acceptum refertur l. 5 § 4 D. 19. 5: *pos(se)*

---

1) Eiusdem enim esse videtur introducere depositum ut tantundem reddatur et conservare depositi actionem, quum res transire videatur in causam mutui (cf. Niemeyer, op. cit. p. 48 ia. p. 53).

2) Op. cit. p. 76-78.

3) Paul. Sent. II 14 § 1 (cf. tamen l. 41 § 2 D. 22. 1).

4) Gai. III § 156.

5) Cf. inprimis l. 32 D. 17. 1 vv. *neque enim mult(um) referre, praesens quis interrogatus fideiubeat an absens vel praesens mandet.*

6) Hoc ante me vidit Lenel (in Palingenesia).

Digitized by Google

mandatum ex pacto etiam naturam suam excedere [1]), nam nec legitur ibi excedere oportere, ut secundum conventionem actio mandati competat, et est omne argumentum periculosum, quod ducatur ex l. 5 cit., quae adeo suspecta est, ut iam non certent viri docti, sitne aliqua ex parte Triboniani, sed sitne ex parte Pauli. Ceterum non hoc negatur *pacta conventa inesse bonae fidei iudicio* [2]), sed quaeritur, quatenus id obtineat. Et videtur dicendum, quidquid *extra naturam contractus conveniat* [3]), id pactum obligatorium esse, verum enimvero quidquid contractus *modum exced(at)*, id ratum esse posse nullo modo [4]). Videtur sane Stephano [5]) in causa depositi convenire posse παρὰ τὴν ἀγαθὴν πίστιν καὶ τὴν φύσιν τοῦ συναλλάγματος, quod ideo dicit, quia legit apud Papinianum [6]), *contra bonam fidem et depositi naturam es(se) usuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dede(rit)*, nihilo vero minus, *si ..... ab initio de usuris praestandis conven(erit) lege(m) contractus serva(ri)*. Nos Papiniano eo potius novissimam clausulam abiudicabimus, quia in facti specie, quod tractat, ne intercesserat quidem pactio de usuris praestandis. Intercesserat in ea specie, quam tractat Scaevola l. 28 eod.:

> *Quintus Caecilius Candidus ..... Paccio Rogatiano suo salutem. Viginti quinque* nummorum quos (Lenel: *milia HS quae*) *apud me esse voluisti, notum tibi ista hac epistula facio ad ratiunculam meam pervenisse, (de) quibus ut primum prospiciam ne vacua tibi sint* [7]). *Quaesitum est, an ex ea epistula etiam usurae peti possint. Respondi: deberi ex bonae fidei iudicio usuras, sive percepit, sive pecunia in re sua usus est.*

Negat igitur Scaevola, cui mos est *magno ingenio de iure*

---

1) Cf. l. 34 pr. D. 17. 1, ubi Stephanus recte: πλατύνεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ φύσις τῆς *mandati*. Sed ibi quoque Tribonianum agnoscere mihi videor, scilicet, ut Africani nihil sit post: *mandati obligatum fore procuratorem*. Cf. Longo, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII (1905) p. 81-85.

2) L. 7 § 5 D. 2. 14.

3) L. 7 § 5 cit.

4) Cf. quoque Celsus l. 48 § 2 D 17. 1.

5) Sch. 4 Στεφάνου ad Bas. 13. 2. 26.

6) L. 24 D. 16. 3.

7) In Pandectis additur: *id est, ut usuras eorum accipias, curae habebo*. Quod cancellat Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XI (1890) p. 6.

Digitized by Google

aperto respond(ere) [1]), *ex ..... epistula* deberi, quae non veniant officio iudicis, usuras. Nec videtur omnino ante Tribonianum cuiquam placuisse depositum dari ex conventione usurarium, quum lex sit depositi, *in ea causa ..... compensationi*, id est, commutationi [2]), *locus n(e si)t*, quia *res ipsa reddenda est* [3]), nec patiatur ratio, ut usurae conveniant pro eius pecuniae usu, quae pecunia non sit movenda. Itaque qui invenit depositum usurarium, idem invenit depositum, *ut tantundem redd(atur)*, quod hodie vocant irregulare, idque obtrusit Papiniano l. 25 § 1 D. 16. 3:

> *qui pecuniam apud se non obsignatam* [ut tantundem redderet] *depositam ad usus proprios convertit*, post moram [4]) *in usuras quoque iudicio depositi condemnandus est.*

Quae inclusi, quam sint genuina, ipse locus ubi inserta sunt, demonstrat [5]). Aeque gravis est interpolatio in Alfeni tractatu de actione oneris aversi [6]), ubi a re aliena sunt et sine dubio Triboniani: *idem iuris esse in deposito; nam, si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clusam neque obsignatam traderet, nihil aliud eum debere, apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniae solvere*[t]. Quasi vero id aut Alfeni temporibus iuris fuerit [7]), aut is ibi depositi parum securus; totus in eo, ut ostenderet *supervacuum esse iudicium oneris aversi*, atque adeo *improba(ndum)*. Restat Papiniani l. 24 D. 16. 3, quam exscribam paragraphis et characteribus distinctam, ut appareat, quid primi

---

1) L. 109 D. 35. 1.

2) Cf. superius caput XXVIII.

3) Paul. II 12 § 2.

4) Moram nec exigit Scaevola (l. 28 D. 16. 3), nec Gordianus (c. 4 C. 4. 34), nec in causa proxima, id est, mandati Ulpianus (l. 10 § 3 D. 17. 1) et videtur, quum sola mora sufficiat, ut debeantur usurae, altera utra causa abundare. Numquid igitur verba *post moram* interpolatori adsignabimus? Cf. tamen l. 60 pr. D. 17. 2: *socium qui in eo quod ex societate lucri f(e)cer(a)t, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipse usus sit, usuras quoque praestare debere Labeo ait, sed non quasi* usuras (l. *usum*), *sed quod socii intersit moram eum non adhibuisse. Sed, si aut usus ea pecunia non sit aut moram non fecerit, contra esse* etc. Ergo apud Papinianum nihil temere cancellandum est.

5) Itaque Niemeyer, quod non possint recte referri ad *depositam* (op. cit. p. 7/8), ideo refert ea ad *non obsignatam* et vertit: *ut posset uti* (ib. p. 47/8).

6) L. 31 D. 19. 2.

7) Nam ne Papiniani quidem.

Digitized by Google

auctoris sit, quid notas scribentium Pauli et Ulpiani, quid denique Triboniani:

Lucius Titius Sempronio salutem. Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, ... quando voles et ubi voles confestim tibi numerabo [1]. *Quaeritur* [2] *propter usurarum incrementum. Respondi depositi actionem locum habere, quid est enim aliud commendare, quam deponere?*

(§ 1) *Quod ita verum est, si id actum est, ut corpora nummorum eadem redderentur, nam, si ut tantundem solveretur convenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos.*

(§ 2) [In quae quaestione si depositi actio non teneat]. *Cum convenit tantundem, non idem reddi, rationem usurarum haberi non facile dicendum est.*

(§ 3) *Et est quidem constitutum in bonae fidei iudiciis, quod ad usuras attinet, ut tantundem possit officium arbitri, quantum stipulatio: sed contra bonam fidem et depositi naturam est, usuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit.*

(§ 4) vid. supra.

Principium et tertia paragraphus, quod vidit Niemeyer [3], ita cohaerent, ut interposita necessario Papiniano abiudicanda sint. Sed cui dabimus primam et secundam? Certe prima non est nota Triboniani, qui invenit ipse depositum *ut tantundem solveretur*, sed esse potest Pauli, cuius exstat simile responsum [4]. Secunda quoque paragraphus antiqua nota est [5], sed cum interpolatione Triboniani [6], qui dicere voluit: *si depositi actio non tene(re)t*, ubi convenisset tantundem reddi, tunc fore, ut ratio

1) Similis cautio exstat in fontibus Brunsianis (1893) no. 129.

2) Quae teneat actio.

3) Op. cit. p. 36 sq. (cum not. 8).

4) L. 26 § 1 D. 16. 3.

5) Hactenus mihi convenit cum Ottone Lenel. Utramque enim paragraphum notarum auctori adscribit (ad Papin. 167), magisque Paulo quam Ulpiano (ad Paul. 1474).

6) Interpolationem concurrere non docet Lenel (in Palingenesia utique).

Digitized by Google

usurarum haberi non posset, at, quia teneat, haberi posse rationem; nec aliter intellexit Stephanus [1]): *ἐν δὲ τῇ παρούσῃ ζητήσει, εἴ τις εἴποι χώραν μὴ ἔχειν τὴν depositi, ἐπείδη τοσούτους, οὐ τοὺς αὐτοὺς, συνεφωνήθη δοθῆναι, — οὐδεὶς δὲ τοῦτο λέγει· ἁρμόζει γὰρ ἡ depositi ὡς ὑποκατιὼν* [2]) *δηλοῖ — οὐκ εὐχερῶς (τοῦ) πρὸ τῆς προκατάρξεως χρόνου τόκος ἀπαιτηθήσεται* [3]). Iure genuino igitur nemo deponere creditur, qui sibi tantundem reddi paciscatur, nec potest ex conventione vel usurarium esse depositum vel huius actio salva esse, quum deponentis permissu pecunia deposita depositarius usus sit, *aliud est enim credere aliud deponere* [4]), nec ab ullo umquam istae causae commiscentur, Triboniano excepto. Proinde non videntur apud mensam *depositas pecunias habe(re)*, qui *foenore* eas *apud nummularios vel cum* [5]) *nummulariis* vel per ipsos [6]) *exerc(e)ant*, sed, *qui vel postea usuras acceper(i)nt*, etiam hi privilegium suum ilico amittere, *quasi renuntiaverint deposito* [7]).

XCIV.

QUID SIT TESTAMENTUM.

Scribit Mitteis [8]) papyrorum [9]) ope demonstrari posse, per provincias vel certe per Aegyptum testamentum quod proprie sic dicatur („*das eigentliche Testament*"), quale fuerit Romanis

---

1) In medio sch. 1 ad Bas. 13. 2. 24.

2) Id est § (mihi) 4.

3) Id est: *οὐκ ἂν εὐχερῶς . . . . ἀπαιτηθείη.*

4) L. 24 § 2 D. 42. 5. Adnotat Mitteis, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX (1898) p. 211: „*wie sehr diese Vorstellung den Römern in Fleisch und Blut übergegangen war, zeigt* .... l. 19 pr. D. 14. 3, ... l. 13 pr. D. 14. 3, ... Plaut. Curc. 480."

5) *Commendae* genus („*Bank*-commenda") intelligit Goldschmidt, *Ztschr. f. Handelsrecht* 35 (1889) p. 81[107]. Cf. praeterea Mitteis, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX (1898) p. 207/8.

6) *Vel per ipsos* mihi suspectum est. Explicat qualiterqualiter Mitteis (l.l. p. 207).

7) L. 7 § 2 D. 16. 3.

8) Herm. XXX (1895) p. 611.

9) Berol. (*BGU*) 183 et 251, quibuscum conferri iubet (p. 610) 252. Hodie laudaret P. Fay. 97 et facilius obtineret.

Digitized by Google

cognitum, sed ne Aegyptiis quidem incognitum (*„wie es bei den Römern üblich ist und in* (*BGU*) *nr.* 86 *auch von einem Aegypter errichtet wird"*), concurrisse [1]) cum *divisione parentis inter liberos*, quae forma [2]) sit antiquior [3]) inveniaturque etiam apud Graecos, Lysiam scilicet (XIX § 37) et Demosthenem (XLIII § 19). Quamquam dubitat ipse, sitne ibi divisio *inter* liberos [4]) intelligenda, ac non potius *cum* filiis [5]) (*„allerdings scheint von der griechischen Ueberlieferung beide Male reelle Theilung vorausgesetzt"*), qualis intelligitur legibus Gortynica [6]) et Naupacti [7]), exstant autem exempla eius, omnibus notum in evangelio Lucae [8]), recens cognita inter papyros Oxyrrhynchitas [9]) atque Berolinenses [10]), historicis nota in legibus Burgundionum [11]) et Baiuvariorum [12]) aliisque Germanicae antiquitatis monumentis [13]). Apud Romanos quidem solus Cicero auctor est [14]) *cum* filiis parentes bona sua partiri solitos, nam quod habet l. 4 § 1

---

1) Pugnam ipse vocat (*„einen Kampf"*).

2) Cuiusnam rei non exprimit.

3) *„mit der aelteren Form der* divisio etc." Unde datum hoc sentit?

4) *Inter* liberos divisionem appellamus, quae mortis causa fiat (Mitteis, l.l.: *„Papiertheilung"*).

5) *Cum* filiis divisionem appellamus divisionem inter vivos (Mitteis: *reelle Theilung"*; Polacco, *della divisione fra discendenti* (1884) p. 181 (*somm.* § 116: *„divisione contrattuale"*), etsi pater nihil sibi reliqui fecerit, sed omnia diviserit filiis.

6) Col. IV lin. 23-31. Dubitari possit ad utram divisionem pertineant haec: τὸν πατέρα .... καρτερὸν ἦμεν τᾶδ δαίσιος καὶ τὰν ματέρα τῶν ϝῶν αὐτᾶς (cf. Pap. Oxyrrh. 493 lin. 6-8: ἐξεῖναι τῷ ἐπιζήσαντι ἀφ' ἡμῶν διατάσσειν τοῖς .... τέκνοις .... ἐφ' ᾧ ἐὰν αἱρῆται μερισμῷ). Sed extrema clausula: αἱ δέ τις ἀταθείη κτέ. ad solam *cum* filiis divisionem referri potest.

7) *Inscr. jur. gr.* XI § 8 ia. ibid. pag. 190[2].

8) XV § 12, 13. — Indorum leges laudare maluit Polacco, *della divisione tra discendenti* (1884) § 2.

9) 243 lin. 9; 713 lin. 23-34. Dividit utrubique cum filiis mater.

10) (*BGU*) 1013. Dividit ibi cum filiabus mater retento annuo.

11) I § 1, 2; XIV § 7; XXIV § 5; LI § 1, 2; LXXV § 1; LXXVIII § 1, 2 (Walter, *deutsche Rechtsgesch.* (1857) § 509 not. 1).

12) I 1 (Walter, l.l.).

13) Heusler, *die Gewere* (1872) p. 45/6; Add. *Sachsensp.* I 5 § 1; I 13; II 19 § 1; Beseler, *Systems* (1866) § 144; Polacco, op. cit. p. 181-200. De iure Gallico cf. Loysel, *Institut. cont.* no. 659 (io. 307); Polacco, op. cit. p. 200-219,

14) Accus. III 44 § 113: *quibuscum vivi bona nostra partimur.* — Eiusmodi divisionem iure Romano non procedere, nisi cum emancipatione coniuncta sit, manifestum putarem, nisi aliud placuisse viderem Cuiacio (Paris.) IX p. 545 A.

Digitized by Google

D. 41. 10: *si pater* [cum] *filiis bona qnae habebat partitus sit*, id ad divisionem *inter* liberos pertinere, sequentia demonstrant: *et* si filii *ex ea causa post mortem patris ea teneant, quod inter eos conveniret, ut ea divisio rata esset, usucapio his procedet pro suo in his rebus, quae alienae in bonis patris inveniuntur* [1]). Fit autem *cum* filiis divisio aut cum omnibus filiis (ut in Baiuvariorum et in Burgundionum legibus) aut cum uno filio certisve ut apud Lucam et in pap. Oxyrrh. 713 et in ipsa lege Gortynica (*ἀποδάτταθθαι τῶι ἀταμένωι*). Ad oratores quidem Atticos quod attinet, nulla de causa dubitat Mitteis aut ad divisionem *inter* liberos referre Demosthen. XLIII § 19 (*διένειμεν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν ὁ πατήρ, ... νειμάμενοι δὲ τὴν οὐσίαν κτέ.*), aut ex diverso Lys. XIX § 37 (*εἴ τις .... τοῖς παισὶ διένειμεν, οὐκ ἐλάχιστ' ἂν αὐτοῦ ὑπέλειπεν*) ad divisionem *cum* filiis [2]), quum nemo mortis causa dividens sibi partem servare cogitet. Est praeterea talis divisionis, qualis fit apud Lucam, id est patris cum altero filio exemplum apud Demosthenem XLVII § 34, 35 (*ὅτι νενεμημένος εἴη* (*πρὸς τὸν ἀδελφὸν Θεόφημον*) *καὶ χωρὶς οἰκοίη ὁ Θεόφημος, αὐτὸς δὲ παρὰ τῷ πατρί*), quem locum ideo fortasse neglexit Mitteis [3]), quia non satis intellexit *νενεμημένον* posse dici, cuius cum fratre divisionem pater praevenerit. Praeterea, quum oppositurus esset Mitteis testamentum, *quod proprie sic dicatur*, divisioni, dicere debuerat, quid *proprie* sit testamentum, non enim de ea re ita constat, ut praetermitti definitio tuto possit, eo vel minus, quia ipsis Romanis testamenti factio ad nihil pertinere aliud dicitur, nisi *ad bonornm (testatoris) divisionem faciendam* [4]), quae ut rata sit efficere potest

---

1) Fieri praeterea potest, ut sit ad *cum* filiis divisionem referendus primus sensus c. 1 C. Th. 2. 24 (*cum dividendae — commodandum*). Quod potest certiorem in modum affirmari de Nov. 123 c. 38 (Polacco, op. cit. p. 81 not. 2).

2) Polacco, op. cit. p. 26: *fra vivi*; sed cf. ibid. p. 80 (ad l. 4 § 1 D. 41. 10).

3) Ex diverso Demosth. XLIII § 19 neglexit Lipsius, *der Att. Prozess.* p. 579 (not. 264) et duos reliquos locos (ex Lys. XIX et Demosth. XLVII) non intellexit.

4) L 1 pr. D. 29. 1 (*caput ex mandatis*). Cf. Plaut. Mil. glor. 707 (Fleckeisen) et interpretatio Caroli Appleton, *le testament romain* (1903) p. 141[2]. Testamento vel codicillis bona divisa *inter filios* commemorantur: l. 39 § 1, § 5 D. 10. 2; l. 90 § 1 D. 30; l. 77 § 8 D. 31; l. 23 D. 34. 4; l. 30 § 3 cod.; l. 3 § 4 D. 36. 1; c. 6 C. 3 29; inter heredes qualescumque: l. 33 D. 10. 2; l. 15 D. 34. 9; c. 10 C. 3. 36; c. 10 C. 3. 38; c. 1 C. 8. 35 (36).

Digitized by Google

testator singulas res *legando* [1]) vel fideicommittendo [2]) singulis. Est igitur *arbitrium dividendae hereditatis*, quum *inter liberos* [3]) tum inter extraneos heredes testatori, sed subiectum communi legandi vel fideicommittendi [4]) et per hoc testandi vel codicillos faciendi necessitati. Etsi potest etiam *sine scriptura* [5]) quum *inter filios* [6]) tum inter extraneos heredes dividi, et erit divisio rata, si *post mortem patris* inter filios convenerit, ut teneat, et secundum *placita* (l. 20 § 3 D. 10. 2) *vice divisionis* (l. 32 eod.) res possessae sint [7]). Nam, quod posterioribus temporibus placuit [8]), ut inter filios dumtaxat divisio obtineret, etiamsi *tam circa testamentum quam etiam codicillos iudicium .... defic(ere)t* [9]), id Papiniani temporibus nondum observabatur [10]), nec ad rem pertinet [11]), quod *inter coniunctas personas quibuscumque verbis .... voluntas expressa (sufficit)* [12]). Quia igitur, sicut diximus, testa-

---

1) L. 33 D. 10. 2. Cf. l. 90 § 1 D. 30 (*verbis legatorum*); l. 3 § 4 D. 36. 1 (*datis praeceptionibus*).

2) Cf. l. 77 § 8 D. 31 (*verbis fideicommissi*).

3) c. 8 pr. C. 3. 28. Videtur quidem constitutio ad assis distributionem, non corporum, pertinere, ne scilicet dicendum sit cum Cuiacio (Paris. IV Resp. p. 72 E), divisionem subiacere querelae inofficiosi testamenti. Quod iure meritoque negat Mühlenbruch, (Glück) XLII p. 242/3.

4) Vidit hoc Mancaleoni, *sulla* institutio ex re (1902) p. 51[2], id., *sulla* compens. mut. legat. (1903) p. 71[1]. — Intelligetur *divisionem fec(isse)* testator (l. 77 § 8 D. 30), si *divisionis arbitrio* hoc modo *fungi voluit* (l. 33 D. 10. 2). Quod perspexit Polacco, op. cit. § 7 (i. f.).

5) *Testamenti vel codicillorum* (cf. l. 10 D. 26. 3), id est, neque testamento neque codicillis. Etsi dissentit Polacco, op. cit. p. 59 not. 3 (p. 60).

6) L 20 § 3 D. 10. 2. Eodem pertinere vidit Cuiacius (Paris. IV Resp. p. 71 E) l. 32 cit.

7) L. 4 § 1 D. 41. 10 (quam laudat Polacco, op. cit. p. 79). Ergo l. 32 cit. (D. 10. 2) sic suppleo: *post datas* (*res possessas et mandatas*) *actiones*. Iteratum, *datas* media expulit.

8) Respicit ius novum Constantinus c. 1 C. Th. 2. 24 (Polacco, op. cit. p. 62), itaque magis est ut non sit interpolata Diocletiani c. 21 C. 3. 36. Diversum dicendum est de c. 16 eod., quae conservat ius vetus (vv. *iuris auctoritate significatur*). Cf. Glück XLII (Mühlenbruch) p. 157.

9) Diocl. c. 16 C. 3. 36 (verbis ut videtur interpolatis); c. 21 eod. (*qualicumque indicio suam declaravit voluntatem*).

10) Diversum putabat Neuner, *die* heredis institutio ex re certa (1853) p. 182/3 (adn.). Verum hic vidit in extraneis heredibus (ib. p. 172 not. 15).

11) Non pertinere vidit Polacco op. cit. p. 37[1]. Cf. Vat. fr. 294 § 1 et 296.

12) Paul. IV 1 § 11; Vat 256*a*; c. 16 C. 3. 36 (parte non interpolata: *verum quibuscumque* etc.). Cf. l. 77 § 26 D. 31.

Digitized by Google

mentum pertinet *ad bonorum .... divisionem*, potest videri divisio genus esse, testamentum species, non genus alterum. Sed verius dicetur testamentum alterum esse genus, quia non utique cum divisione coniunctum est, proinde qui *testator successionem dividit* [1]), non suum *officium* explere, sed *arbitri dividendae hereditatis praeven(ire)* [2]). Itaque rursus dispiciendum est, quid sit testamentum. Et scribit Windscheid [3]) testamentum esse supremam hominis voluntatem [4]), quae habeat heredis institutionem [5]). Ergo suprema voluntas quaenam? Et apud Romanos quidem *suprema* dicitur quae perseveravit [6]), neque aliud dicere voluisse videtur Windscheid [7]), sed rectius atque melius dicetur voluntatem esse, quam quis *post mortem suam vale(re)* cupit [8]), Ulpiano ne adsentiendum sit censenti [9]) testamentum quod ruptum sit sicut irritum vel iniustum *abusive* testamentum appellari. Sunt autem supremae voluntates: donatio mortis causa [10]), testamentum, codicilli, fideicommissum sine testibus relictum [11]), *divisi(o) supremi iudicii* [12]), adsignatio liberti [13]), accommodatio voluntatis [14]). Ex his donatio mortis causa et voluntatis accommodatio et adsignatio liberti et fideicommissum sine testibus

---

1) c. 10 C. 3. 36; l. 15 D. 34. 9.

2) c. 21 C. 3. 36.

3) *Lehrbuch* (1891) § 538; § 628 (ante notam 1).

4) Voluntati opponitur *serm(o)* (l. 24 D. 29, 1 = § 1 Inst. II 11) et *literae, quibus .... animi affectus exprimitur* (l. 17 D. 29. 7).

5) In eadem sententia est Pothier (*Donations testamentaires* no. 2), est Dernburg, *Pandekten* III (1892) § 66. 1. Heredis institutionem iure gentium remittit Dareste, *Inscr. jur. gr.* vol. II pag. 64 (cf. *Cod. civ.* art. 895): ex diverso requirere videtur Appleton, *le testament romain* (1903) p. 51 (cf. p. 42/3) heredis institutionem, quae cum adoptione coniuncta non sit.

6) L. 32 § 2, § 3 D. 24. 1; l. 15 § 1 D. 29. 1; l. 22 pr. D. 32; l. 12 D. 34. 9.

7) Cf. § 538[2]: „letztwillig im eigentlichen Sinne".

8) Cf. Ulp. XX § 1, Modest. l. 1 D. 28. 1.

9) L. 2 § 1 D. 29. 3. Cf. in contrariam partem Afric. l. 6 pr. D. 48. 10 (*esse aliquod testamentum vel non iure factum*).

10) Cf. Iust. c. 4 pr. C. 8. 56 (57).

11) Iust. c. 32 C. 6. 42. Cf. Windsch. (1891) § 629; Dernburg, *Pand.* III (1892) § 75

12) L. 20 § 3 D. 10. 2.

13) Cf. l. 1 § 3, l. 7 D. 38. 4.

14) Ex Iustiniani constitutione (c. 30 C 2. 3), vel, quod ad matris hereditatem attinet, Constantini (c. 2 C Th. 2. 24, quam pertinere scribit Mittheis, l.l. (Herm. XXX) ad divisionem *cum* filiis).

Digitized by Google

relictum facillime discernuntur, quia sola donatio mortis causa habet *acceptionem* [1]), sola voluntatis accommodatio pactum expectat, cui accedat; sola liberti adsignatio in adsignando liberto consistit, fideicommissum denique sine testibus relictum a codicillis quo distet, nomen indicat. Inter codicillos et testamentum et supremi iudicii divisionem quid intersit, quaeritur. Et scribit Windscheid, sicut retulimus: testamentum esse voluntatem, quae habeat heredis institutionem, sin minus, fore codicillos [2]). Quam sententiam defendit quidem auctoritate Iuliani [3]): *tabulas testamenti non intelligi, quibus heres scriptus non (sit)*, easque *magis codicill(os) quam testamentum existimand(as)* esse; atqui praetermittere non debuerat impingi definitionem in certissimam iuris regulam, qua continetur *sine heredis institutione nihil in testamento scriptum vale(re)* [4]), quae foret supervacanea, si non esset testamentum, in quo nemo heres institueretur. Altera vero definitionis pars aperte falsa est, siquidem nihil obstat, quominus codicillis heres instituatur [5]), modo ne ipsis codicillis hereditas *data videa(tur)* [6]), quod ita procedit, si quis testamento caverit: *„quem heredem codicillis fecero heres esto"*, nam heres erit auctore et cognitore Papiniano [7]), quem *codicillis heredem institu(erit)*. Idem docet Ulpianus [8]) de eo, qui testatus sit ita: *„cuius nomen codicillis scripsero*

---

1) Cic. Top. 8 § 37 (*donationem sine acceptione intelligi non posse*). Cf. l. 38 D. 39. 6 (*mortis causa donatur, quod praesens praesenti dat*); Windsch. (1891) § 365[5], § 675[2], § 676[14].

2) *Lehrbuch* (1891) § 628 (ante notam 1) codicillos esse dicit supremam voluntatem, *„welche keine Erbeseinsetzung enthält"* (sed in adnotatione esse dicit, *„(welche) eine Erbeseinsetzung nicht beabsichtigt"*).

3) L 20 D. 29. 7.

4) L. 1 § 3 D. 28. 6. Cf. Gai. II § 248 (i. f.).

5) Fieri posse negant Gaius II § 273; Ulp. XXV § 11; Constantinus denique (c. 7 C. 6. 36) his verbis: .... *specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris auctoritate data non est*; ideo *specialiter*, quia valet codicillis huiusmodi conceptio: *„quisquis mihi heres erit bonorumve possessor eius fidei committo"*, quae quasi generaliter instituit omnes ad quos legitima hereditas intestative bonorum possessio perventura sit (l. 3 pr. D. 29. 7).

6) Nam verum est, *quod per manus traditum est, codicillis hereditatem dari non posse* (l. 10 D. 29. 7).

7) L. 78 (77) D. 28. 5.

8) L 10 pr. D. 28. 7.

Digitized by Google

ille mihi heres esto"; admittit quoque [1]) cum Paulo [2]) tales institutiones: „*si codicillis Seium heredem scripsero* (vel *scripsi*) *heres esto*", neque id novum videtur Bernhardo Windscheid [3]). Iam, qui nullum fecissent testamentum iis generaliter concesserat Constantinus, ut codicillis *legitima heredis institutio* rata esset [4]), quod postea non obtinuit. Sed ipsorum iurisconsultorum responsa manent, quibus efficitur (Iuliano excepto) èt testamentum esse sed non iure factum, quo nemo heres instituatur, èt codicillos, quibus contineatur heredis institutio, licet inutilis plerumque sit futura. Tentare possis: testamentum esse voluntatem, quae *solemniter* ordinata sit (Ulp. XX § 1), ex diverso *scriptura(s) simpliciter inchoat(as), quas nulla solemnitatis adminicula defend(a)nt* aut supremi iudicii divisionem [5]) aut codicillos [6]). Sed ea res quoque fallit, siquidem testamentum imperfectum [7]) citra clausulam codicillarem [8]) nihilomagis codicillorum iure censetur [9]); atque praeterea in milite non tantum appellatur testamentum, quod nullam habet solemnitatem, sed distinguitur adeo, feceritne testamentum an codicillos [10]). — Aliorsum ducit Papiniani auctoritas (l. 41 § 3 D 28. 6): *ea(m) scriptura(m), quam quis testamentum esse volu(erit), codicillos non fact(uram)*, quam doctrinam confirmat Ulpianus l. 1 D. 29. 7: non esse codicillos, quos quis *testamentum facere opinatus* [11]) scripserit, proinde (l. 11 § 1 D. 32) *(si) quis exemplum*

---

1) L. 10 pr., § 1 D. 28. 7.

2) L. 12 D. 37. 11.

3) *Lehrbuch* (1891) § 546[10].

4) Interpr. c. 1 C. Th. 4. 4

5) Constant. c. 1 C. Th. 2. 24.

6) Cf. § 3 Inst. II 25.

7) I. e., aut praeparatum dumtaxat (l. 29 pr. D. 28. 1; l. 11 § 1 D. 32) aut non iure factum (l. 41 § 3 D. 28. 6; l. 1 § 1 D. 31; c. 11 C. 7. 2). Cf. Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. (1837) p. 126 not. 172.

8) Tantundem valet *iurisiurandi religi(o)* (l. 77 § 23 D. 31), id est adiuratio.

9) L. 29 pr. D. 28. 1; l. 41 § 3 D. 28. 6; l. 3 (i. f.) D. 29. 1; l. 1 § 1, l. 11 § 1 D. 32; c. 11 C. 7. 2; c. 1 C. Th. 2. 24 (*sub testamenti vocabulo coeptae* (*scripturae*) .... *appellari aliter* (*n*)*ullo modo poss*(*u*)*nt*); c. 7 § 1 C. Th. 4. 4.

10) L. 36 pr. D. 29. 1; l. 8 § 4 D. 29. 7; l. 114 pr. D. 30; l. 96 D. 35. 2. Ad codicillos ante militiam potest pertinere l. 19 pr. D. 29. 1. Ad codicillos post missionem pertinent l. 17 § 4, l. 20 pr. D. 29 1; l. 17, l. 92 D. 35. 2,

11) *Opinio* et voluntas idem est: l. 60 pr. D. 50. 16; l. 22 § 1 D. 9. 4. Cf. Gai. II § 238.

Digitized by Google

testamenti praepar(e)t et prius decedat quam testetur, non vale(re) quasi ex codicillis, quae in exemplo scripta s(i)nt [1]). Erit igitur voluntatis quaestio, utrum quis fecerit codicillos an testamentum praeparaverit. Est in eadem sententia Paulus l. 29 pr. D. 28. 1, sed alibi [2]) transit in castra Iuliani; sicut a se desciscit ipse Papinianus, ubi admittit [3]) condicillos esse posse, quos quis *testamentum facere se existiman(s)* fecerit. Sin est voluntatis quaestio, ut fecisse videatur testamentum, qui testamentum facere voluerit, codicillos, qui codicillos, res nihil ab aenigmate discrepat: animus enim testamenti faciendi non potest aut definiri aut intelligi nisi ante perspectum sit, quid sit testamentum. Sed responderent, ni fallor, consulti, qui hanc doctrinam tuentur: eum velle videri facere testamentum, qui *ipso* [4]) *iure valere volu(erit)* suprema sua iudicia, sin *per fideicommissum* [5]), velle videri facere codicillos (l. 19 pr. D. 29. 1). Quod plerumque ipso contextu declarabitur, quia non est verisimile, codicillos scribere voluisse, qui heredem instituerit [6]). Sane id ita est, si solemnibus verbis usus sit, nam si verbi gratia scripserit „*Titium heredem esse volo*", praeterea quaeremus, an Titio substituerit, an legata ab eo reliquerit, ut sic constet testamentum eum facere voluisse [7]). Quodsi de ea re constiterit, testamentum erit aut perfectum aut imperfectum; codicilli non erunt, si placet voluntatis esse quaestionem. At *in milite diversum prob(atur)*; valebit enim iure militiae, quod communi deficitur, etiamsi maxime miles *destinaver(i)t communi iure testari*, ideo quia nemo *credendus est.... genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia*, nec audietur adversus hanc sententiam qui *dixerit: si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse*, nam hoc in pagano quidem verum

1) Add. c. 7 § 1 C. Th. 4. 4.
2) L. 20 D. 29. 7.
3) L. 13 § 1 D. 29. 7.
4) I. e. directo.
5) I. e. *codicillorum* iure (pr. Inst. II 25). Sic l. 37 § 3 D. 32 *epistula fideicommissaria* dicitur, quos appellare solemus codicillos. Eodem modo l. 8 pr. D. 29. 7 codicilli non confirmati valere dicuntur *per fideicommissum*.
6) c. 14 C. 6. 23.
7) l. 13 § 1 D. 29. 7.

Digitized by Google

est, sed in milite contrarium *etiam divus Marcus rescripsit* [1]). Itaque, nisi dicemus testamentum esse, quod habeat heredis institutionem, vel quod habeat solemnitatem ordinationis, quod neutrum a testimoniis satis commendatum est, dicendum erit testamentum esse ultimam voluntatem eius, qui directo iure suae rei legare voluerit, codicillos eius, qui novo codicillorum iure [2]). Sed quid divisio? Erit nimirum eius ultima voluntas, qui nec testamentum facere nec codicillos, sed tantum *divisionis arbitrio fungi voluit* [3]), veluti, quum paterfamilias veteranus *vice tab(u)larum* terminos comportionales in agro pegerit adsignato [4]). Alioquin, si testamentum facere voluerit, mero iure non potest intelligi divisio [5]), sin codicillos, erunt codicilli. Quod vero generaliter diximus initio, ultimam voluntatem esse eam, quam quis *post mortem (su)am* valere cupiat, potest quis vel sic velle, ut post mortem suam omnimodo valeat, vel sic ut valeat, si aliquo certo periculo extinctus sit. Quae voluntas in donatione mortis causa rata est [6]), quin immo interdum donationem facit ratam [7]); in ceteris autem ultimis voluntatibus ratio eius non habetur, sed velle dumtaxat intelligimur, ut omnimodo, ni revocentur, valeant.

---

1) L. 8 D. 29. 1. Sensus fragmenti perspicuus erit, si pro *quicquam* emendetur *nequiquam*. Similiter l. 23 pr. D. 40. 7 pro *nec Titio* reponendum videtur *nequiquam*. Alias apud iurisconsultos hoc vocabulum exstare negatur.

2) Similiter hodie distinguendum esse inter testamentum et propter nuptias donationem, docet Hamaker, *Weekblad voor Privaatrecht* XXIX (1898) no. 1475 (p. 157). Potest enim hodie etiam per ante nuptias donationem legare quis suae rei.

3) Cf. l. 33 D. 10. 2.

4) Gromat. p. 40 lin. 5-18 (cf. ibid. p. 271 lin. 18).

5) c. 1 C. Th. 2. 24: *quod vero ad huiusmodi spectat scripturas, in quibus talis defunctorum mens fuisse invenitur, ut de testamento intelligatur tantum cogitatum, etsi repugnare ius videatur, huiusmodi quoque conscriptiones inter suos dumtaxat heredes valere oportet.*

6) L. 2, l. 31 § 2, l. 35 § 4 D. 39. 6; l. 20 D. 24. 1; Windsch. (1891) § 369[a].

7) L. 3-l. 6 D. 39. 6 (Paling. Paul. 1753) Pertinet sententia ad donationem inter virum et uxorem (l. 43 D. 39. 6). Cf. quidem l. 11 § 1 (sed etiam l. 20) D. 24. 1.

Digitized by Google

AMPHIDROMIA.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Relegens Lysistratae fabulae scholia haesi in verbis versui 757 adscriptis. Mulierem quae gravidam esse se finxerat, arcem relinquere ut sibi liceret, Lysistrata dolum perspiciens, quasi de infante non de galea sub feminae veste protracta sermo esset, serio rogat:

„οὐ τἀμφιδρόμια τῆς .... κυνῆς αὐτοῦ μενεῖς;"

quae verba scholiasta sic explicat: *„ἀμφιδρόμια δὲ ἡ δεκάτη ἡμέρα τῶν τικτομένων παιδίων, ἐν ᾗ τὰ ὀνόματα αὐτοῖς τιθέασι περιδραμόντες κειμένοις."*

Die igitur, si audiamus scholiastam, decimo post diem natalem agebantur *τὰ ἀμφιδρόμια*, quibus homines quidam circumcurrentes nomina dare solebant recens natis humi vel in lecto iacentibus. Quod si quaeris, quinam fuerint hi homines, exspectas responsum: „nimirum patres, quibus natura ipsa *τῆς ὀνοματοθεσίας* ius obveniebat. Neque mater tam cito post partum currendo apta fuisset. Adhibet scholiasta formam pluralem, morem ut indicet generalem." Erunt fortasse, qui opinentur, patrem non solum functum tali munere fuisse, immo cognatos, amicos, vicinos — quotquot aderant — quasi chorum instituisse, cursu patrem circum infantem currentem aequasse. Nempe satis est notum tam aliunde quam ex Avium vs. 494 familiares laeto exceptos convivio interfuisse nominandi caerimoniae. *Εἰς δεκάτην παιδαρίου ἐκλήθησαν, ἐχόρευσαν τὴν νύκτα ὅλην, ὑποπε-*

Digitized by Google

πωκότες saepius discedebant. Quid mirum igitur si inter tot varias dulcesque oblectationes ὁ ἀμφίδρομος χορός more sanctus antiquissimo locum obtinuerit primarium? Infantem vero in medio positum molliter involutum patri choroque exsultantibus acclamasse non est quod dubitemus proloqui. Fuitque spectaculum dulcissimum!

Ecce autem lexicographorum manus felix spectaculum misere conturbat. Clamat enim Suidas τὰ ἀμφιδρόμια numquam non fuisse acta die quinto; perhibet Hesychius (s. v. δρομιάμφιον) fuisse diem septimum caerimoniae sacrum; asseverant idem Hesychius et scholiasta ad Plat. Theaet. 160 E infantem nequaquam iacuisse in medio sed sublatum manibus circa focum esse gestatum. Oritur vero rixa inter scholiastam et Hesychium, cum ille perhibeat infantem gestasse mulieres quae matri enixae affuerint, hic contendat virum quendam (haud dubie patrem) γυμνόν perfunctum esse ritu illo mirando. Frustra Harpocratio Lysiam affert ut probet ὀνοματοθεσίαν habitam esse die septimo; refellit orationem falso Lysiae adscriptam tam Aristophanes quam Aristoteles in animalium historiae nono libro (Harp. s. v. ἑβδομευομένου).

Quod vero est gravius, ipse Plato auditu mirabilibus nos percellens in scaenam prodit. „μετὰ τὸν τόκον" — verba sunt Socratis agiturque de infante Theaeteti e cerebro nato — „τὰ ἀμφιδρόμια αὐτοῦ ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον, σκοπουμένους μὴ λάθῃ ἡμᾶς οὐκ ἄξιον ὂν τροφῆς τὸ γιγνόμενον ἀλλὰ ἀνεμιαῖον. ἢ σὺ οἴει πάντως δεῖν τό γε σὸν τρέφειν καὶ μὴ ἀποτιθέναι, ἢ καὶ ἀνέξει ἐλεγχόμενον ὁρῶν καὶ οὐ σφόδρα χαλεπανεῖς, ἐάν τις σοῦ ὡς πρωτοτόκου αὐτὸ ὑφαιρῇ; Non videtur dubium quin Plato hoc voluerit: infantem in medio positum inspectasse homines quosdam, ut efficerent dignusne esset qui viveret aleretur necne. Iam suspicamur scholiastam ad Lysistr. vs. 757 hinc duxisse quod perhibeat de recens nato κειμένῳ ἐν μέσῳ. Unde vero Plato habuerit hanc doctrinam nusquam alibi de Atheniensibus prolatam, non diu quaeres Plutarchi bene memor. „Spartae non licebat", ita is narrat in vita Lycurgi (c. 16), „tollere recens natum atque educare, antequam τῶν Φυλετῶν οἱ πρεσβύτατοι inquisitione habita eum probassent; si forma viribus patriae curis videbatur indignus, mittebatur ad Ἀποθέτας, ut in bara-

Digitized by Google

thrum deiceretur." Hac de re Athenis inusitata Plato cogitavit, sed fingens magistratus inquisitione sua esse perfunctos *περιτρέχοντας* confudit Spartanorum usum cum Atheniensium ortaque est res perquam ridicula. Quid eius scholiasta? Silentio praeterit rerum confusionem, annotat haec: „dies est quintus post partum *ἀμφιδρόμια* vocatus, *quia tum lustrant manus* quae matri enixae affuerunt, *καὶ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν φέρουσι τρέχουσαι κύκλῳ καὶ τοὔνομα τίθενται τούτῳ, δῶρά τε πέμπουσι τῷ παιδίῳ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας καὶ σηπίας, οἵ τε φίλοι καὶ οἰκεῖοι καὶ ἁπλῶς οἱ προσήκοντες.*

Vera falsis commixta. Iniuria *ὀνοματοθεσίαν* die decimo peractam transfert in quintum diem; iniuria nutricibus attribuit ius illud *patri* debitum dandi nominis. Audivisset modo Pisetaerum clamantem:

θύω τὴν δεκάτην ταύτης (urbis) *ἐγὼ*
καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ ἐθέμην!

Vera sunt quae memorat de amicis dona mittentibus confirmata quadamtenus ciborum serie quam apud Eubulum (fr. 15) de amphidromiis agentem legimus in Athenaei libro nono (370 C). Vera quoque videntur quae de nutricibus tradit manus lustrantibus; veri enim videtur simillimum adiutrices non statim infante in lucem edito matrem deseruisse, *καθάρματα* igitur solemnia tum demum fuisse peracta cum mulieres in eo essent ut inde discederent. Falsissimum autem iudicamus quod tradit de hisce mulieribus infantem manibus suis circum focum gestantibus. Praepostere scholium suum incipit: „*ἀμφιδρόμια* vocatur dies, quia tum manus lustrant adiutrices," cum vera etymologia exigat: „quia tum infantem circum ignem gestant Athenienses. Hoc die adiutrices lustrari solent vocanturque ad cenam amici cognati." Ordine turbato id quod fuit „*τὸ βρέφος π. τ. ἑ. φέρουσι τρέχοντες κύκλῳ*" propter subiectum femininum antecedens pessime corruptum est in *τρέχουσαι*. Veram lectionem servat Hesychius s. v. *δρομιάμφιον*: *ἐν ᾗ* (*ἡμέρᾳ*) *τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσιν.* Cf. Apost. II 56: *ἀμφιδρόμια ἄγεις· ἡμέρα τις ἦγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος παρὰ* (leg. *περὶ*) *τὴν ἑστίαν ἔτρεχον φέροντες καὶ παρὰ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας; ἐλάμβανον.* Qui *ἐλάμβανον*? Nimirum quibus gratulaban-

Digitized by Google

tur amici: parentes! Parentes, qui una cum amicis dona comedere solebant (cf. Eubul. fr. 15).

Idem igitur subiectum habet verbum ἔτρεχον, quod scriptor non sensu quodam generali (pro vernacule „men") enuntiavit, ut vel de mulieribus accipi posset, sed de *parentibus* voluit intellegi, i. e. de *patribus*.

Tutiores igitur ibimus cum Hesychio. Pater infantem circumtulit suum vestitu rituali amictus, γυμνός i. e. μονοχίτων. Nonne id mores antiquissimos in mentem revocat, puta Hesiodeum illud: γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάειν? (cf. Lysistr. vs. 1173). Neque simplicem hunc vestitum labentibus temporibus abiisse in desuetudinem docet Platonis praeceptum viva e vita petitum: Φωρᾶν δὲ ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὀτῳοῦν, γυμνὸς Φωρᾶν (Legg. XII 954 A. Cf. Nub. 499).

Quid sibi volebat mos ille circum ignem infantem ferendi τρέχοντος?

Rohdius putabat originem esse petendam ex antiquo ἀποτροπιχσμῷ, quo novus natus igni esset lustrandus (Psyche II 72). Revera omnia purgat edax ignis, vel ut Graeci dicebant τὸ πῦρ καθαίρει καὶ τὸ ὕδωρ ἁγνίζει.

Malesani e. g. circum ignem ferebantur neque aliam habet originem decursio funebris quam Homerus describit (ω 68 sq.):

τεύχεσιν ἐρρώσαντο πυρὴν πέρι καιομένοιο
πεζοί θ' ἱππῆές τε.

Livius de Gracchi funere sic refert: „in vestibulo Punicorum castrorum rogum extructum esse, armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum motibusque armorum et corporum suae cuique genti assuetis" (XXV, 17).

Animadvertant lectores verba ἐρρώσαντο et *decucurrisse*, quae quam maxime cum ἀμφιδρομίοις conveniunt. Sunt enim nostris diebus, qui Rohdii explicationem reiciendam putent, cum Homeri Liviique verborum immemores a lustratione ducant alienum τὸ τρέχειν περὶ τὴν ἑστίαν. Vir e. g. ingeniosissimus Reinach in libro nuperrime edito circumspexit, ut facere solent mythologi hodierni, annon in angello quodam terrarum orbis abdito lateret mos, quo comparato Graecorum ritus melius explicari posset. Repperit esse in usu apud Esthones ut pater, cuius filius recens natus in ecclesia βαπτίζεται, inter baptismum

Digitized by Google

currat circum templum. Cur?, rogas. Scilicet ut novus quoque natus mox pedibus fiat celerrimus. Ecce lis diremta: currit Graecus circum focum, ut filius quem manibus fert fiat ὠκύπους! — Quis autem mortalium ita est hebes ut ne nunc quidem perspiciat, cur familiares amicique amphidromiorum die dono mittere solerent πολύποδας?

Sed cavendum ne iocis indulgendo virum optime de rebus antiquis meritum parum suspicere videamur. Id dicimus, qui decursionem circa pyram funebrem, qualem apud Graecos barbarosque invenimus, silentiō praeterierit amphidromiorum ritum nondum explicasse. Etiam latet motus illius celerioris causa vera. Minime confundendus est mos ille funebribus cum certaminibus, quae non circa rogum sed cadavere combusto habebantur, ut docet Ψ. Ipso autem rogi calore et fulgore lustrari qui adsunt iam inde apparet, quod Patroclis funere habito vestigium *sequentis* lustrationis neque in fine Ψ neque in initio Ω invenimus ullum. Apud Scythas autem, qui mortuos reges *conditos* sepeliunt, post funus sequitur *lustratio peculiaris* (Herod. IV 73).

Sed de his rebus hactenus. Pauca de tribus fragmentis tragicis addere volo.

Habet Hesychius lemma δρομιάμφιον ἦμαρ, ut quivis videt e poeta quodam petitum. Exstat autem apud eundem s. v. Ἀμφίδρομος observatio haec: Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἐλέγε τὸν γενέθλιον. Egit nimirum Aeschylus de Dionysi ἀμφιδρομίοις (cf. argumentum [Apollod.] III, 41, 4. 3).

Ecquid incertum illud lemma ἀμφιδρόμιον ἦμαρ ex Aeschyli fabula Semele est petitum? Obstatne metrum? At quis pro certo statuat vocabula iuxta posita fuisse? Quidni fuerint discreta ut in choricis plerumque fit? Amat Aeschylus substantivum ἦμαρ ab adiectivo disiunctum, e. g. Choeph. 610

μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.

Deque die festo agendo habet Agam. 1592: κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν.

Fragmentum quoque 379 (Weckl.) incertum, quod e Danaidibus repetivit Hermann, e Mysis Droysen, e Prometheo Soluto Hartung, ad Semelen pertinuisse conicio. Sunt verba:

Digitized by Google

ὑμεῖς δὲ βωμὸν τόνδε καὶ πυρὸς σέλας
κύκλῳ περίστητ' ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι
εὔξασθε!

Alloquitur aliquis (daemon Amphidromus?) mulierum chorum monetque ut bonis suis verbis Dionysi amphidromia prosequantur. Vocabula ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι de corona circumstantium dicta conferat lector benevolus cum Bacchylidis imagine pulcherrima (Epinic. VIII, 27 sqq.):

πενταέθλοισιν γὰρ ἐνέπρεπεν ὡς
ἄστρων διακρίνει Φάη
νυκτὸς διχομήνιδος εὐφεγγὴς σελάνα·
τοῖος Ἑλλάνων δι' ἀπείρονα κύκλον
φαῖνε θαυμαστὸν δέμας.

Semelen fabulam Τδροφόρους quoque fuisse inscriptam ob famulas vel vicinas aquam, qua Bacchus recens natus perlueretur, afferentes, satis est notum. Easdem mulieres in amphidromiis chorum circum ignem instituisse, daemonem ipsum Amphidromum patris (i. e. Iovis) functum esse munere — Bacchum igitur manibus sublatum gestasse circum focum — pro certo ducimus. Adstipulamur enim Hartungio, qui hanc Aeschyli fabulam satyricam fuisse primus est opinatus. Sophoclis quoque Τδροφόρους fuisse drama satyricum valde videtur verisimile. Superest versus:

ὄχοις Ἀκεσταίοισιν ἐμβεβὼς πόδα.

Quis hic adscendit ὄχημα ἐζευγμένον Σικελικαῖς ἡμιόνοις? Ni fallimur, Iuppiter fuit in ridiculum vertens quod legimus apud [Apollod.] III, 4, 3: Ζεὺς παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς (i. e. Σεμέλης) ἐφ' ἅρματος ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς. Pro equis suis superbis utitur mulis Siculis, ut bonus Trygaeus εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον ἀντὶ Πηγασείου γενναίου πτεροῦ.

Digitized by Google

MINUCIANA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

C. 20. 5. Similiter ac vero erga *deos quoque maiores nostri improvide creduli rudi simplicitate crediderunt; dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia.*

Haec in codice leguntur. Ex Waltzingii editione copiosissima, qui quidquid coniecturarum umquam viri docti ad Minucium protulerunt sedulo ad paginae calcem exhibet, his modis locum temptatum esse discimus: proposuerunt Ursinus, Dombart, Leonard: *similiter* [*ac*] *vero erga d.* — Heumann: *simili errore* — Vahlen, Halm: *similiter adeo* — Maehly: *s. vero atque erga deos* ‹erga homines› *quoque* — Baehrens, Kurz: *s. vero heroas ac deos quoque* — Cornelissen: *s. vero ac deos heroas quoque* — Vahlen, Waltzing: *s. erraverunt erga deos q. m. n.*: *improvide c. r. s. c.* — Synnerberg: *s. autem erant erga deos q. m. n. improvide creduli: rudi s. crediderunt: dum* e. q. s. — denique Boenig scripsit: *s. ac* miracula *deos quoque.*

Quicumque sententiam quae corruptam sequitur accurate perlegerit, mox perspiciet Minucium verbis quae sunt *dum reges suos colunt religiose* non inducere rem novam vel argumentum non prius allatum, sed rem, quam verbis *similiter .... crediderunt* in medium protulit, fusius explicare, in luce clariore ponere, legentibus magis probare voluisse. Summa vero argumentationis in fine est: *sacra facta sunt quae fuerant adsumpta*

Digitized by Google

solacia: his verbis eum quodammodo repetere verisimile est id quod in initio posuit, sed illic argumentis nondum allatis, hic vero iam toto rei cursu explicato probatoque. Cum autem verbis *dum reges suos* e. q. s. scriptor exposuerit quo modo factum sit ut homines regum mortuorum statuas deos esse crederent, eum antequam quo modo factum esset explicaret factum ipsum aliquo modo indicasse opinor. Quae cum ita sint, et ratio et litterarum corruptarum ductus mihi dubitationem iam relinquunt nullam quin vera sit lectio:

Simulacra vero regia *deos quoque maiores nostri improvide creduli rudi simplicitate crediderunt.*

Ita demum enuntiatum quod sequitur vim suam obtinere videbis: *dum reges suos* (viventes sc.) *colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia.* Hanc explicationem apte iam inducit sententia a me emendata. Neque minus illa quae praecedunt, hanc coniecturam commendant. Octavius enim postquam de miraculis locutus est monstruosis, quibus facilis apud maiores fides esset, ita pergit: *Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves et feras omnes* (ita Scheffer — P *homines*) *et de hominibus arbores atque flores? quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt.* Nonne iusta iam gradatio sequitur in verbis: *Simulacra vero regia deos quoque maiores nostri .... crediderunt?*

Ceterum conferas c. 23. 10: quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, inlusam.

C. 28. 7. *Nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis.*

Primum excutiamus Waltzingii thesaurum. Coniecerunt Rigault, Halm, Boenig: *cum vestra vel* ⟨sua⟩ *Epona* — Heinsius et Cornelissen: *cum vestra* bella *Epona* — Iac. Gronovius, Baehrens, Ellis: *cum* Vesta *vel Epona* — Roeren: *cum* ⟨Vesta⟩ *vestra vel Epona* — Svoboda: *cum vestra* [vel sua] *Epona* — Hartel, cui Waltzing assentitur, censet lectionem traditam servandam esse, *vel* hoc loco pro *et* positum esse contendens.

Digitized by Google

Quod ex hoc criticorum numero alii pronomen *sua* ante vocabulum *Epona* inserendum crediderunt, alii codicis scripturam defendere conati sunt eo quod *vel* pro *et* positum esse affirmant, ita Minucii manum restituere illi, hi vindicare sibi visi sunt collatis locis ex Tertulliano duobus, sc. Ad Nat. I 11: *Iam vos totos asinos colitis et cum sua Epona et omnia iumenta et pecora et bestias*, et Apolog. 16: *Vos tamen non negabitis et iumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis.* Nempe Minucii verba aut immutanda aut contorte insoliteque explicanda esse censuerunt, dummodo verbis Tertulliani fierent quam simillima. Equidem locos Tertulliani, unde Minucio salutem afferamus, grato animo agnosco, sed aliam viam ingrediendam esse puto atque critici illi ingressi sunt — non quid Tertulliani editores recenseant, sed quid in codd. mss. traditum sit primum quaerendum esse arbitror. Loco autem altero codex Parisinus non *Epona* praebet, sed *poena*: illud demum a Iac. Gothofredo a. 1625 restitutum est. Altero loco, in Apologetico scilicet, codices variant: vocabula *Epona*, *Eponia*, *Hippona* exarata video, immo hanc lectionem, quae in Parisino 2616 est, editores ab anno 1521 usque ad annum 1603 dant omnes: Beatus Rhenanus, Sig. Gelenius, I. Pamelius, D. Heraldus. Nomen igitur *Epona* librariis saec. IX, qui quidem Tertulliano describendo operam impenderunt, parum notum fuisse inde satis manifestum est: *Hipponam*, nomen oppidi, optime noverant, deae Eponae nomen ignorabant.

Idem accidisse suspicor scribae codicis illius Minuciani, qui litteris cursivis scriptura longobardica exaratus et codicis nostri Parisini 1661, qui unus nobis Minucium servavit, exemplum fuisse dicitur. In illo scriptum fuisse credo *cum vestra Hippona* sive quod littera *H* male addita fuerit, ut aliorum vocabulorum initio (35, 9 *Hammon*, 2, 19. 27 *Hostia*, 26, 15 *histe* e. a.) addita est, sive quod nomen urbis Hipponae dici librarius ille putaverit; deinde scribam codicis, qui tempus tulit, partem priorem litterae *H* pro compendio habuisse, quo et in notis Tironianis et alibi particula *vel* designari solet, cum praesertim in hoc codice vocabula non nisi raro separata sint.

Quoniam igitur erroris originem satis manifestam esse puto, non iam metuo ne nimiae confidentiae me accusent asseveran-

Digitized by Google

tem, vocabulum *vel* expungendum esse, Minucium vero scripsisse: cum vestra Epona.

C. 29. 5. *Sic eorum* (principum et regum sc.) *numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est daemonem* eius *implorant; et est eis tutius per Iovis genium peierare quam regis.*

Pro codicis lectione *eius* editores fere recipiunt Vahlenii coniecturam *eorum*. Sunt qui verba *id est daemonem eius* tamquam glossam inducenda esse censeant; Baehrens *rei* proposuit.

Si quis in posterum quoque in Vahlenii scriptura acquiescere velit, caveat tamen, ne cum Boenigio virgulam post *eorum* ponat, nam genius recte quidem daemon vocari potest, daemon vero hominis alicuius esse nequit. At variis de causis Minucii manum a Vahlenio non restitutam esse opinor: vetat res palaeographica, vetat numerus singularis vocabulorum *genium* et *daemonem*, cum *genios* et *daemones* Minucius posuisset, si scripsisset *eorum*, vetat denique quodammodo sententia *et est eis tutius per Iovis genium peierare quam regis*. Si quis mihi obiciat vocabulum *numen* quoque, quamvis ad plures (*eorum*) pertinens, singulari numero positum esse, respondeo id deberi vocabuli notioni prorsus diversae, *imagines* vero vocabulum, quod et ipsum ad *eorum* pertinet, recte pluralem numerum obtinuisse. Auctorem scripsisse aio:

genium, id est daemonem, regis *implorant; et est eis tutius per Iovis genium peierare quam* eius.

Vocabula *regis* et *eius* igitur in codice locum inter se mutasse credo, quamquam fieri posse concedo ut Minucius bis *regis* posuerit, illud post in *eius* corruptum sit.

SALLUSTIUS.

Sallust. Bell. Iug. 54. 7: *quae negotia multo magis quam proelium male pugnatum ab suis regem terrebant, quippe cuius spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur.*

Mihi quidem vocabula *ab suis* videntur ineptissima.

P. H. D.

Digitized by Google

DE PORTICU CLAUDIA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

Martialis (Spect. II, 9 sq.) immensam Neronis aulam, a Vespasiano Titoque populo redditam, describens et alia habet et haec:

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras
Ultima pars aulae deficientis erat.

Claudia porticus ubi fuisset ignorarunt viri docti, donec exsisteret Iordanus, qui (Forma Urbis p. 33 A) doceret in monte Caelio eam stetisse, *quoniam* ibi (prope S.S. Ioannem et Paulum) magnae porticus *exstarent* rudera. Nova haec τῆς ἀρχαιολογίας ratiocinatio mihi semper mira visa est; falsissimam eam esse ipsi nuper me docuerunt oculi, cum in ipso stans Palatino vel in Aventino (in suavissima illa taberna quae Castellum Constantini dicitur) otiose desidens longe Colosseum prospectarem recordarerque pone illud latere „Thermas Titi" quae dicuntur, ubi aureae domus etiamnunc certissima superessent vestigia, a dextra vero haud longe haberem illud Ioannis Paulique templum, ubi finem habuisse Neronis aulam nunc docemur. Videbar mihi audire aliquem narrantem de strenuo cursore, qui mane Harlemo profectus prandium Leidae sumsisset, post meridiem Hagae Comitum et Delphis substitisset, vesperi advenisset ..... Amstelodamum. Equidem porticus Claudiae sedem inventam credam cum prope „Mariam Maiorem" aliove extremi Esquilini loco effossa erunt porticus alicuius fundamenta. Sed nolo cum doctis fossoribus digladiari; totam enim rem non curo magnopere, cum vel sic sciam haud parvum urbis spatium ab aedificante Nerone fuisse occupatum: satis superque me hoc poetae

Digitized by Google

scriptoresque docent. Hoc cordi magis est ipsiusne Martialis verba integra pervenerint ad nos, quod quaerere neglexerunt qui terra eruenda illustrare eum student. At latet hic, nisi fallor, sub verborum ruderibus poetae gemma quaedam minime spernenda.

Ultima pars aulae *deficientis* erat.

Quis unquam sic est locutus? Certe non bonus poeta et versuum elegantissimus artifex qualis fuit Martialis. Non solum bis idem hic dicitur, sed absurdum in modum poeta tyrannum, quem accusat, simul absolvit. Ibi finem aulae suae facere, ubi *deficit* illa, id est ubi ipsa natura finem posuit, cuiusvis est, at Nero ét a Martiale ét ab omnibus, qui immensum aureae domus increpant spatium, tamquam furiosus et insanus depingitur. Nam omnino, qui in quavis re modum excedit, insanire dicitur; nunquam vero usitatius illud est, quam si quis in aedificando certorum finium immemor videtur. Cogita modo de vernaculo *bouw-woede*, quod in ore habent omnes. Denique, ne longus fiam, scripsit Martialis et salsissime venustissimeque scripsit:

Ultima pars aulae *desipientis* erat.

AD OVID. MET. I, 712.

Legimus apud Ovidium l.l.:

arte nova vocisque deum dulcedine captum
„hoc mihi concilium tecum" dixisse „manebit",
atque ita disparibus calamis compagine cerae
inter se iunctis nomen *tenuisse* puellae.

Ubi *tenuisse* verbum spurium esse v. d. Hartman adnotavit, suspicor autem legendum esse *tribuisse*, quod et aptum praebet sensum et facile in *tenuisse* abire potuit, praesertim cum id ipsum legatur in versu vicino 706.

Comparentur velim Met. VI, 89:

nomina summorum sibi qui tribuere deorum

et ibidem XIV, 620 sq.:

qui, quo regnarat, eodem
monte iacet positus tribuitque vocabula monti.

W. Werff.

Digitized by Google

DE CICERONIS SCHOLIASTA GRONOVIANO.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

Consentaneum erat me Scholiis Bobiensibus antea collatis in Scholiasta Gronoviano qui vocatur omnis nervos aetatis industriaeque meae contendere, praesertim cum codicem in bibliotheca Academiae Leidensis nancto mihi peregrinandum non esset. Quin etiam ut, si ego a schola vacuus essem, vacarem scholiis, S. G. de Vries vir illustrissimus, quem propter benignitatem ubicumque studia humaniora florent summis laudibus efferri certo scio, codicem curavit mittendum Hagam Comitis ad Bibliothecam Regiam. Hic qui bibliothecae praeest W. G. C. Bijvanck vir amplissimus non magis diligentem quam benevolum custodem se praestitit atque simul T. I. de Boer vir doctissimus libros manu scriptos curans pro sua comitate permisit, ut cum iustum tempus praeterisset altaque silentia regnarent in capacissima domo, ego tamen collationem non intermitterem. Quamobrem in principio huius commentarioli praeclaris illis viris pro benevolentia erga me habita gratias ago quam maximas.

Contuli autem Orellii [1]) editionem cum cod. Voss. Lat. 130 atque in sequentibus paginis omnes discrepantias correctiones annotationes marginales afferam, quas in illa editione desideramus eisque carere non possumus, ut lectionis traditae expressam imaginem cogitatione nobis fingamus. Verum in munere meo fungendo quam diligenter tractaverim egregium librum, qui

1) M. Tullii Ciceronis opera edidit Io. Casp. Orellius. Vol. V. Pars 1. Turici 1833. Pag. 382—444.

Digitized by Google

inscribitur „Der sogenannte Gronovscholiast" [1]) nihil opus est dicere. In eo enim Stangl v. c. docte et acute disputat de quattuor manibus [2]) in codicis scriptura distinguendis, de quattuor scholiastis, qui longe et ingenio et aetate qua vixerunt inter se diversi commentarios nostros confecerunt, de horum interpretum genere dicendi, de vitiis Turicensis editionis, facile tamen mea quidem sententia caput tertium, quod agens de arte coniecturali permultas praestantes emendationes [3]) offert, principem locum obtinet. Peritissimum illum ducem secutus pro mea tenui infirmaque parte conatus sum verba, quae manifesto corrupta sunt corrigere, interdum etiam defendi vel revocavi traditam scripturam. Nonnullae denique observationes varii generis additae sunt.

Cod. fol. 1 (pagina recta) = Orell. pag. 382.

In medio margine superiore a tertia manu scriptum exstat: Veteris Grammatici In Aliquot M. Tullii Orationes Fragmenta [4]).

In marginis superioris parte dextra invenitur a tertia manu: Hieron. Apol. 1 advers, Rufinum: Puto quod puer legens Aspri In Virgilium Et Salustium commentarios Vulcatii In orationes Ciceronis, Victorini In dialogos eius Et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati aeque In Virgilium.

An Vulcatii Gallicani cuius extant aliqt Impp. vitae.

382, 6 Ante litteras *n. a. h*, in cod. scriptus est numerus 219 (cf. Stangl. l. c. pg. 5).

382, 6 *n. a. h*, ergo hominum auxilium defecit, sed deorum restat.

Tres illae litterae quid sibi velint, pro certo affirmare non ausim, tamen scholiastae Vergilii laudandi studium probare videtur eum de suo poeta aliquid sumpsisse. Accedit nobis etiam quod interpres mox citat (Aen. II, 523): *Haec ara tuebitur omnis*,

1) Ueberlieferung, Text und Sprache dargestellt von Dr. Th. Stangl. Prag. Tempsky. Leipzig Freytag. 1884.

2) Ingenue fateor multis locis utrum prima an secunda manus in textu aliquid correxerit aut in margine addiderit me diiudicare non posse. Manus vero tertia et quarta plerumque sine ullo negotio distinguuntur. De hac re omnino vid. Stangl l. c. pg. 4—6.

3) Idem v. c. nuper alias emendationes publici iuris fecit, cf. Wochenschrift für klassische Philol. N. 16, col. 443—445. Ac profecto unus ille dignus videtur, a quo totum corpus Schol. in Cic. edatur. Quod idem censuit P. Wessner v. c. (Bursians Jahresb. 1902 Bd. CXIII pg. 194).

4) *Fragmeta* cum compendii signo, ut mox *Teretii*; talia non amplius afferre volo, neque digna sunt quae commemorentur: *deoru, propt, ptura, gravit* cet. (omnia cum compendii signo scripta). Praestat enim de iis tantum agere, quae huius libri manuscripti propria esse videantur.

Digitized by Google

quod pertinet ad *sed deorum restat*. Nonne igitur adducimur, ut cogitemus de (Aen. II, 522): *nunc adforet Hector*, ad quae referamus: *ergo hominum auxilium defecit?*

Non solum extremae lemmatum voces per primas modo singulorum verborum litteras significantur, sed interdum idem fit in versibus laudatis. Quod apud Orell. 387, 42 legimus: Quid non mortalia pectora cogis? in cod. sic se habet: Quid non mortalia p. c. Vergilii autem versus: Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris (cf. sub 391, 5) in libro MS. sic scriptus est: ferre sui. d. m. e. p. a. Quod si attendimus, non nimis audax videtur conicere verborum nunc deperditorum ultimam partem olim fuisse:

non, si ipse meus n. a. h, (Aen. II, 522).

382, 7 *tuaebitur*, primo, post littera *a* inducta est. 9 *delubra* repetitur in marg. dextro. 9 *nihilhominus*. 13 *ubi qua* primo, post *a* scr. supra *q*. 13 *templo*. 17 *arri*. 21 *rogare orare* repetitur in marg. dextro.

23 supra versum inter *significat* et *et* corruptelae signum ⌣ descriptum est, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$ (= quaere) [1]).

23 dicere ut virgilius orabunt causas. Haec verba in textu omissa exarata sunt in marg. inferiore.

25 *tulit*. 25 *iud*; sic saepissime scr. in cod.

26 *doluisse* a prima manu; *t* addidit sec. manus (ut videtur).

27 fol. 1 (pagina versa) incipit inde a *bitas aut*.

383, 1 *defendos* primo, post *den* scr. supra *n*.

338, 2 Primum itaque necessitatem ostendit, quae veniam meretur; *sed inde* dixit, quod, etsi voluntatis esset, honesta esse poterat voluntas.

Ita Orellius edidit; in cod. autem *sed* non iam est integrum: *d* scripta est supra *s* inductam, itaque licet altera littera *d* non deleta proprie exaratum sit *ded*, tamen sine dubio prima manus, quae correctionem incohavit, una cum proximo verbo efficere voluit lectionem *deinde*. Comparare possumus 394, 32 Duo genera sunt populi, praerogativum primum, deinde iure vocatum; 440, 38 primum .... deinde .... deinde .... deinde; 443, 8 primo .... dehinc post. Ergo coniunctio *sed* supra damnanda est.

383, 5 *adulescentia*. 5 *αυξεσιν*.

383, 8 Oratoris est *autem* accusare et defendere.

---

1) Cf. Stangl l. c. pg. 70 (Nachweis 12) et pg. 71 (Nachw. 18).

Digitized by Google

Schuetz non debuit scribere: *autem* est; habemus enim 400, 26 *facta est autem comperendinatio*. Hic verborum ordinem in cod. obvium servamus tuentes quoque (384, 35): discrimen autem est proprie.

383, 11 fide, misericordia.

Ita Orellius dat ex Cic. In Q. Caec. § 5. Codex autem exhibet *fami*. Quomodo tale lemma nasci potuit? Certe *mi* significat *misericordia* itaque eodem modo pro *fide* exspectes *fi*, quod re vera in archetypo fuisse puto. Ex *fi* autem fortasse ortum est *fu*, quod ipsum in antiqua scriptura vix differt a *fa*; cf. 383, 13; 384, 7; 387, 19; 400, 38; 403, 29; 413, 2; 434, 4; 440, 2 cet.

383, 11 *oratorum* primo, post *um* inductum. 13 *vicere cons*; ita se lemma habet in cod., confusionem inter *vicere* et *vetere* non miramur. 15 *ma.i*; est in cod. pro *maiorum*.

17 *offici*. 19 *adulescentes*. 20 *quom negatio*.

21 *quo negotio* primo, post *in* insertum.

24 fol. 2 (r.) incipit inde a *tam idoneam*.

28 *reipç c. f. p.* Illud signum post *reip* Graecae litterae ç assimile haud ita raro occurrit.

29 *suscepissem* primo, post *m* expuncta. 30 *flagitium* repetitur in marg. dextro. 31 *cum* (nusquam *quum*) scr. est in cod.

32 *proconsulae* (ut videtur). 34 *mecum* primo, post *c* inducta.

35 *cons pr.* sic scr. pro: consilium posset reprehendere.

383, 17 Quid est pro deum homin. q. f.?

Haec cum interrogandi signo habet cod. in textu, sed in marg. dextro invenimus *pro* (compendiose scriptum) *d. a. h. f.* Is ergo, qui ita scripsit, legere voluit: pro deum *atque* hominum fidem.

383, 39 *cusatione* primo, post una *a* scr. supra *c*.

40 *temp. p. p.*, hoc extremum lemma est.

384, 1 *sententeam* primo, post *i* scr. per ultimam *e*. 2 *αυξεσιν*.

3 *socii* repetitur in marg. dextro. 5 *quibus us vistis* primo, post dittographia *us* paene erasa est et in ultima voce *c* scripta supra priorem *s* inductam. 5 *imponitur*. 5 *stipendiarii* repetitur in marg. dextro. 6. hic versus in cod. legitur post (Orell. vs. 19) *recipiant*. 6. *solatium* primo, post *c* scr. supra *t* inductam.

7 *qui laud. m. a. o. s*, sic se lemma habet; memorabile vitium *laud.* pro *iud.* (cf. 383, 11). 8 *staiemum* primo, post primus ductus prioris litterae *m* erasus est.

10 *a senatorium* primo, post *d* addita supra priorem *a*.

10 fol. 2 (v.) incipit inde a *transtulerat*; in marg. super. tertia manus scripsit *Verri*. 10 *etiam* primo, post *nim* pallidiore atramento scriptum supra *tiam* inductum.

12 *neglegentia*. 12 *accusatorem* primo, post *u* scr. supra *e* expunctam.

Digitized by Google

384, 14 *iudicium* primo, post extrema *i* paene erasa est. Ergo scholiasta legit: *iudicum* (severitatem). Kayser aliique Ciceronis orationum editores scribunt: iudiciorum severitatem.

384, 17 *aeq;* pro: aeque. 18 *req;* pro: requirit. 20 *p ef,* pro: potestas efflagitata. 20 *per tribus pl.* (cf. vs. 26). 23 *alius* in cod. omittitur. 26 *decem tribus* (cf. vs. 20). 27 *tuerentur,* nempe *nt* per contiguationem scriptum; *ur* per notissimum signum, quod simile est numero 2. Huius vocabuli litterae posteriores inde ab *r* exaratae sunt in rasura. 29. *acertum* (sine correctione). 29 *hos omnis hos a somnes.* Ita cod. Et in fine fol. 2 (v.) et in parte sup. sinistra fol. 3 (r.) descriptus est asteriscus lacunam indicans.

34 fol. 3 (r.) incipit inde ab *existimationis*; huius paginae inscriptio est *Divinatio.* 35 in marg. dextro compendiose scr. est a manu secunda *discrimen proprie.* 37 *expectatio.* 37 *accusarus* primo, post *tu* additum supra *r.* 39 hic versus in cod. legitur post (Orell. 385, 2) *oratione.*

385, 1 *nimis dil;* nunc, sed *nimis* corr. ex *minus.* 1 *accurate* compendiose scr. in marg. dextro. 3 *non n. d,* sic se lemma habet.

385, 4 *ac recuperare p;*

Orellius *p;* omittens non accurate lemma expressit; sunt autem Ciceronis verba (In Q. Caec. § 72) ac recuperare *possimus.*

385, 5 *dimicandus* primo, post secunda manus littera *s* inducta lineolam duxit supra *u.*

385, 7 *coniecta ut sint in a a.*

Hoc lemma corruptum in cod. exstat; verum originem vitii, ut opinor, divinare possumus. Nam illud *ut* coaluit ex primis litteris verborum *uno* et *tempore* (cf. In Q. Caec. § 72); at subiunctivus *sint* ortum est ex *sunt* simulatque *ut* transpositum [1]) est, de confusione denique inter *a* et *u* in antiqua scriptura iam supra egi (cf. 383, 11; 384, 7). Itaque non multis mutatis lemma sic refingo: *conlecta sunt u. t. u.* (= uno tempore universa (perdamus) cf. In Q. Caec. § 72). Nunc demum optime quadrat scholium: quae ne omnia uno tempore amittamus, maxime erit providendum.

385, 9 *fide* repetitur in marg. dextro. 10 *diligentia* compendiose scr. est in marg. dextro. 11 *disposione* primo, post *ti* scr. supra alteram *o.*

14 *vos ne* $\overline{pr}$; eodem modo atque hic *populus Romanus* compendiose scr. est vs. 16.

385, 14 *tum* non arbitrabor *vos ne* $\overline{pr}$;

Illud *tum* ipsius orationis verbi *superatum* partem truncatam

1) Stangl l. c. pg. 71 Nachw. 19 Die Transpositionen einzelner Worte und pg. 71 Nachw. 11 Die wichtigsten Transpositionen.

Digitized by Google

esse Orellius iam vidit. Nostrae Ciceronis orationum editiones neque agnoscunt *vos* post *arbitrabor* et transponunt *ne*, nam habent (l. c. § 73): superatum (sc. me) non arbitrabor; populus Romanus ne tam honestam, tam severam diligentemque accusationem neque vobis placuisse cet. Melius igitur proximum lemma (vs. 16) sic scribimus: P. R..... honestam, severam, diligentem.

385, 16 *inminere.* 17 *expectantem.* 18 *iud̄* hic, sed vs. 19 plene scriptum. 19 *neq:* sic hoc loco et alibi scr.

19 fol. 3 (v.) incipit inde a *dicibus praeterito.*

385, 21 Distinctio temporum notanda in verbis *Tullii.*

Haec verba in ipso textu omissa a manu secunda exarata sunt in marg. sinistro. Pro *Tullii* Orellius perperam edit *illis*; conferre possumus: a Tullio (394, 31); Tullium (419, 6); Tullius (430, 2 et 21; 431, 4).

385, 22 Sub hoc versu litteris grandibus, quae rubro atramento scriptae sunt, exaratum est: *exp̄l* divinatio incipit actio prima. 28 Etiam prima littera verbi *quod* rubrum colorem habet; ante *quod* in marg. sinistro conspicitur numerus 225.

385, 28 Quod erat optandum maxime, *iudices.*

Contra codicem Orellius ultimum vocabulum omittit.

385, 29. *benivolum.* 29. *dicendu* primo, post *u* corr. in *o.*

30 *pugare* primo, post *r* scr. supra *u.* 31 *verum* primo, post *re* scr. supra *u* inductam.

386, 1 *sedandum* primo, post *a* scr. supra *u* inductam. 1 actio cur haec oratio dicta. Haec verba in marg. sinistro scripsit manus secunda. 4. *ordine senatorum.* 4 *acsusantibus* primo, post *c* scr. supra primam *s* iuductam. 5 *convecti.*

5 *damnentur*, sed *e* corr. ex *a* (ut videtur). 7 *numibus.*

8 quod ultro praestatur. Haec verba omissa in textu inveniuntur in imo marg. 8 *dare offerre* scr. in marg. sinistro.

9 *repç.* 9 *summo* compendiose scr. in marg. sinistro.

11 *idea* primo, post *o* scr. supra *a* inductam. 11 *durus* cod. dat pro *Aurelius.* Manus tertia ad calcem paginae scripsit *legem*, a qua voce proximum folium scil. IV. (r.) incipit.

386, 12 *assentiente Quintio* legendum est cum cod. et Stanglio contra Orellium.

386, 12 *tribuno pl.* 12 *publicano* primo, post *a* scr. supra *ub* inductum.

13 *nobisq:* 16 *percrebuit* primo, post *r* scr. supra *u.*

16 *his iud p. h,* 17 inter *pollicitum* et *se* una littera (*s?*) erasa est.

18 *debere* deest. 18 In marg. dextro legitur: tres ord̄ in iudiciis.

19 *tribus.* 20 *contionib;* 21 *festis* primo, post *ac* scr. supra *es* deletum. 22 *obiciuntur.* 23 *asta* primo, post *c* scr. supra *s* inductam. 24 *tribunum pl.*

Digitized by Google

386, 26 Rumor enim factus est, quod corruptis *iudicibus* damnatus esset Oppianicus.

iudicibus plene scriptum exstat in codice, at Orellius dat *iudiciis*; illud ergo servandum est, cf. 402, 1 quia conatur corrumpere iudices. Concedimus tamen in cod. legi (401, 39): qui volunt illum absolvi corrupto iudicio, quocum comparanda est annotatio marginalis supra (vs. 18) memorata. Alia ratio est (387, 22): Non dixit *iudicum*, sed *iudiciorum* (sc. religionem), ut et admoneret simul et offensionem vitare videretur.

386, 29 *pre d*; est in cod. pro: praedicatione. 32 *commemoratione* in textu omissum invenitur in imo marg. 32 fol. 4 (v.) incipit inde a *suorum*.

387, 1 *benivolos*. 3 *reconciliare* compendiose scr. in marg. sinistro.

11 *dolobellae*. 12 *adfecit*. 13 *urbavi* primo, post *n* scr. supra *v* inductam.

387, 17 In marg. sinistro legitur: *religiose et severe* (primum verbum compendiose scr.) itaque in cod. ter *severe* invenitur, ubi *vere* requiritur, cf. Stangl l. c. pg. 36.

387, 19 fol. 5 (r.) incipit inde ab *est enim*. 19 *permixtam* primo post *u* scr. supra *a* inductum. 19 *regiose* primo, post *li* scr. supra *g*.

21 $\overline{qm}$ = quoniam; sed 387, 39 $\overline{qnm}$ = quoniam.

21 *iurati iudices* compendiose scr. in marg. dextro.

22 *religionem* corr. ex *legç*, *igo* (ut videtur). 22 *dix̄* (pro: dixit); tale compendium alibi silentio praeteribo. 22 *iudicium* primo, post tertia *i* paene erasa.

387, 27 Aut accusator res defuisse *u: ç*.

Illud *ç* hic quoque quasi compendii signum est. Orellius igitur in fine lemmatis omisit primam litteram verbi *videatur* (cf. Cic. In Verr. Act. I § 3).

387, 27 Vult ostendere Verrem corruptionem iudicum cogitantem.

Hic *cogitandi* verbum obiectum adsciscit, sicut (388, 1): unde scis hoc Verrem cogitare? Usitatiorem tamen loquendi rationem secutus scholiastes scribit (388, 5): in cogitando de corruptione iudicum; 393, 31 de omni Verris absolutione cogitari.

387, 29 Cum multae *m. a. g. i;*

Ita se lemma in cod. habet, at rursus extremam litteram Orellius omisit. Si huc afferemus Ciceronis verba (In Verr. Act. I § 3): cum multae mihi a C. Verre insidiae ..... factae sint, primum apparebit in lemmate *v* (pro: Verre) praetermissam esse,

Digitized by Google

deinde illam *i* significare *insidiae*. Semicolo autem, ut saepe fit, lemma a scholio dividitur. Hac in re aliter Stangl sentit (l. c. pg. 69 Nachw. 9).

387, 30 *redeundi* primo, post altera littera *d* expuncta et corr. in *t*.
31 *periculum*. *m*. *aus*ᵗ, (sic).
31 *pr ptori*. Itaque idem vocabulum varie compendiose scriptum est; satius duco posthac de huius vocis scriptura tacere.

387, 33 Praetori, qui praeerat iudicio, *aliquando* quaesitori.

Ita Stangl corruptam lectionem *aliquo* sanavit. Hanc emendationem confirmat (427, 10): Fannius praefuit aliquando huic quaestioni de sicariis.

Praeesse iungitur cum dativo (395, 20): cui (sc. consilio) Iunius praefuit; (442, 1): Aut Glabrionem, qui Ciliciae praeerat cet.

Aliquando occurrit praeterea (392, 41): aliquando quaesitor corruptus est cet. et (440, 44): Socii aliquando civitatem petierunt Romanam.

387, 34 *quaestori*; supra *q* olim scripta fuit *p*, quae nunc prope evanuit. 37 *subripit eripit* scr. in marg. dextro.
37 dixit de verre eripuisse. Haec verba in textu praetermissa addita sunt in imo marg. 39 *retulit* primo, post *t* scr. supra priorem *t*. 40 *sanctum* reperitur in marg. dextro.
40 *conmisso* primo, post *n* deleta est et supra priorem *o* lineola ducta.
42 mortalia *pc*. (cf. 382, 6).
388, 3 *audax* repetitur in marg. dextro.
5 fol. 5 (v.) incipit inde a: ruptione iudicum.
7 *obcure* primo, post *e* scr. supra *c*.

388, 8 Legendum esse *percommode cadit* monuit Stangl; rursus igitur manus, quae in cod. scripsit *commode*, verum verbum truncavit, cf. 385, 14.

388, 12 *ut* primo omissum, post supra versum additum est. 15 *conatusq*;
17 *amef*ᶜ (= a me factus). 17 *de* primo omissum, post additum est.
18 *olim* primo, post *odium* scr. supra *olim* inductum. 18 *minuere* corr. ex *munere* (sic). 20 *semper* compendiose scr. ut saepe.
21 *corrumpç*. 23 versus 23 et 24 in cod. leguntur post (vs. 27) *lucet*.
23 *alienum of*, 23 *propter angustias* scr. in rasura.

388, 25 Itaque cum ego diem *requirendi*.

Hoc cod. habet, at Verrinarum editores scribunt (I § 6): itaque cum ego diem *inquirendi* ..... postulavissem.

388, 25 *tempus dies* legimus in marg. sinistro. 26 *pholosophos* primo, post *i* scr. per primam *o*. 27 *sed* primo omissum, post additum.

Digitized by Google

27 fol. 6 (r.) incipit inde a *lucet.* 28 *diem diem p* (sic).
29 Inter *quidam* et *Dasianum* linea a manu recentiore ducta est.

388, 30 Lemmati *Diebus quinquaginta obii* subiectum est hoc scholium: Ne propter festinationem neglegenter egisse videretur, *hoc ideo addit.* Haec ultima verba pertinere non possunt ad *diebus quinquaginta*, nam festinasse profecto videri potest is, qui spatium centum decem dierum consecutus quinquaginta modo in inquirendo consumpsit, sed manifesto spectant ad locum Ciceronianum (Act. I § 6): *sic* obii, ut omnium populorum privatorumque litteras iniuriasque cognoscerem. Desideramus igitur in lemmate *sic*, quod cum emphasi pronuntiandum est. Id eo facilius fortasse intercidit, quod scholiasta voces *diebus* et *quinquaginta* transposuit. Kayser enim aliique edunt (l. l.): ego Siciliam totam *quinquaginta diebus sic* obii cet.

Saepius omnino lemmatis verbum aliquod ex Ciceronis oratione sumptum addendum est; Stangl quidem in lemmate (389, 4): Criminum subterfugere, requirit *vim* (Verr. I, 8).

388, 31 *dictus*, sed *s* post addita videtur.

388, 32 privatorumque *l;*
Sic scribendum cum codice.

388, 31 *obsideret* repetitur in marg. dextro; 34 item *insignis.*
35 prius *vel* compendiose scr.

388, 38 Haec cum ita sint.
Pro *haec*, quae est codicis scriptura, nostrae editiones Ciceronis orationum habent *quae.*

388, 38 *ita* ex corr.

388, 40 de omnibus bonis m. *ex;*
Orellius minus accurate dat *e* pro *ex*; significant autem extremae illae litterae: male existimat (Verr. I § 8).

388, 43 tempus *i. e*; 43 $\overline{Kl}$ saepe pro *Kalendas.* 43 *ian̄* (sic).

389, 4 Criminum subter *f;*
Ita se lemma in cod. habet. Stangl adiecit *vim*, equidem malim inserere statim post *criminum*, non modo quia verba tradita sunt (Verr. I § 8): criminum vim subterfugere, verum etiam quod codicis vitium per haplographiam natum esse videtur.
Scholium autem, quod huc pertinet, haud scio an rectius sic

Digitized by Google

edatur: In *qua* accusabatur a me; fortasse enim praepositio *in* ferri potest, cf. (389, 10) in quo confidit? In pecunia sperat cet.

389, 6 fol. 6 (v.) incipit inde ab *ianuarias*.

389, 6 Procellam autem dixit tempus, et *non* periculosum.

Aliquid turbatum esse in hoc scholio negari non potest: Stanglio placuit scribere: et *nunc* (= hoc loco) periculosum. Mihi venit in mentem: tempus non ‹aequum› et periculosum.

389, 10 Hic legitur: *de* quibus enumerat, et paulo supra (vs. 8): omnia enumerat.

389, 11 *cause*. 11 *eloquentia*. 12 *commississe*. 12 *defesionem* primo librarius exarare voluit. 13 *pristinae* corr. ex *pristinte* (ut videtur). 17 *aucupari* scr. in marg. sinistro.

18 *non usq; eo d*; Ita cod. 18 *descipimus*. 18 *contempnimus*.

19 *despicere contemnere* scr. in marg. sinistro.

19 In marg. sinistro iuxta *vultu* scriptus est numerus 226.

20 *diligeretur*.

389, 20 *Oppium* significat ex praetore Achaiae.

Ita Orellius, at codex dat *Opium* quod per haplographiam ortum puto ex *Opimium*, nam eum significari declarat (388, 31) Praetor Achaicus Opimius dictus est.

389, 21 achaicae. 21 *a* (praepositio) in cod. deest. 21 *verre* corr. ex *vere* 25 *itendat* primo, post *n* scr. supra *i*.

28 fol. 7 (r.) incipit inde a *vero se conf̄*; 28 *quae* fortasse corr. ex *quam*. 20 *s̄* pro *sunt* (ut saepius). 30 *profitere* primo, post *c* scr. supra *t* inductam. 30 *proficere* compendiose scr. in marg. dextro 34 *rei iectione*. 31 *iudicium* primo, post extrema inducta. 34 ·*i*· pro, *id est*, ut saepe.

34 *reiciebam*. 35 *tum p̄r* primo, post *nc* scr. supra *m* inductam. 38 *c*; sic pro: *Cicero*. 38 *populo* primo, post corr. in *populi*.

390, 2 *facultas copia* scr. in marg. dextro. 4 *adulescentiae. m;*

4 καταδρομή compendiose scr. in marg. dextro.

5 *carbones* primo, post *i* scr. per *e*. 6 *pecuniae* primo, post altera *e* expuncta. 6 *spoliato* corr. ex *spoliatu*.

6 *aerario* primo, post prior *a* erasa est et lineola obliqua ducta sub *e*. 7. *quodcumque* (ut vs. 23 *quaecumque*). Hoc non repetam. 7 In marg. dextro legitur: inter spoliatum et nudatum.

7 *nihil*, sed *l* corr. ex *s* (ut videtur). 8 *relictum pro. u;* (sic).

11 *exit f. a;* Ita cod. 11 *dolobellae*; perpetuo secunda syllaba in cod. est *lo*.

13 fol. 7 (v.) incipit inde a: *ciam* vastavit.

20 *mortua* primo, post *o* scr. supra *a* inductam.

390, 23 *omnia* peccata Verris, *quaecumque* commiserat in legatione. Comparare possumus (Schol. Bob. 228, 27): omnes qui-

Digitized by Google

cunque. Huiusmodi exempla congessi plurima ad Frontonem 85, 18 (Fronton. I pg. 21). In schol. Gronov. non redit illa locutio, sed invenimus: omne quod (387, 19); omnia quae (435, 2); quae omnia (436, 23) cet.

390, 26 *Huc* Verres conscientia stimulatus omnia consilia Dolabellae patefecit et delicta, et testimonium etiam in eum dicere est ausus.

Pro *huc* Stangl legere iubet *hic*, quod si *tunc*, *illo tempore* significat, bene ad sententiam convenit. Talem vim *hic* apud Ciceronem induit, velut (Verr. 1 § 23): hic alios negasse audere, alios respondisse non putare id perfici posse. Huiusmodi autem exempla, nisi fallor, prorsus desunt in Schol. Gron., ubi adverbia temporis (nunc, modo) non raro pro adverbiis loci [1]) usurpantur. Quamobrem dubitatio de illa coniectura legitima videri potest; ipse propono dubitanter tamen: *huic* (i. e. Scauro (vs. 22), vel (vs. 25) mihi); exstat certe in cod. *hic* (407, 37) pro *huic*; cf. etiam (436, 13) *ibi* pro *ubi* et *mutans* pro *multans* (418, 28).

390, 30 Statim post *in ipsum* in cod. sequitur *templum Castoris*.
32 *serta*. 32 *testa* primo, post *e* scr. supra *s* inductam.
33 *in iure* corr. ex *iuiure*. Post *iure* in cod. duae vel tres litterae erasae sunt, quarum nullum vestigium superest.
33 *iuredicendo* compendiose scr. in marg. sinistro. 33 *id.* pro *id est*, sicut saepius. 34 *addictio* repetitur in marg. sinistro.
36 προσκυρωσεις est in cod. (sicut 391, 1 αυξησεις).
391, 1 fol. 8 (r.) incipit inde a *fecit*. 2 *in* deest in cod.
3 *Monumenta* repetitur in marg. dextro. 4. *virgς* (sic).
5 ferre sui . *d. m. e. p. a.* (cf. 382, 6). 6 υπερβολικων primo, post ς scr. supra ν expunctam. 7 *improbitas*.
8 *sinari*. 9 *Omne ius* scr. in marg. dextro.

391, 11 *prς*. Compendio scripturae deceptus librarius per haplographiam verba corrupit, nam non modo *provincia*, verum etiam nomen P. Rupilii illis litteris significari oportet. Propter Orellium, quamvis bene alioquin locum extricaverit, necesse videtur monere illud ς non significare *Siciliam* (cf. 387, 27).

391, 11 *iura gentium* compendiose scr. in marg. dextro; 14 item *libidinosus* et (vs. 15) *avarus*. 15 *numquam* perpetuo (non *nunquam*).
15 *satietate* corr. ex *satiatete*. 15 *vincitur* corr. ex *vincinur*.

1) Cf. Stangl l. c. Nachw. 38 sub *d* et Nachw. 43b sub *d*; pg. 73 et 77.

Digitized by Google

17 supra *aut* corruptelae signum conspicitur, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$. 18 *sacietate.* 19 *tam parvia* primo, post *i* deleta est (perperam pro *patria*). 21 hic versus in cod. legitur post vs. 22.

21 innumerabiles *p. a;* 21 *frumenaria.* 26 *maxime tutissimeq: u;* Ita cod. 27 fol. 8 (v.) incipit inde a *tructas verres.* 27 *pratae* primo, post *y* scr. supra *p.*

28 *naves* primo omissum, post supra versum additum.

29 $\overline{pr}$ *incend$\overline{er}$.* (hoc verbum eodem modo scr. vs. 33 cet.)

30 Quater in cod. pro *ae* scr. *e* scil. optime cet.

30 *oportunissime* (sicut vs. 32). 30 *aut* corr. ex *ut.* 30 *optimae* compendiose scr. in marg sinistro. 31 *armatae* primo, post tertia *a* inducta. 31 *aedificate.* 31 *ad dignaviam.*

32 *locis* corr. ex *locus.* 32 *constitute.* 34 In cod. legitur *esse* et *resistente* ad quae vitia fortasse pertinet in marg. $\overline{q}$.

37 *antiquissimas.* 37 *locupl.* 37 *agat hoc len* primo sic divisim scr. post ὐφ' ἓν· 38 *dionisium.*

38 *falarium* primo, post *u* inducta.

392, 1 *civitatibus.* s. aut *d* aut *reddidit* nunc, sed prius *reddedit.* 2 *subaucta* nunc, sed prius *subauctu.* 2 *suracusana.*

5 *adfabre* in textu, sed in marg. *affabre.* 8 *recognosce.*

8 *cognoscimus* et *recognoscimus* compendiose scr. in marg. sinistro.

8 *recognoscimus* corr. ex *cognoscimus.* 10 *amens* repetitur in marg. sinistro. 10 *acp.* (= ac perditus). 11 *occultare* scr. supra *octare* expunctum. 12 *ra p;* (= ratione alia pugnat).

12 *conperendi natione* (sic). 12 *corrumpendam* primo, post *u* scr. supra *a* expunctam. 14 *ad rogandum* primo, post *ti* scr. supra alteram *d.* 14 *signif.*

16 fol. 9 (r.) incipit inde ab *ac per hoc.* 19 *pene.* 19 *nobilis* repetitur in marg. dextro. 20 *caeciliana.* 20 *notus* compendiose scr. in marg. dextro. 25 *conditione.* 25 Verbi *corruperimus* posteriores syllabae inde a *ru* leguntur in rasura. 23 *sortitio ne* primo divisim scr., post ὐφ' ἓν. 28 *iudices* corr. fortasse ex *iudicem.* 28 *sortitio iudicum et reiectio* scr. in marg. dextro. 30 *inparem.* 32 *reicere; ntur* (sic).

33 In marg. dextro compendiose scr.: senatus per decurias divisus.

35 *meautem* primo, post *a* addita supra priorem *e.* 27 *tota c. re demptio* (sic). 37 *renuntiata* compendiose scr. in marg. dextro.

37 fol. 9 (v.) incipit inde ab *id. equaestres* (sic) cf. 390, 33.

39 *preclarae* in textu, at in marg. dextro scr. *praeclarae.*

39 *seres* ὐφ' ἓν scr. in cod.

392, 39 Praeclare se res *h;*

Ita secundum codicem lemma constituendum est, at Orellius *h;* omisit; Ciceronis autem verba haec sunt (Verr. I § 17): praeclare se res habebat.

392, 39 *commodae.* 40 *quaesorem* primo, post *to* scr. supra *o* inductam.

41 *corruptos* primo, post *u* scr. supra *o* inductam.

393, 1 *suens* primo, post *ci* scr. supra *u* (non inductam). 6 *adlini,* sic scriptum et in textu et in marg. 6 *induci* corr. ex *iudici.*

6 *inhaerere* compendiose scr. in marg. sinistro. 6 *congluti nari.*

10 *laetus* et *alacer* scr. etiam in marg. sinistro. 18. *corrupendo.*

Digitized by Google

16 *per eosdem h;* 18 *quo* primo, post *ae* scr. supra *o* inductam.
18 fol. 10 (r.) incipit inde a *si*. 20 *pedetemptim* repetitur in marg. dextro.

393, 20 Pedetemptim autem proprie dicimus, quando per loca lubrica incedentes temptamus, *utrum* sit firmus incessus, suspenso pede.

Hoc uno loco in Schol. Gronov. legitur *utrum* altero sententiae interrogativae membro, quod solet per *an* (cf. 426, 3) adiungi, omisso. Talia exempla complura ex Vulgata et Augustino afferri possunt [1]).

393, 22 *suspenso* corr. ex *suspensu*. 23 *ratione* ὑφ' ἓν.
24 *fornix Fabianus* compendiose scr. in marg. dextro.
31 *nrm* cum compendii signo pro *nostrum*. 31 post *suntiemus* in cod. positum est interrogandi signum. 31 Supra *hoc* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$.
32 *cogitare*. 32 *positos* primo, post *u* scr. supra alteram *o* inductam.
34 Supra *dixi* et in marg. dextro eodem quo vs. 31 indicavi modo corruptela indicata est. 35 *dirivari*. 36 *populo*.
37 *aliis* corr. ex *auis* (ut vid.).

393, 36 et argumento dat rumorem populi scilicet, quod cum tam multi audissent, aliis ridiculum *uidȩ;*

Haec est memorabilis scriptura in fine scholii. Quid legendum sit, declarant Ciceronis verba (Verr. I § 19): aliis illud indignum, aliis ridiculum *videbatur*.

393, 39 fol. 10 (v.) incipit inde ab *altius*. Huius paginae inscriptio est a manu tertia: Verr. l. 39 *perficiebant* primo, post *spi* scr. per *fi*.

393, 39 Codex exhibens *perspiciebant* non conspirat cum Verrinarum editoribus, qui *aspiciebant* amplectuntur.

393, 39 *interius* repetitur in marg. sinistro. 40 *quo* primo, post *i* scr. per *o*.
42 *loquaebantur*, 42 *apertum* (compendiose scr.) et *perspicuum* repetuntur in marg. sinistro.
394, 1 $\overline{ee}$ pro *esse* (sicut $\bar{e}$ crebro pro *est*). 1 *adlocutionem*.
2 *obiecto*. 3 *qui id:* primo, post *id* corr. in *iud*. (= iudices).

394, 11 Non commovebat spes Verris eos, id est, senatores, quia sperabat absolvi se, sed gratulatio Curionis.

Haec Orellius edidit, quae probare non possumus, nam in cod. legitur: Non commovebat spes Verris *id* senatores quia sperabat absolvi *se;* gratulatio Curionis hominis cet.

1) Cf. Sprachliche Erörterungen zur Vulgata, von J. A. Hagen, pg. 56.

Digitized by Google

Similitudine, ut opinor, versus noni deceptus librarius male repetivit *senatores;* nostro autem loco *id* (an *iud?*), sicut vs. 3 supra, significare videtur *iudices.* Iam fieri potest, ut *sed* post *se* per haplographiam omissum sit: cui tamen haec ratio displicet, ei ante *hominis* supplenda est vox *com;* vel *commovebat* (ac profecto cod. paulo infra, vs. 14, exhibet *com;* pro *commovebat*). Itaque licet non ex omni parte locus sit sanatus, emendatior certe existet, si restituemus: Non commovebat spes Verris iudices, quia sperabat absolvi se, sed gratulatio Curionis.

394, 14 *com;* pro *commovebat.* 17 *anim. d. u. t.* (sic).
22 *tegere* corr. ex *integere.* 20 *dignati.* 22 *mar come tello* (sic).
22 *ut his de* $\overline{pr}$*;* talis est finis lemmatis in cod.

394, 22 Exspectabas talem fere sententiam:

Quae verba manifesto corrupta ut emendemus, afferendus est locus Ciceronianus (Pro Deiot. § 31): Cn. Domitius ille ..... cum tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in iudicium populi vocavisset Scaurique servus ad eum clam domum venisset et crimina in dominum delaturum se esse dixisset, prendi hominem iussit ad Scaurumque deduci. Nunc facile unusquisque in scholiastae verbis supplebit ⟨Domi⟩tio, quod nomen tamen mox repetitum damnabit. Ergo distinctione prorsus mutata edere velim:

..... Domitio tribuno plebis. Interea [Domitius] subito nuntiatum est ei: servus Scauri, rei tui, venit.

423, 18 *domitium* (pro: dominum). 21 *blesamius* (cf. vs. 28).

21 *urbe romae* primo, post *e* alterius verbi inductum et expunctum.

22 *in* prius omissum, post supra versum additum. 24 *post* primo, deinde *s* expuncta est, supra versum autem additum *est*.

Digitized by Google

29 *situam* primo, post *ta* scr. supra *i* inductam. 34 *ostendat*, sed littera *a* integra non est. 34 *irate* primo, post *ū* scr. supra *e* expunctam. 35 hic versus et proximus in cod. scripti sunt post vs. 38. 35 fol. 37 (v.) incipit inde ab *in animo*.

424, 2 *ium* primo, post inductum est et suprascr. *iam*.

6 (compendiose scr.:) Finit pro Deiotaro. 7 Sequitur in cod.: Argumentum Rosciauae orationis. 10 *his cum*. 11 *regidioris* primo, post *i* scr. per *e*. 11 *commemorantem*. 12 *roscium* sed *r* scr. in rasura. 12 *hic sulla*. 13 *pallacinere* primo, post *re* expunctum. 14 *cena*. 14 *glacia* primo, post *u* scr. supra *c*. 16 *venerunt* primo, post *i* inserta inter *n* et *e*.

16 *crisogone*. 17 *possidere*. 17 *amerino*. 18 *rosci*.

18 *veniri*. 18 fol. 38 (r.) incipit inde ab *obrepertumq;* post *er* inductum est, sed linea curvata litterae *p* et *t* coniunctae sunt.

20 *sextus*. 20 *adulescens*. 24 *ceterasq:* primo, post *s* erasa. 25 *ad* in cod. deest. 425, 1 *monens*.

425, 3 Placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum, ad annos suos, ad existimationem tam floridae partes inter medias haec oratio ponitur.

Ita Orellius, equidem locum sic refingere velim:

Placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum: ad annos suos *fac* existimationem tam floridae *partis*. Inter medias haec oratio ponitur. Post *suos* littera *f*, quae in nostra scriptura valde similis est *s*, facile omitti poterat; cum *partis* (cod. *partes*) comparetur (422, 11): *hostis* (cod. *hostes*).

Faciendi verbum in his scholiis obiecta adsciscit, qualia sunt: divisionem (407, 5); responsionem (428, 33); translationem (432, 21 et 26) cet.

425, 6 *antikathropeian* (litteris Latinis scr.). 7 *parridium* primo, post *ci* scr. supra priorem *i*, quo fortasse spectat $\overline{q}$ scr. in marg. dextro. 8 *cause*. 10 *pleonasmos* compendiose scr. in marg. dextro. 12 *eadem*. 12 fol. 38 (v.) incipit inde ab *oratorum*. 14 *damavit* primo, post *m* mutata in *n*, sed linea ducta supra priorem *a*. 17 in marg. sinistro legitur: duo in oratore. 22 *antiptosis* est in textu, sed in marg. sinistro, quo referendi signum (duo puncta) lectorem delegat, scriptum est $\overline{q}$, tum sequitur *anterosis*. 22 *tanto* corr. ex *tonto*. 23 *officisiores* primo, post *o* scr. supra priorem *s*. Hoc vocabulum compendiose scr. in marg. sinistro.

425, 23 Officiosiores *proprie* dicuntur, qui volunt ad suum officium pertinere, ut rapiant causas defendendas.

Cum Stanglio *proprie*, quod in cod. legitur inter *officium* et *pertinere* transposui neque adversatur (384, 35): discrimen autem est proprie, quod separat aliquas res e. q. s.

Nonne etiam in lemmate *ego audacissimus* (vs. 22) ordo Ciceronis verborum mutatus est? (cf. Pro Sex. Roscio § 2 auda-

Digitized by Google

cissimus ego ex omnibus?) Orellius denique verum ordinem secundum Ciceronis orationem (§ 3) restituit infra (425, 27 et 28).

425, 25 *ignosce adulescenti.* 25 *ignoscere cognoscere* compendiose scr. in marg. sinistro. 27 *cognoscendi ratio.* 28 *ignocendi* primo, post *s* addita supra *c.* 31 *si noluero* bis scr. in cod, sed dittographia post deleta est.

426, 2 fol. 39 (r.) incipit inde a *frater est.* 5 a me autem in me autem. Ita in cod. scriptum est, sed post tria posteriora vocabula inducta sunt.

6 *mesalam* primo, post *s* addita supra *s.* 6 *cuius maxime extant.*

11 *benivolentia.* 17 *lucio sulla.* 18 *effert*, sed ante *fert*, a quo nova linea incipit, *e* videtur erasa. 19 qua libertinum hominem. Ita cod. 19 *interposita.* 20 *nomina.* 23 *suspitionem* primo, post *c* scr. supra *t.* 23 *quemadum.*

24 fol. 39 (v.) incipit inde a *ducit.*

426, 25 damnatum et eiectum.

Hoc lemma est in codice, cum vs. 26 exhibeat *eiecto.* Quia autem in marg. sinistro exstat $\bar{q}$, scribendum videtur (id quod legitur Pro Sex. Rosc. § 6) damnato et eiecto.

426, 26 *culleum.* 28 *affert.* 29 *indignater* primo, post *n* scr. supra *a.* 33 *grisogono*, mox eodem versu *chrisogoni.*

32 *a* pro *aut.*

426, 32 Iudicium bonae causae esse voluit; quod sponsionem quandam apud iudices facere ausus est, ut vel tenui argumento convictus damnationem criminis non *excuset.*

Pro *excuset* substituo *recuset* confisus ipsius Ciceronis verbis (pro Sex. Roscio § 8): si ..... quidquam aliud causae inveneritis, non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur.

Afferamus quoque notissimum locum Livianum (XXII 61, 15): qui si Carthaginensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

426, 34 in marg. sinistro scr.: tria in coniectura. 36 Ibidem compendiose scr. *deferendo.* 37 *laudem iudicium.*

37 *benivolentiam.* 38 *ut* sed ante *u* littera erasa est.

427, 1 *commodati.* 2 *superiobus* primo, post *ri* scr. supra *b.* 2 *rettulit.*

427, 3 Supra *pertinenter* in cod. corruptelae signum descriptum est, sed hoc verbum satis tuetur (Schol. Bob. 279, 2): Pertinenter et cito a genere ad speciem prolapsus est.

427, 5 fol. 40 (r.) incipit inde a *prompta.* 7 *translane.*

427, 8 ‹Opprimi› me onere malo.

Sic videtur lemma constituendum; cui scholium subiungimus:

Digitized by Google

Melius est, ut opprimat me invidia Sullani temporis quam taceam.

Locutio *melius est ut* occurrit praeterea (410, 32): Melius est, ut dicas demonstrationem esse.

427, 10 *maximo* est in nostro cod., at in Cic. orat. (Pro Sex. Rosc. § 10) legitur *magno*. 11 *questione* (cf. vs. 18 *questionem*). 13 *in*, sed post *n* una littera erasa est. 13 *retoricis* primo, post *h* scr. supra *e*. 14 Supra *appellatur* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$. 15 *postempora*.

17 *cedes indignissimum* (cf. vs. 27 *cedem*). 18 *continuere* primo, post *a* scr. supra *e* inductam.

21 Post *dimisso* in cod. sequitur *i* (quod significare potest *id est*), deinde exstat $\overline{p}$, suprascr. autem est *re*, iuxta *re* denique invenitur corruptelae signum, quod etiam supra *habitorum* conspicitur; in marg. dextro respondet $\overline{q}$.

427, 21 Fortasse legendum est (cf. quod modo supra dixi): *Dimissorum*. Id est *pro* contempto, relicto habitorum.

427, 22 *marce*. 22 *antiategoria* primo, post *c* scr. supra secundam *a*. 22 *hic illuminat* scr. in rasura. 23 *pro eo*.

25 *veteres*, sed *te* scr. in rasura. 29 fol. 40 (v.) incipit inde a *novimus*. 31 *vincerit*. 33 *sexti*. 35 *sextus*.

427, 35 Exspectabam fere:

Praeparatio a loco vel argumentum *a facultate* non potuisse. Conferre possumus (429, 19): a numero .... a qualitate ..... ab utilitate.

428, 1 *inimicitiarum* corr. ex *inimicitia ram*.

428, 4 Codex dat *rei familiaris* sed apud Ciceronem legitur (Pro Sex. Roscio § 18) *rei familiari*. Verum ad hoc scholium:

Hoc ideo, quia dicebant illi abiectum hunc fuisse a patre, idcirco illum interfecisse, dicit: „voluntas patri aequalis circa filium fuit",

aptum modo est lemma *voluntate patris*, quae verba in Ciceronis oratione ipso lemmate in cod. scripto excipiuntur. Hic [1]) referatur ad ea, quae optimo iure disputativit Stangl l. c. pg. 35.

428, 7 *inmissum*. 7 *occiderit*. 9 *corrumpi potuit libertinus*. Haec verba in textu omissa leguntur in imo marg. 12 *debeat* primo, post *b* addita supra *a*. 13 *cissis* ^{i}ta in textu, at compendiose scr. in marg. sinistro. 14 *voloterrana* bis scr. in textu, sed in marg. sinistro compendiose. 14 *dr* cum compendii signo pro *dicitur*.

1) Cf. etiam P. Schmiedeberg. De Asconi codd. et de Ciceronis scholiis Sangallensibus. Vratislaviae 1905. pg. 33 et 34.

Digitized by Google

428, 14 Fortasse verum est:

Volaterrana civitas dicitur, quae praecisis undique lateribus ad omnes motus ‹tuta› alto se monte suspendit.

Idem verbum desiderabam supra (407, 21).

428, 16 *constantia* (sex priores litterae scr. in rasura). In fine fol. 40 (v.) et in principio fol. 41 (r.), quod a manu tertia inscriptionem habet *Pro Rosc. Amerino* asteriscus conspicitur (cf. 384, 29).

18 fol. 41 (r.) incipit inde a *patitur*. Iuxta primum versum exstat in marg. dextro numerus 208.

18 *chrisogonus* (etiam vs. 20 et 23 per *i*). 19 *indignitasas* primo, post dittographia *as* erasa est. 22 *tertia* corr. ex *tertiam*. 28 *summam* primo, post extrema *m* erasa.

30 *ex* primo. post *et* scr. supra *ex* inductum.

30 *argumentuatur* primo, post altera *a* erasa est.

30 *site* primo, post *n* addito supra *e*. 30 *idonea*, sed *a* scr. in rasura. 30 *argumentatur* compendiose scr. in marg. dextro.

428, 30 Cum codice (cf. supra) scholium scribendum est:

Argumentatur a persona, sitne idonea ad parricidium. Comparare possumus (428, 33): Nam per quaesitum [1]) argumentatur; responsionem facit; (432, 18): Cum ageretur causa, argumentabantur accusatores e. q. s.

428, 33 *quaestum*. 33 *quotienscumq*; (cf. 390, 7). 35 *lausa* primo, post *l* erasa et *c* scr. in rasura. 36 *natura*. 36 *eurucius*. 38 fol. 41 (v.) incipit inde ab *homo*.

428, 37 Descripsit feram quandam fuisse naturam Roscii, dicens: miramini si ‹fuerit indomita cupiditate› iste homo, qui in agro et solitudinibus cum nullo vixerit?

Cum eod. interrogandi signum posui post *vixerit*. Veri simile est librarium in folio vertendo illa verba quae inserui sumpta de Ciceronis oratione (§ 39) vel talia praetermisisse; quadrant certe egregie ad ea quae sequuntur (429, 1): Cicero arripuit luxuriae partes, expugnavit obiectionem Eruci; si enim solus in silvis fuit, luxuriosus esse non potuit.

Qui meo supplemento non acquiescit, ei post *si* lacuna statuenda est.

429, 1 *erucii* primo, post altera *i* erasa est. 3 *tantam*. 3 *augeret*. 5 *sanitatem*. primo, post *m* erasa est. 8 *eliganter*. 8 *naturele* nunc, sed antea fortasse fuit *natureli;* in marg. sinistro est: natura in unicis liberis (*liberis* scr. in rasura, ubi olim fuit *imicis*).

1) Ita legit Stangl cf. Woch. f. kl. Phil. 1905. N° 16 col. 444.

Digitized by Google

429, 8 Eleganter hoc intulit, quod naturale sit, ut unicis liberis quamvis *impotentibus* promptius indulgeamus.

Sic cum I. F. Gronovio scribimus, nam *potentibus* ab hoc loco alienum est, ut satis declarat (434, 41): si Africanus, potentissimus vir, aliquid ageret, in iudicio non diceret.

429, 11 *contrarium* primo, post *u* corr. in *a*. 15 *agis* primo, post *g* inducta. 16 *voluntati*. 19 alterum *tam* in cod. deest. 21 *quod*.

429, 23 Etenim si tibi ..... natura concessit.

Ita lemma constituo, ut respondeat Ciceronis verbis (Pro Sex Rosc. § 46): *Si tibi* fortuna non dedit ut patre certo nascerere, ex quo intellegere posses, qui animus patrius in liberos esset, at *natura* certe *dedit*, ut humanitatis non parum haberes.

429, 23 fol. 42 (r.) incipit inde a *bat hunc*. 29 *litteris*.

31 *cecilium comoediografum* (*mo* scr. in rasura).

33 *quemabat* primo, post *a* addita supra *m*. 34 *habes* pro *abis*. 430, 1 *quandiu*. 3 *forsitam* primo, post *m* corr. in *n*.

430, 4 *laus comicorum* est in marg. dextro. 6 *tribules* repetitur in marg. dextro. 7 *refert*. 7 *animus* primo, post *s* erasa est et lineola ducta supra *u*. 8 fol. 42 (v.) incipit inde a *quia*.

11 *cum* supra versum additum. 19 *molier* primo, post *o* mutata in *e*, sicut vs. 21 *molierem* primo, post corr. in *meliorem*.

22 *molier* post corr. in *melior*.

430, 19 Orellius edidit: In sua quisque arte melior illo, quum peritus in meliore parte est positus.

Qui accuratius codicem excutiet, veram lectionem inveniet:

In sua quisque arte melior illo, *qui imperitus* in meliore parte est positus.

Similem locutionem interpres usurpavit supra (393, 32): amicos in felicitate positos.

430, 22 *sit agricola* primo, post supra versum additum *illo* (sic). 23 *conditione* primo, post *c* scr. supra *t* inductam. 24 *obliviscar*. 24 *chrisogonus*. 25 *execuram qui* primo, post transpositionis signo posito significavit librarius legendum esse: *exequi curam*. 25 *alendorum*. 28 *cnrisogonum* primo, post *cn* corr. in *ch*. 28 *qui me* primo, post *me* corr. in *ne*. 28 fol. 43 (r.) incipit inde ab *aliena*. 35 *chrisogono*. 36 *nec tu*. 36 *chrisogonum*.

431, 1 *vulnereturucium* primo, post corr. in: vulneret erucium. 1 *manilius*. 3 *aratorium* corr. ex *ad ratorium* (ut videtur). 4 *tuerici*. 7 *adpetebant*. 7 ante *tangit* littera erasa est. 9 *proferro quae*. 9 *causator*.

10 fol. 43 (r.) incipit inde a *roscium et illo*. (sic).

13 *coluer* cum compendii signo. 14 *patebatur* primo, post *i* scr. supra *e*. 14 *optemperaberit*. 16 *vocaret*. 16 *cenam*.

Digitized by Google

16 *siveritatem* primo, post *si* corr. in *se*. 16 *iudices*. 18 *qui eum*. 18 *numquam*. 21 *praetio*. 23 *eurucius*.

23 post *accusaret* una littera erasa est. 25 *aliquid*.

27 *qua* supra versum additum.

27 In marg. sinistro a manu recentissima est *lex Remmia*.

28 *adprobare*. 29 *vicina* est in textu (pro *vicino*); vitium indicat $\bar{q}$ in marg. sinistro. 31 fol. 44 (r.) incipit inde ab *esse*. 31 *inprobi*. 34 *repraehendi*. 35 *anseres* et *canes* repetuntur in marg. dextro. 37 illi morsibus vindicant. Haec verba in textu omissa addita sunt in imo marg.

432, 1 *littera illa*. 1 *quotiescumq*. 2 *litteram*. In marg. dextro est *littera K*. 2 *A* repetitur in marg. dextro.

3 *etiam* cod. dat pro *litteram*. 4 *per* est in cod. pro *propter*.

4 *fugatis* primo, post *i* scr. supra *g*. 6 *privata*.

7 *quintiana*. 8 *consensu*. 8 *iudicium*. 9 *habere*.

10 *poterit*. 10 *inrisionem*. 11 *dixis* primo, post *t* scr. pro *s* erasa.

12 *quae* primo, post *i* scr. per *a*, sed *e* inducta et expuncta.

14 *caecidit*. 15 *fieri parricidium*. 16 fol. 44 (v.) incipit inde a *racinensis fuit*. 17 *adulescentes* (sicut vs. 20). 18 *esset* (proprie *eet* cum compendii signo). 21 *pene*. 22 *venissent* primo, post *in* additum supra *v*. 22 *pronunciaverunt* primo, post *c* mutata in *t*. 23 *numquam*. 24 *tamen* primo, post *autem* scr. supra *tamen* expunctum.

26 *almeon*. 29 *proprudentiae* primo, post *pro* inductum.

31 *iuventor*. 32 *creticis*. 32 *repraehensus*. 36 *iure*.

36 *prosolvit* primo, post *pro* corr. in *per*. 37 fol. 45 (r.) incipit inde a *tibus debebent* (sic). 39 *his* corr. ex *hic*.

39 *voluuere* primo, post altera *u* erasa est.

433, 1 In marg. dextro legitur: culleis cur insuebantur. 1 qua enutrire ut. Haec primo exarata fuerunt, post in principio facile corr. *quae*. 2 *necari* corr. ex *negari*. 5 *fraugem*.

433, 10 Veniam neque ita ⟨multo⟩ post ad hunc locum.

In lemmate inserui verbum, quod desideramus quodque Ciceronis oratio nobis offert (§ 78).

Contra in proximo lemmate legitur *Eruci*, quod nomen nostrae Ciceronis editiones non agnoscunt.

433, 11 *respondet*. 12 *roscius*. 16 *adversariis*.

17 *sectores* repetitur in marg. dextro, sicut (vs. 19) *collorum*.

433, 18 Nescis, Eruci, hoc tempore esse sectores collorum et bonorum? Cum cod. interrogandi signum posui.

433, 19 fol. 45 (v.) incipit inde a *nam*. 19 *occiderunt*.

20 *proscripti* corr. ex *prostripti*. 22 *furtiba*. 23 *chrisogoni*.

26 *gladiatorae* primo, post *i* addita supra *r*.

27 in marg. sinistro scr. est *palma*. 32 *dubitem*; sic compendiose scr. pro *dubitemus*. 34 *canensis* primo, post *n* scr. supra *a*. 39 *trasumeum* primo, post *n* scr. supra *e*. 39 *annibal* primo, post *h* addita supra priorem *a*.

434, 1 fol. 46 (r.) incipit inde a *Ferro*. In marg. dextro est a manu tertia *En-*

Digitized by Google

nius. 2 *grecis,* quod verbum compendiose scr. repeti videtur in marg. dextro. 4 *fugiens achillen.*

434, 4 Cum interrogaretur ab Aiace, cur fugisset, ille, ut celaret dedecus *vitium.* Quis enim vulneratus ferro Frugio?

Supra *vitium* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. Illa vox manifesto corrupta fortasse vitiosa scriptura est pro *ait tum* (cf. 383, 11).

Etiam Ennii verba depravata sunt: editiones, quae Ciceronis orationes vel Ennii fragmenta continent, docent inter *enim* et *vulneratus* in cod. excidisse *non est.*

434, 7 *ininpuritia* primo, post prius *in* inductum (cf. Stangl Woch. f. k. Ph. 1905 n° 16, col. 444). 7 *sallustius* scr. in textu, at compendiose in marg. dextro (hic a manu tertia). 8 Vetustior manus exaravit in marg. dextra *frugio* et *frugies.* 9 *curtius marius.* 10 *meterentur.* 10 *tempore* corr. ex *tempere.* 14 *sectoremodo.*

16 hic versus in cod. legitur post (vs. 21) *accusas.* 16 fol. 46 (v.) incipit inde ab *oris tui inpudentiae.* 22 In marg. sinistro est *automedon auriga;* non in textu, sed in summo marg. tantum leguntur verba: auriga fuit. posteaquam achilles.

23 *haectorem.* 24 *nunciaret.* 24 *hostorem* primo, post *ec* scr. supra *os* inductum. 28 *alt* cum compendii signo pro *alter.* 28 *cede.* 28 *cium magnum* scr. in rasura; deinde lineola ducta est, quam sequitur *dicit.*

29 *inmortalibus.* 30 *maiorem* primo, post *u* scr. supra *e.*

434, 30 Ita more ... maiorum comparatum est.

Haec codex praebet, sed quae ante *maiorum* scripta sunt, leguntur in rasura. Hoc monere videtur, ut Ciceronem (pro Sex. Rosc. § 102) secuti in lemmate restituamus: *Itaque* more maiorum comparatum est.

434, 30 *testinium* primo, post *mo* additum supra *n.* 31 *hergo.*

33 *chrisogono.* 33 *nunciasset* (at legimus apud Cic. (pro Sex. Rosc. § 105) *nuntiatur*). 38 *manubia* est in lemmate, *manubiae* in marg. sinistro, *manubias* in scholio.

435, 2 *oma* cum compendii signo pro *omnia.* 2 *argento* primo, post *um* additum supra *e.* 3 *grisogonum* primo, post *c* scr. supra priorem *g* inductam. 8 *ligatus* primo, post corr. in *legatos.*

435, 5 *Chrisogono nunciat.*

Hoc lemma est in codex, sed apud Ciceronem (pro Sex. Rosc. § 110) bis *enuntiandi* verbum legitur.

435, 6 *chrisogonum.* 7 *mandat iudicium.* 8 fol. 47 (r.) incipit inde ab *alicui.* 8 *possionem.* 13 *re* primo omissum, post additum est. 13 In marg. dextro legimus: cur amicis nostra committimus $\overline{DM}$.

21 praemium invenitur et apud quem. Haec verba in textu praetermissa in imo marg. addita sunt. 22 *posuisse* corr. videtur ex *potuisse.*

Digitized by Google

435, 20 Ostendit vitam turpissimam Capitonis, *modo quia* et apud quem praemium invenitur, et apud quem perfidia et cetera maleficia, ipsum potuisse occidere Roscium.

Quia stare vix potest, fortasse corruptum est ex *quippe;* sed post *modo* exspectabas participium (sicut infra vs. 33: modo dicturus). Itaque edere velim:

Ostendit vitam turpissimam Capitonis modo ‹dicens› quippe et apud quem ..... ipsum potuisse occidere Roscium. *Dicens* occurrit 438, 26; 390, 24 cet.; *quippe* 402, 40; 422, 11.

435, 24 *discipulos.* 25 *chrisogono.* 26 *vul.* 26 *g chrisogonum* primo, post prior *g* inducta. 27 *eligantia.* 32 fol. 47 (v.) incipit inde ab *ut ipse.* 34 *chrisogoni* in textu scr., sed compendiose in marg. sinistro. 35 *inponere.* 37 *Sullanus* primo, post *us* corr. in *is.* 41 *intellego.* 41 *me ante* nunc, sed inter haec verba una littera erasa est. 42 *deponis.*

43 ante *intellexit* una littera erasa est. 43 *hoc* primo omissum, post supra versum additum. 43 *recusat* primo, post *s* corr. in *r.*

436, 1 *redubiam.* 2 *panaricium* repetitur in marg. sinistro, ubi praeterea a manu recentissima scripta est *f.* παρονύχιον.

436, 3 Sed dicit haec bona non concupiscere Roscium, sed tantum, ut *fama* parricidii careat.

A prima manu codex videtur exhibuisse *famia,* cuius *i* vestigia exstant. Itaque non audimus Orellium scribentem *infamia.*

436, 6 *redubiam.* 6 *curem* corr. ex *cur est* (scil. *est* compendiose scr.). 6 *redubia* repetitur in marg. sinistro. 6 *grece.*

8 *curtatum venēr* (sic). 9 *parum.*

10 fol. 48 (r.) incipit inde a *luit servare.* 13 *ibi cenaverat.* 15 *suspitionem* primo, post *c* scr. supra *t* inductam.

15 *chrisogonus* (sicut vs. 21 chrisogoni). 17 Omnia verba inde a *dissipavi* usque ad (vs. 19) *praedia praediis* praetermissa in textu, scripta sunt in imo marg.

17 *beientanam.* 24 In cod. scripta sunt: aut ipsa illa quam tanto praetio. aut thepsavus.

436, 24 Ex verbis modo e cod. allatis, licet corrupta sint, intellegimus hoc lemma restituendum esse:

authepsa illa, quam tanto pretio (cf. pro Sex. Rosc. § 133).

436, 24 In marg. dextro a manu secunda est *thepsavus,* sub qua voce a manu recentissima scriptum est:

Authepsa vas aquarium. 25 *lammina.* 25 *portatis.*

26 *vinatas* primo, post corr. in *vicinitas.* 27 *licticarios* primo, post *li* corr. in *le.* 27 *lecticarii* repetitur in marg. dextro. 29 *pantomimum* corr. ex *pantominum.*

32 *illa* cod. dat, sed apud Cic. (pro Sex. Rosc. § 136) legimus *mea.* 32 *tenuit.* 35 *adversarium. et.*

Digitized by Google

436, 36 *Si* id actum est idcirco.

Ex Ciceronis oratione (§ 137) et ex ipso scholio (*sin* autem id actum est hoc bello; 437, 1) discimus in lemmate quoque revocandum esse *sin*.

436, 36 fol. 48 (v.) incipit inde a *circo putamus*. In summo marg. huius paginae a manu tertia scr. est: Pro L. Manilia.

437, 1 *ductum*. 3 *chrisogonum*. 5 *sullanam* primo, post *sa* corr. in *su*. 5 *g chrisogonus* primo, post prior *g* erasa.

6 *non* corr. ex *tion* (ut videtur). 8 *roscio qui accusat* (sic).

437, 8 Deinde dicit hoc tantum agere Roscios, *qui* accusant innocentem, cum ipsi criminosi *sunt*.

Qui et *sunt*, quae in cod. leguntur, ferri posse videntur. Indicativum *sunt* certe, quem modum Graevius et Schuetzius sollicitarunt, tuetur (400, 28): Quaerunt multi, quare appellatur praetura, cum quaesturae et legationis crimina continentur?

437, 11 *qui* (pro: quae). 12 Pro *hominibus* in cod. scr. est *h̄*.

13 *Cicero* et *ne* primo ὑφ' ἓν scripta nunc divisa sunt.

17 et 18 hi versus atramento rubro scripti sunt.

21 fol. 49 (r.) incipit inde a *lucullus*. Huius paginae inscriptio a manu tertia est: Pro L. Manilia Pompeiana; infra haec verba tres asterisci descripti sunt.

21 iuxta primum versum in marg. dextro scr. est numerus 344.

437, 21 Et dum persequitur, adiit multas civitates et praeda *plenus*.

Ita codex, sed supra *plenus* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. dextro respondet *q*. Equidem *plenus* mutare nolim, sed edendum puto: Et dum persequitur, adiit multas civitates [et] praeda plenus.

Conferre volumus (In Verr. Act. II Lib. II § 12): ut facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum qui plenus decesserat, provinciam fuisse.

437, 26—28 aguntur. exercendis. occupatae. Haec lemmata compendiose scripta sunt in marg. dextro.

29 *bithiniaeq*; 29 *bithinia*. 29 supra *rege* asteriscus a manu tertia descriptus esse videtur.

438, 1 *quodne* primo, post *ne* inductum. 1 *armeniam* corr. (ut videtur) ex *armos viam*. 4 *grabrionem*. 4 *fuerit* corr. ex *siterit*.

438, 14 Mithridates cum pacem fecisset cum Sulla et dedisset Asiam Sulla *erat* in civitatibus illis Romanum exercitum servandae fidei *Numidarum* gratia posuit.

Digitized by Google

Supra *erat* conspicitur corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. Cum Orellio aliisque Stangl delet *erat* simul proponens (Wochenschr. l. c.) *indigenarum* vel *incolarum* (pro: Numidarum). Tentavi:

.... Sulla *moratus* in civitatibus illis Romanum exercitum servandae fidei *et numerandarum pecuniarum* gratia posuit.

Hanc lectionem defendere videtur Plutarch. Sull. XXV Σύλλας δὲ κοινῇ μὲν ἐζημίωσε τὴν Ἀσίαν δισμυρίοις ταλάντοις, ἰδίᾳ δὲ τοὺς οἴκους ἐξέτριψεν ὕβρει καὶ πλεονεξίᾳ τῶν ἐπισταθμευόντων [1]).

438, 16 fol. 49 (v.) incipit inde a *citum servandae.*
17 *recessisset* corr. ex *recessit.* 17 *mitridates illas illas.* 19 *translatio translatio* primo, post prius verbum inclusum. 23 *lucem.* 20 *metaforan.* 22 *quibus* (sic).

438, 25 et multos interemit Romanos iste eo tempore, quo Mithridates misit ad Sertorium dicens illi e. q. s.

Supra *misit* corruptelae signum exstat, cui respondet in marg. sinistro $\bar{q}$. Qui sic verba notavit, is ante *misit*, ut opinor, inserere voluit *legatos ac litteras* memor ipsius Ciceronis verborum (de imp. Cn. Pomp. § 9); fortasse contulit etiam ea, quae leguntur infra (vs. 40): misit legatos imperans, ut e. q. s.

438, 27 *ut* corr. ex *un.* 30 *hispanae optinebat.* 32 *virtute.* 32 alterum *vicit* post supra versum additum est.
35 *Navicularii* (quod repetitur in marg. sinistro) cod. habet pro *navicullariis.* 37 fol. 50 (r.) incipit inde a *cis subactis,* sed tres priores litterae post supra versum additae. 44 *miratus.*
439, 1 Supra *romani* exstat corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$; sed potius (vs. 2) *matilium* notari oportuit. 5 *ariobarzanes,* sed *ar* in medio vocabulo scr. in rasura.

439, 5 Esset Ariobarzanes ‹rex›, si vester socius non fuisset. Inserui quod desiderabam; pertinet autem scholium ad haec Ciceronis verba (l. c. § 12): Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus.

439, 6 *ad eum.* 9 supra *notalium* corruptelae signum exstat, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$.

439, 8 Sunt imperatores et saepius mittuntur contra hostes *notalium* civitatem *defendant*, et hostem quidem prohibent a rapina, ipsi tamen civitati hostes existunt.

---

1) Cf. etiam Mommsen[8] Röm. Gesch. II pg. 302 et 303.

Digitized by Google

Defendant est codicis lectio, at Orellius edit *defendat*; pro *notalium* conicio *ut provincialium*. Legitur certe infra (vs. 22): Deinde Lucullus missus est, *ut* Mithridatem persequeretur.

Stangl (l. c. pg. 63) pro verbo corrupto substituit *vectigalium* (masculini generis).

439, 12 fol. 50 (v.) incipit inde a *teris rebus*. 16 *coepit* (sicut vs. 32). 17 supra *romam* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. sinistro respondet *q̄*.

19 *semper ei*. 21 *misus* primo, post *s* addita supra *i*. 24 *paulatim*. 28 *aperire* primo, post *i* scr. per alteram *e*. 28 *nam* corr. ex *mam*.

31 *Sinope Amisus* scr. in marg. sinistro.

32 fol. 51 (r.) incipit inde a *quamvis*. Huius paginae inscriptio a tertia manu est: Pomp. sive Pro Leg. Manil. 35 *fecerit* corr. ex *fecit*.

39 ante *sed* una littera erasa est. 39 *quadrare* repetitur (scr. a secunda manu) in marg. dextro.

40 *pontificus* primo, post *fi* inductum.

41 *patriae mediae*, sed sub altero verbo lineola ducta est.

42 *sallustio* scr. est in textu, verum in marg. dextro *salust*.

440, 1 *aureum* corr. ex *auretum* (ut videtur).

2 *eam* (pro: *eum*, cf. 383, 11). 2 *redeunde* primo, post altera *d* corr. in *t*. 2 In marg. dextro est a manu secunda: Historia de medea et iasone.

3 *aetes* (sicut vs. 5). 3 *pat̄ e'ı* (= pater eius).

440, 4 Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius *q.ter* dispersit.

Pro *q.ter*, quod Orellius dat, codex a prima manu habet *ater*, at secunda *i* scripsit per *a*; verum illud *ater* in hac scriptura ortum esse potest ex *ī ıter̄* (compendiose scr. pro *in itinere*). Quamobrem legere velim: Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius in itinere dispersit.

In via usurpatum est infra (440, 6 et 443, 9); afferamus etiam (382, 18): iter faciens in Siciliam in via decessit (sc. Arrius).

Pertinet autem scholiastae annotatio ad Ciceronis verba (de imp. Cn. Pomp. § 22): quam praedicant in fuga fratris sui membra *in* iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse.

I. Gronovio placuit scribere: per iter.

440, 5 Cum igitur Aeetes illos persequeretur, vidit suum filium sparsum in via et coepit eum colligere; et cum colligit ita per funus *moratus*, fugam lucrata fuit Medea.

Pro codicis lectione *moras*, quam Orellius amplexus est, substitui *moratus*.

Digitized by Google

440, 11 in marg. dextro est $\overline{q}$. 11 fol. 51 (v.) incipit inde a *dates postquam*. 12 *timidam* (cf. 383, 11). 20 *mitridates*. 23 *impetum* primo, post *s* scr. per alteram *m*. 25 *extincti*. 26 *poete*. 26 In marg. sinistro est: Historici romani.

440, 26 Ut poetae solent.

Hoc lemma in cod. est, sed Ciceronis editiones habent: *sicut* poetae solent (§ 25).

Infra certe (vs. 30) pro *multum praetereo*, quae est codicis lectio, cum Kaysero Halmio ceterisque orationis Pompeianae editoribus scribendum est: *multa* praetereo.

440, 29 *inbellem*. 32 *grabrio* primo, post prior *r* inducta est.

34 fol. 52 (r.) incipit inde a *ri fortes*. 35 *existimo* primo, post prior *s* inducta. 35 In marg. dextro est: quattuor ornamenta imperatorum.

38 *in bellis peritus* corr. ex *in belli spiritu*.

44 supra *patres* (sic) descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$.

441, 2 *pompei*. 4 *peritia*. 5 *tyrannidis* sed altera *n* scr. in rasura. 7 *clipeanos* primo, post *u* scr. supra *i* expunctam. 10 *legerent* primo, post *u* scr. supra extremam *e*. 11 fol. 52 (v.) incipit inde a *fuisse*. Huius paginae inscriptio est: Pro L. Manilia.

441, 10 Constat Lucullum usque ad tempora consulatus expertem fuisse bellorum, post in consulatu historiis studuisse, ut bella *destituta* cognosceret.

Supra *destituta* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. sinistro respondet $\overline{q}$. Quid fere exspectaveris docet notissimus locus Sallustianus (Bell. Iug. 85, 12): atque ego scio, Quirites, qui postquam consules facti sunt et acta maiorum et Graecorum militaria *praecepta* legere coeperint.

Meminimus autem *praecepta* saepe coniungi cum *instituta*, sicut (Cic. de Off. I § 1): Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae e. q. s. Hic igitur edendum videtur: ... ut bella *de institutis* cognosceret.

Ne quis haereat in praepositione *de* [1]), commemorentur e nostro scholiasta haec exempla (409, 27) levavit de hasta (sc. caput); 429, 28 de incerto patre natus; 435, 34 adludit de nomine; 436, 23 omnia de rapinis habere; 439, 22 ipsam servare de servitio Mithridatis; 443, 4 de uxore Caesaris incestas amoris traxerat flammas.

1) Cf. etiam Stangl Bobiens. pg. 22.

Digitized by Google

441, 13 *et ortensio* primo, post *inh* additum supra priorem *o*.

13 *luculus* primo, post *l* scr. supra alteram *l*. 13 *Cicero* repetitur in marg. sinistro, sicut (vs. 15) *Salustius*, quod in textu sic scriptum est: *Sallustius*.

15 *cupierunt* (compendiose scr.) dat codex, at legimus (de imp. Cn. Comp. § 28): *concupiverunt*.

17 *in alienis* primo, post *in* deletum. 17 *aequi* primo, post *ae* inductum. 20 *legendus* primo, post *s* erasa est et *u* corr. in *o*. 21 *offensi* (sic). 23 *hispanense*.

24 *reliquas* primo, post *i* addita supra *u*. 25 *mitridatem*.

32 *coeperunt*. 33 supra *p̄bebant* corruptelae signum conspicitur, cui in marg. dextro respondet *q̄*.

34 fol. 53 (r.) incipit inde a *populi*. 36 *securus* primo, post altera *u* corr. in *e*. 37 post *ē* (= est) littera *s* erasa est. 39 *populus* corr. ex *pupulus*.

441, 39 Spectante populo Romano.

Hoc lemma est in cod., apud Ciceronem autem invenimus (de imp. Cn. Pomp. § 33): inspectante praetore. Itaque verisimile est compendio scripturae *pr̄* (quod et *populus Romanus* et *praetor* significare potest, ut supra 385, 14 et 387, 33 demonstravimus) vitium esse natum. Ergo in scholio quoque edere velim: videbat *praetor*, cum raperetur vectigal.

442, 1 *grabrionem* (sicut vs. 16 *grabrio*) cf. 440, 32; 442, 19.

3 *centuariatus* in textu, sed in marg. dextro a manu secunda compendiose scr. *centuriatus ordo*. 17 *maritumo* primo, post *i* scr. per *u*. 18 fol. 53 (v.) incipit inde a *peio potestas*. 19 *grabrione*. 21 *duodecim* nunc, sed *decim* corr. videtur ex *deum*. 21 in marg. sinistro legitur: *Unde rostra*. 22 *carthaniensium*.

442, 23 Ciceronis familiares erant, ut, quando probatione *deficit*, utatur exemplis.

Sic scholium edendum est, nam codex a prima manu exhibet *defecit*, sed post littera *i* per alteram *e* scripta est. Apte comparare possumus (407, 39): Excursio dicitur praedatio hostium, quando equites invadunt possessiones et faciunt praedas et fugiunt; etiam (440, 21): iussit (sc. Mithridates) milites sedere in loco obscuro, ut, quando veniat legatus Luculli ad oppida illa vastanda, contra ipsum impetus fiat.

442, 25 Cuiusquam *initia*. Haec lemmatis vox corrupta videtur ex *inimicum*, quod declarant non solum Ciceronis verba (de imp. Cn. Pomp. § 58): neque me impediet cuiusquam inimicum edictum, sed etiam ipsum scholium: Edictum proposuerat, ut nemo referat de Pompeio, ut ipse hoc bellum experiatur.

442, 27 Intercessio dicitur *aeatio* dictionis tribuni plebis.

Digitized by Google

Supra *aeatio* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. sinistro respondet $\bar{q}$. Fortasse novo verbo opus est velut *cassatio:* cassandi verbum saepius legitur apud scriptores posteriorum temporum, velut Sidon. Apoll. Ep. I 11, 13 ceterum obiecta si non improbabiliter cassaverimus e. q. s. Carm. VII, 311 littera Romani cassat, quod, barbare, vincis.

442, 27 *distionis* primo, post *c* scr. supra *s* inductam.
28 *lucrus* primo, post mutatum in *locrus* (pro *lucius*).
30 *interroyantur* primo post *ren* additum supra alteram *n* inductam. 31 *dixit.* 32 *Pompei.*

442, 28 Lemmati *Cimbris* subiungendum est scholium *Gallis.* Huc manifesto non pertinet quod deinceps apud Orellium subsequitur (vs. 28—32): Lucius Philippus dixisse dicitur consulibus Sertorianum bellum detrectantibus e. q. s. Haec verba, quae spectant ad festivissimum locum Tullianum (de imp. Cn. Pompeio § 62) aliud scholium constituunt, cuius lemma periit.

In Orelli annotatione Garatoni emendationes ad vs. 30 et 31 laudantur, sed unum vitium restat; restituendum enim est (442, 30): Cum interrogarentur patres, quali debeat cum potestate mitti (sc. Pompeius), Philippus *consulum* ridens ignaviam pro consulibus dixit.

442, 33 *vanum,* sed supra *v* conspicitur referendi signum (i. e. quattuor puncta), quod etiam in marg. sinistro invenitur ante litteram *f*; ibi ergo *vanum* corr. in *fanum.*
33 *luculum* primo, post *l* scr. supra alteram *l.* 34 *figuratae.* 39 *praestare* repetitur in marg. sinistro.
40 *parte.* 40 *hortensi.* 41 hic versus in cod. atramento rubro exaratus est.
443, 4 fol. 54 (r.) incipit inde a *quoddam* (sic primo scriptum, post prior *d* inducta. 4 *incestus,* sed in marg. dextro est $\bar{q}$. 5 *muliebricum.* 6 *inter amna* scr. in textu, sed in marg. dextro compendiose *interamna.* 8 *hinc* corr. ex *hic.* 11 *plebem iam.* 11 *exilium* et 12 *exilio.*
12 In marg. dextro legimus: Clodius Ciceronem in exilium misit milo revocavit. 13 *nepseus.* 14 *nepetere* (sic) scr. in rasura. 15 *lanubi.* 16 *opitae* primo, post *h* addita est supra *o.* 17 *lanubium.* 17 *p Milonem* primo, post *p* expuncta et inducta est. 17 $\bar{p}$*cessit* (= praecessit) est in cod. 20 *provocare* corr. ex *proveccare* vel *provectare.* 21 fol. 54 (v.) incipit inde ab *urbem.* Huius paginae inscriptio a manu tertia est *Pro Milon.*
22 *cacuit* primo, post *i* scr. per priorem *c.*
23 *torquuerentur* primo, post secunda *u* inducta est.
25 *possint,* sicut vs. 28 *possit.* 28 *nullo* primo, post *n* inducta est.
444, 2 *timet* in textu omissum, additum est in marg. sinistro.

Digitized by Google

444, 3 Idcirco laborat principio, ut adimat *iudici* timorem.

Si re vera interpres scripsit *iudici* (non *iudicib.* pro *iudicibus*), quamquam vs. 2 *iudices*, vs. 5 *iudicum* usurpatum est, hic habemus aliud exemplum illustrans inaequalitatem huius scholiastae generis dicendi. Nam proprium est nostri auctoris in eadem re modo singularem numerum adhibere modo pluralem, quod planum facere conatus sum supra ad 410, 8.

444, 2 *miscuerit* corr. ex *miscurat.* 5 *solacium.* 5 *recreat.* 6 *subplicare.* 7 *a clodio* corr. ex *ac lodio.* 7 *factus* primo post corr. in *factas.* 8 *si* nunc, sed ante *s* una littera erasa est. 8 *huic* nunc, sed inter *u* et *i* una littera erasa est.

Sub ultimo codicis versu tres asterisci descripti sunt.

AD ARISTOPHANIS RAN. 1274.

In poetarum tragicorum illa altercatione res eo devenit ut Euripides cantica Aeschyli cuiusmodi sint ostendat. E contextu igitur variorum dramatum evulsos versus aliquot, eodem omnes metro compositos, ita inter se conglutinat ut carmen continuum efficere videantur sed non efficiant.

Quorum versuum unus hic est:

„εὐφαμεῖτε· μελισσονόμοι δόμον Ἀρτεμίδος πέλας οἴγειν."

Sic codex V; in R aperto vitio scriptum est δρόμον. Sed etiam cetera gravi vitio laborare censentur. Et vitiosa esse quis non concedat, quae intellegi nequeant; lene tamen ni fallor remedium sufficit:

εὐφαμεῖτε· μελισσονόμοι δόμοι Ἀρτεμίδος πέλας οἴγειν.

Una littera mutata perspicuus iam factus est hic versus ex Aeschyli Ἱερείαις desumtus. Quod drama licet satis cognitum non habeamus, chorum fuisse feminarum Sacerdotum ipsum nomen docet; Dianae autem domus aperiri cum dicitur, quis non statim cogitat Dianae Ephesiae delubrum longe clarissimum. Ibi autem sacrae alebantur apes. Vertatur igitur versus:

Favete linguis: pervenimus ad aedem Dianae apes alentem, quam aperturae sumus.

πέλας (εἰσὶν) οἴγειν igitur ita est dictum ut πάρεστιν ὁρᾶν et similia et μελισσονόμοι δόμοι ita ut in Aristophanis Nubibus μυστοδόκος δόμος. Si quis mavult, mutato accentu, μελισσόνομοι *aedes apibus lustrata*, ut magis poeticum, vel etiam singularem -μος δόμος, non vehementer repugnabo; longius tamen sic discedimus a litteris traditis, et sufficere videtur coniectura quam proposui.

v. L.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Curaturo novam dialogorum Platonicorum quorundam recensionem recipiendam in *bibliothecam scriptorum classicorum*, quae prodit Groningae apud J. B. Woltersium, ideoque diligenter perscrutanti quaecumque a viris doctis ad emendandum philosophi textum probabiliter excogitata videntur, brevi mihi constitit procul abesse ut criticis nihil agendum supersit, sed pauca quidem in ipsis verbis corrigendis fieri etiamnum posse, multo vero plura in delendis magistellorum additamentis, in quibus expungendis post alios multos nuper J. J. Hartman noster in egregio opere *De emblematis in Platonis textu obviis*, Lugd. Bat. 1898 optime meruit de scriptore elegantissimo.

Ordine percurram Apologiam, Critonem, Phaedonem, quam brevissime indicaturus quae aut emendanda aut cancellanda mihi videantur, intrepidus nec curans superstitiosos codicum admiratores.

APOL. p. 17 B *τὸ γὰρ μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθήσονται ἔργῳ, ἐπειδὰν μηδ' ὁπωστιοῦν φαίνωμαι δεινὸς λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχυντότατον εἶναι, εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλοῦσιν οὗτοι λέγειν τὸν τἀληθῆ λέγοντα· εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε, <ἀλλ'> οὐ κατὰ τούτους, εἶναι ῥήτωρ.* Sic demum, inserta vocula adversativa, recte procedit oratio.

Secuntur haec: *οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρήκασιν· ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.* Etiam omisso *ἀληθὲς* constaret sententia. Num est genuinum?

Digitized by Google

P. 18 D. ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, διττούς μου τοὺς κατηγόρους γεγονέναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι κατηγορήσαντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι [οὓς ἐγὼ λέγω], καὶ οἰήθητε δεῖν πρὸς ἐκείνους πρῶτόν με ἀπολογήσασθαι· κτἑ. Interpolatori tribuo verba inutilia, quae cancellavi. Idem valet de proximis (E) καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούσατε κατηγορούντων καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τῶνδε [τῶν ὕστερον].

P. 20 A. ἐπεὶ καὶ ἄλλος ἀνήρ ἐστι [Πάριος] ἐνθάδε σοφός, κτἑ. Gentile nomen h. l. minus aptum interpolatum videtur e Calliae responso sub B extr. Εὔηνος, ἔφη, ὦ Σώκρατες, Πάριος, πέντε μνῶν.

P. 20 B. νῦν δ' ἐπειδὴ ἀνθρώπω ἐστὸν (filii tui, o Callia), τίνα αὐτοῖν ἐν νῷ ἔχεις ἐπιστάτην λαβεῖν; τίς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, τῆς ἀνθρωπίνης τε καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμων ἐστίν· οἶμαι γάρ σε ἐσκέφθαι [διὰ τὴν τῶν υἱέων κτῆσιν]· κτἑ. Unquamne vidisti languidius et inutilius additamentum? Repudio enim quod venit in mentem ἄσκησιν pro κτῆσιν.

P. 20 D init. ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων. Imo vero δίκαι' ἂν. Hoc enim requirit sententia: *qui haec diceret, recte diceret.*

P. 21 A. καὶ ἴστε δή, οἷος ἦν [Χαιρεφῶν]. Nomine nihil opus. Initio Χαιρεφῶντα γὰρ ἦστέ που pro ἴστε που iam correxi *Lect. Rheno-trai.* pag. 22, cf. etiam *Vindiciae Aristoph.* pag. 121. Causa erroris fuit sequens ἴστε.

P. 21 B extr. ἦλθον ἐπί τινα τῶν δοκούντων σοφῶν εἶναι, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που, ἐλέγξων τὸ μαντεῖον καὶ ἀποφανῶν [τῷ χρησμῷ], ὅτι οὗτοσὶ ἐμοῦ σοφώτερός ἐστι.

P. 21 D extr. ἔοικα γοῦν τούτου γε σμικρῷ τινι αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι [ὅτι ἃ μὴ οἶδα οὐδὲ οἶμαι εἰδέναι]. Verba αὐτῷ τούτῳ referenda ad proxime praegressa, nec egent interpretatione.

P. 23 C. πρὸς δὲ τούτοις οἱ νέοι μοι ἑπακολουθοῦντες, οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν, οἱ τῶν πλουσιωτάτων ⟨ὑεῖς⟩, αὐτόματοι χαίρουσιν ἀκούοντες ἐξεταζομένων τῶν ἀνθρώπων. Inserta a me vocula sine vitio omitti nequit.

Digitized by Google

P. 24 A. *καίτοι οἶδα σχεδόν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἀπεχθάνομαι.* Hunc locum aliter ab aliis tentatum intellegam correctum sic, ut pro *τοῖς αὐτοῖς* legatur *δι' αὐτὸ τοῦτ' αὐτοῖς*, scil. propter meam dicendi libertatem. Versio Armenia habet *αὐτοῖς τούτοις*, quod recepit Burnet.

Sequitur *ὃ καὶ τεκμήριον, ὅτι ἀληθῆ λέγω καὶ [ὅτι] αὕτη ἐστὶν ἡ διαβολὴ ἡ ἐμὴ καὶ τὰ αἴτια ταῦτα [ἐστιν]*, ubi non solum ultima vocula delenda cum Hirschigio, sed etiam *ὅτι*.

P. 24 B. Veterem meam coniecturam *ἔχει δὲ πῶς; ὧδε·* pro *ἔχει δέ πως ὧδε* sec. Burnet confirmat versio Armenia.

Ibid. C init. *τὸ μὲν δὴ ἔγκλημα τοιοῦτόν ‹τι› ἐστιν· τούτου δὲ [τοῦ ἐγκλήματος] ἓν ἕκαστον ἐξετάσωμεν.*

Ibid. C cap. XII init. *καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε εἰπέ.* Quia *δεῦρο* est ellipsis pro *δεῦρ' ἴθι*, melius interpungetur semicolo post *Μέλητε*.

P. 25 B init. *οἱ δὲ πολλοὶ ἐάνπερ ξυνῶσι [καὶ χρῶνται] ἵπποις διαΦθείρουσιν.*

P. 25 D. *ἀπόκριναι, ὦ ἀγαθέ, καὶ γὰρ ὁ νόμος κελεύει [ἀποκρίνεσθαι]*.

P. 26 C. In parenthesi ponenda videntur verba *καὶ αὐτὸς ἄρα νομίζω εἶναι θεούς, καὶ οὐκ εἰμὶ τὸ παράπαν ἄθεος οὐδὲ ταύτῃ ἀδικῶ.*

P. 26 D. Eximium huius loci leporem destruens Schanz prius *Ἀναξαγόρου* expunxit. Delendum est alterum et *καὶ* ante *οὕτω* mutandum in *ἤ*. Vide quae scripsi Lect. Rheno-Trai. pag. 37.

P. 27 B extr. *ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ γε ἀπόκριναι.* Sub cod. Oxon. lectione *γεπ* fortasse latet *γέ τοι.*

P. 28 B. *ἄνδρα, ὅτου καὶ σμικρὸν ὄΦελός [ἐστιν]*. Ultimam vocem recte omisit Antoninus 7, 44.

P. 29 B. *καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν [αὕτη ἡ] ἐπονείδιστος, ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν;* Pro *καὶ τοῦτο* scripserim *καίτοι* cum Eustathio, deleto *αὕτη ἡ* cum versione Armenia et virgula post *ἐπονείδιστος*. — Ibid. C *οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ ‹οὐκ› ἀγανακτεῖν* correxi Lect. Rhen. p. 38.

Digitized by Google

P. 30 B extr. ὦ ⟨ἄνδρες⟩ Ἀθηναῖοι recte cod. E. — Ibid. C init. Μὴ θορυβεῖτε, ⟨ὦ⟩ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐμμείνατέ μοι οἷς ἐδεήθην ὑμῶν [μὴ θορυβεῖν ἐφ' οἷς ἂν λέγω, ἀλλ' ἀκούειν·] καὶ γάρ ὡς ἐγὼ οἶμαι ὀνήσεσθε ἀκούοντες. Vix ipsius Platonis sunt verba seclusa.

P. 33 C extr. εἰ γάρ δὴ ἔγωγε τῶν νέων τοὺς μὲν διαφθείρω, τοὺς δὲ διέφθαρκα, χρῆν δήπου, εἴτε (εἰ μέν?) τινὲς αὐτῶν πρεσβύτεροι γενόμενοι ἔγνωσαν, ὅτι νεοῖς οὖσιν αὐτοῖς ἐγὼ κακὸν πώποτέ τι ξυνεβούλευσα, νυνὶ αὐτοὺς ἀναβαίνοντας ἐμοῦ κατηγορεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον, τῶν οἰκείων τινας τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας [εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι], νῦν μεμνῆσθαι. Pessime post antecedentia abundant quae cancellavi.

P. 35 C extr. μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα [δεῖν] πρὸς ὑμᾶς πράττειν, ἃ μήτε ἡγοῦμαι καλὰ εἶναι μήτε ὅσια. Ambigo utrum δεῖν delendum sit an mutandum in δή.

P. 35 E init. τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, ὅτι μου κατεψηφίσασθε, ἄλλα τέ μοι πολλὰ ξυμβάλλεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονεν τὸ γεγονὸς τοῦτο, κτέ. Si recte Hirschig expunxit verba ὅτι μου κατεψηφίσασθε, praeterea abesse malis τὸ γεγονός. Quare nescio fere an praestet delere verba ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, utpote interpolata propter sequens τὸ γεγονὸς τοῦτο.

P. 36 C extr. ὃ μὲν γὰρ ὑμᾶς ποιεῖ εὐδαίμονας δοκεῖν [εἶναι], ἐγὼ δὲ εἶναι. Multo elegantius prius εἶναι aberit.

P. 37 A init. εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τοῦτο τιμῶμαι [ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως]. Rectius saltem cod. E τῆς ἐν πρ. σ., sed procul dubio verba mihi cancellata interpolata sunt e praegressis τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι. — Mox recte libri praeter B ὦ ⟨ἄνδρες⟩ Ἀθηναῖοι. Idem ex E revoca sub litt. C.

P. 38 A. περὶ ὧν ὑμεῖς ἀκούετε διαλεγομένου. Imo vero ἠκούετε, quod exhibet cod. E.

Digitized by Google

P. 38 C. Requiro: *ὁρᾶτε γὰρ δὴ τὴν ⟨ἐμὴν⟩ ἡλικίαν, ὅτι πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου.*

P. 39 C. *νῦν γὰρ τοῦτο εἴργασθε οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι τοῦ διδόναι ἔλεγχον τοῦ βίου.* Malim *ἀπηλλάξεσθαι*, *fore liberos.*

P. 40 D. *οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινὰ ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας.* Pronomen h. l. sensu cassum omittit versio Armenia, delet Hirschig, sed nescio an potius transponendum *ἀλλ' αὐτὸν τὸν μέγαν βασιλέα.*

P. 41 A init. *εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ* [*καὶ*] *λέγονται ἐκεῖ δικάζειν.* Quid *καὶ* hic sibi velit me latet.

P. 41 B. *ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις — δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν ἢ Ὀδυσσέα ἢ Σίσυφον; ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι —, οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι — ἀμήχανον* (*ἀμηχάνου*?) *ἂν εἴη εὐδαιμονίας.* Corrigatur *καὶ ἄλλους κτέ.* coll. Phaedone p. 70 E et 94 C. Passim utraque vocula a librariis confunditur. Similiter corrigatur Gorg. 483 D.

Criton. 44 A. Socr. *οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας* (i. e. *τήμερον*) *οἶμαι αὐτὸ* (*τὸ πλοῖον*) *ἥξειν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρας.* Requiro *ὑστέρας* seu potius *ὑστεραίας* (= *αὔριον*). Nisi forte praestat delere *ἀλλὰ τῆς ἑτέρας.* — Mox verba *ταύτης τῆς νυκτὸς* suspectavi Lect. Rhen. p. 38.

P. 44 B extr. *οἷον ἐγὼ μήποτε εὑρήσω.* Soloece pro *εὕρω*, ut recte exhibet E (*γρ.*). — Ibidem D init. recipienda videtur Cornarii lectio *αὐτὰ δὲ δηλοῖ* (pro *δῆλα*) *τὰ παρόντα νῦν.*

P. 45 B. *μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς σαυτὸν σῶσαι.* Soloece Jacobs coniecit *ἀποκνῇς*, pro quo grammatica aut *ἀπόκνει* postulat aut *ἀποκνήσῃς*, quod speciem habet.

P. 46 A extr. *εἰ δ' ἔτι περιμενοῦμεν* [*ἀδύνατον καὶ*] *οὐκέτι οἷόν τε.* Similiter iam Hirschig in praegressis *οἷόν τε* [*καὶ δυνατόν*].

Digitized by Google

P. 46 C init. *καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω* [*καὶ τιμῶ*]. Manifestum interpretamentum.

P. 50 C. Correxi *ἢ <μὴν> ἐμμενεῖν*. Lect. Rhen. p. 38 sq.

P. 50 D. *οὐ πρῶτον μέν σ' ἐγεννήσαμεν ἡμεῖς καὶ δι' ἡμῶν ἐλάμβανεν τὴν μητέρα μου ὁ πατὴρ καὶ ἐφύτευσέν σε*; Requiritur aoristus *ἔλαβεν*.

P. 51 B. *καὶ τὸ δίκαιον οὕτως ἔχει, καὶ οὐχὶ ὑπεικτέον οὐδὲ ἀναχωρητέον οὐδὲ λειπτέον τὴν τάξιν*. Apto sensu hic caret *ὑπεικτέον*. Manifesto sententia flagitat *φευκτέον*. In verbis antecedentibus *καὶ σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν* noli conicere *θεραπεύειν*, sed verte *blandis verbis deprecari*.

P. 52 D init. *παρὰ τὰς ξυνθήκας καὶ* [*τὰς*] *ὁμολογίας*. Articulum recte non repetit Eustathius. Cf. D extr. et 54 C.

Phaed. p. 58 B. *εὐδαίμων γάρ μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο — καὶ τοῦ τρόπου* [*καὶ τῶν λόγων*], *ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα*. Variant libri inter *τῶν λόγων* et *τοῦ λόγου*, sed vix dubito quin sint insiticia, interpolata propter sequentia p. 59 A *καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν*. Mox legitur: *καὶ πάντες — οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος· οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ*. Pro *ὁτὲ* in T est *τοτὲ*, unde verum esse suspicor *ποτὲ* (aut *τότε*) *μὲν — ἐνίοτε δὲ*, quia *ὁτὲ μὲν* videtur hellenisticum.

P. 59 B. Phaed. *οὗτός τε δὴ* [*ὁ Ἀπολλόδωρος*] *τῶν ἐπιχωρίων*. Abundat post *οὗτος* nomen. Hinc sub B extr. interpolatum est *τῶν ἐπιχωρίων*, quod expunxi Lect. Rhen. p. 39.

P. 59 D. *συλλεγόμενοι ἔωθεν εἰς τὸ δικαστήριον, ἐν ᾧ* [*καὶ*] *ἡ δίκη ἐγένετο*. Melius aberit vocula *καὶ*. Quamquam haec omnia *ἐν ᾧ — ἐγένετο*, quae ultro intelleguntur, abesse malim.

P. 61 A init. *καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν* [*μουσικὴν ποιεῖν*]. Verba interpolata ex p. 60 E.

Digitized by Google

P. 62 B extr. οὔκουν — καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ [κτημάτων] εἴτι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτεινύοι, μὴ σημήναντός σου ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ; Glossema videtur κτημάτων, quod abest a cod. T, nec fortasse iniuria idem liber omittit πρὸς ταῦτα 63 AB: οἶμαι γὰρ ὑμᾶς λέγειν, ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ, nam omnis sententiae vis est in verbis ultimis et sine noxa illis carebimus.

P. 64 C. ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν [ἀπὸ] τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν [ἀπὸ] τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι. Primo loco propter genetivos concurrentes necessaria est praepositio ἀπό, sed duobus reliquis male abundat, neque ultimo legitur in cod. T neque apud Iamblichum. Quin utrobique delenda sit non dubito. Ἀπαλλάττεσθαι cum nudo genetivo passim legitur apud Platonem aliosque.

P. 67 D. οὔκουν τοῦτό γε θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος; παντάπασί γε, ἦ δ' ὅς, λύειν δέ γε αὐτὴν προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστιν τῶν φιλοσόφων [λύσις καὶ χωρισμὸς (τῆς add. BD) ψυχῆς ἀπὸ σώματος]. Deleantur verba male repetita. Αὐτὸ τοῦτο pertinet ad verba λύειν — αὐτήν.

P. 68 D. σφόδρα γὰρ αὐτῷ (philosopho) τοῦτο δόξει, μηδαμοῦ ἄλλοθι καθαρῶς ἐντεύξεσθαι φρονήσει [ἀλλ' ἢ ἐκεῖ]. Subvenit h. l. papyrus Arsinoiticus omittens glossema.

P. 68 E. ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσιν; Pap. Ars. σωφρονοῦσιν fortasse recte.

P. 69 A. ὦ μακάριε Σιμμία. Hic et alibi mihi cum Cobeto et Hartmano suspectum est additum nomen formulis ὦ μακάριε, ὦ θαυμάσιε, ὦ δαιμόνιε similibusque, a quibus plerumque abest.

Digitized by Google

P. 69 A. *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἡ ὀρθὴ* [*πρὸς ἀρετὴν* del. Ast.], *ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ Φόβον πρὸς Φόβον καταλλάττεσθαι*, [*καὶ*] *μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥσπερ νομίσματα.* Optime insanum *καὶ* omittunt Iamblichus et Stobaeus. Pessumdat sententiam. Eandem particulam omittit cod. Ox. mox sub litt. B in verbis *καὶ ἀλλαττόμενα ἀντ' ἀλλήλων*, sed fortasse genuina lectio est *καταλλαττόμενα*, quo composito Plato utitur in praecedentibus. In antegressis post *νομίσματα* secuntur haec verba compluribus scholiis aucta a magistellis: *ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀντὶ οὗ δεῖ πάντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, Φρόνησις*, [*καὶ τούτου μὲν πάντα* del. Burnet] *κἀι μετὰ τούτου* [*ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα* del. Hartman] *τῷ ὄντι* [*ᾗ*] *καὶ ἀνδρεία καὶ σωΦροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ ἢ* [*μετὰ Φρονήσεως* ipse deleo], *καὶ προσγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ Φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ Φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα* (*καταλλαττόμενα*?) *ἀντὶ ἀλλήλων μὴ σκιαγραΦία τις ᾖ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης — τε καὶ οὐδὲν ὑγιὲς* [*οὐδ' ἀληθὲς ἔχῃ* abesse malim], *τὸ δ' ἀληθὲς* [*τῷ ὄντι* deleo] *ἢ κάθαρσίς τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωΦροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ Φρόνησις* [*μὴ καθαρμός τις ᾖ* deleo]. Sic demum, his omnibus recisis simplex et elegans et philosopho digna prodit sententia.

P. 71 A. *ἱκανῶς οὖν, ἔΦη, ἔχομεν τοῦτο, ὅτι πάντα οὕτω γίγνεται* [*ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα*]. Refertur *οὕτω* ad praegressa, neque eget explicatione.

P. 72 A extr. *ἰδὲ τοίνυν* [*οὕτως*], *ἔΦη, ὦ Κέβης, ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ κτἑ.* Οὕτω, quod pro *ὧδε* non est Atticum, recte abest a T. — Ibidem B init. *εἰ — εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καταντικρὺ καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον* [*μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο*], *εἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἓν σχοίη κτἑ.* Scire pervelim quid novi sententiae addant quae cancellavi. — Ibidem D init. *εἰ γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων τὰ ζῶντα γίγνοιτο, τὰ δὲ ζῶντα* ‹*ἀπο*›*θνήσκοι, τίς μηχανὴ μὴ οὐ πάντα καταναλωθῆναι* [*εἰς τὸ τεθνάναι*];

Digitized by Google

P. 76 A med. *ὥστε, ὅπερ λέγω δυοῖν τὰ ἕτερα, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὕς φαμεν μανθάνειν κτἑ.* Quod (quamvis et alibi recurrat) certa coniectura restitui poterat *θάτερον*, totidem literis legitur in eximio cod. T. — Ibidem C med. *πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἀΦ' οὗ γε* [*ἄνθρωποι*] *γεγόναμεν.* Platoni *γεγόναμεν* est *nati sumus*, interpolatori *facti sumus*. — Ibidem E extr. Plato more suo scripserat, ni fallor: *ὑπερφυῶς, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Σιμμίας, ⟨ὡς⟩ δοκεῖ μοι ἡ αὐτὴ ἀνάγκη εἶναι, κτἑ.*

P. 78 B cap. XXV init. *ἦ δ' ὃς* [*ὁ Σωκράτης*]. Deleatur nomen. — *δεῖ ἡμᾶς ἐρέσθαι* (l. *ἀνερέσθαι* cum libris praeter B) *ἑαυτούς, τῷ ποίῳ τινὶ ἄρα προσήκει τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν* [*τὸ διασκεδάννυσθαι*], *κτἑ.* Puerulis fortasse utile interpretamentum, non adultis. — C med. *ἅπερ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ* [*καὶ*] *ὡσαύτως ἔχει.* Emendavi *Lect. Rhen.* p. 39. — D med. *αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλόν, αὐτὸ ἕκαστον ὃ ἔστιν* [, *τὸ ὄν*], *μή ποτε μεταβολὴν καὶ ἠντινοῦν ἐνδέχεται, κτἑ.* Nihil aliud est *τὸ ὄν* quam glossema ad *ἕκαστον ὃ ἔστιν.* — E extr. *ἢ τοὐναντίον ἐκείνοις οὔτε αὐτὰ αὐτοῖς οὔτε ἀλλήλοις οὐδέποτε, — οὐδαμῶς κατὰ — ταῦτα; Οὕτως, ἔφη ὁ Κέβης* [*οὐδέποτε ὡσαύτως ἔχει*]. Plane sufficit *οὕτως*.

P. 79 A cap. XXV extr. *ἀλλ' ἔστιν ἀειδῆ τὰ τοιαῦτα* [*καὶ οὐχ ὁρατά*]; Recte Burnet ubique cum papyro Ars. et T pr. edidit *ἀϊδῆ*, *invisibilia*, unde ultro liquet Platonis non esse quae expunxi. — Ibidem C cap. XXVII. Inutilis est et, ni fallor, interpolata tota parenthesis *τοῦτο γάρ ἐστιν τὸ διὰ τοῦ σώματος, τὸ δι' αἰσθήσεων σκοπεῖν τι.* Quis enim quaeso interlocutorum hoc non ultro intellegebat?

P. 81 C. *ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ Φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι* [*καὶ βαρὺ*] *καὶ γεῶδες κτἑ.* Glossema ad *ἐμβριθὲς* expunxi. — Ibidem D init. e mente Cobeti corrigatur *καλινδουμένη* pro *κυλινδουμένη* et eadem correctio factitanda infra p. 82 E. Mox emblemate libera verba *ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι* [*διὸ καὶ ὁρᾶται*]. Non stipitibus scripsit Plato.

Digitized by Google

P. 82 D cap. XXXII extr. *οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν, ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ δὲ ἡγούμενοι, οὐ δεῖν ἐναντία τῇ ΦιλοσοΦίᾳ πράττειν καὶ τῇ ἐκείνης λύσει τε καὶ καθαρμῷ ταύτῃ* ‹δὴ add. pap. Ars.› *τρέπονται* [*ἐκείνῃ*] *ἑπόμενοι, ᾗ ἐκείνη ὑΦηγεῖται.* Melius aberit aut *ἐκείνῃ* aut *ἐκείνη*. Illud fere praetulerim.

P. 83 A med. *πείθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν, ὅσον μὴ ἀνάγκη* [*αὐτοῖς*] *χρῆσθαι, αὐτὴν δὲ εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι* [*παρακελευομένη*], *πιστεύειν δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ' ἢ αὐτὴν αὑτῇ, ὅ τι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ' αὑτὴν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν ὄντων.* Duo vocabula, quibus facile caremus, omittit papyrus Ars.

P. 84 AB (*ψυχὴ ἀνδρὸς ΦιλοσόΦου*) *ἑπομένη τῷ λογισμῷ καὶ ἀεὶ ἐν ἐαυτῷ οὖσα, τὸ ἀληθὲς καὶ* [*τὸ*] *θεῖον καὶ* [*τὸ*] *ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεΦομένη, ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν, ἕως ἂν ζῇ, καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς τὸ ξυγγενὲς* [*καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον*] *ἀΦικομένη ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν.* Aequo animo carebimus, opinor, magistelli additamento *καὶ — τοιοῦτον*.

P. 86 C. *εἴ οὖν τυγχάνει ἡ ψυχὴ οὖσα ἁρμονία τις, δῆλον ὅτι, ὅταν χαλασθῇ τὸ σῶμα* [*ἡμῶν*] *ἀμέτρως κτἑ.* Mire *ἡμῶν* omissum post *ψυχὴ* additur post *σῶμα*, quare pronomen deleverim cum cod. T. Manifesto abundat. — Ibid. E extr. *λέγω δή, ἦ δ' ὃς* [*ὁ Κέβης*].

P. 87 B med. *ὥσπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑΦάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι* [*τοῦτον τὸν λόγον*] *ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος κτἑ.* Pronomen *οὗτος* non Attice usurpatum pro *ὅδε* indicio est verba seclusa non esse Platonis.

P. 95 A init. *ἦ δ' ὃς* [*ὁ Σωκράτης*].

P. 95 B. *ἡμεῖς δὲ Ὁμηρικῶς ἐγγὺς ἰόντες κτἑ.* Homerice quidem dicitur *ἐγγὺς εἶναι*, quod est Graecorum omnium, sed non est *ἐγγὺς ἰέναι*. Quare nondum me poenitet correxisse olim: *ἄσσον ἰόντες*, collata glossa Hesychiana *ἄσσον· πλησίον, ἐγγύς*.

P. 98 A init. *ὡσαύτως πευσόμενος καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων τάχους τε πέρι πρὸς ἄλληλα καὶ τροπῶν καὶ τῶν ἄλλων*

Digitized by Google

παθημάτων, πῇ ποτε ταῦτ' ἄμεινόν ἐστιν ἕκαστον καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν [ἃ πάσχει]. Quia ταῦτα refertur ad παθημάτων, abundant verba ἃ πάσχει, quae tamen servari possint, si pro ταῦτ' scripseris πάντ'.

P. 99 D cap. XLVIII. μὴ πάθοιμι, ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες [καὶ σκοπούμενοι]· διαφθείρονταί γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἤ τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Frustra Wyttenbach corrigebat σκοτούμενοι, quae inepta foret prolepsis. Dele glossema petitum e sequenti σκοπῶνται.

P. 100 B. ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν σοι ἐπιδείξασθαι. Graecum est ἐπιχειρήσων. — Post pauca sequitur: ὑποθέμενος εἶναί τι καλὸν αὐτὸ καθ' αὐτὸ καὶ ἀγαθὸν καὶ μέγα καὶ τἆλλα πάντα· ἃ εἴ μοι δίδως τε καὶ συγχωρεῖς εἶναι [ταῦτα], ἐλπίζω σοι ἐκ τούτων τὴν αἰτίαν ἀποδείξειν κτἑ. Procul dubio delendum ταῦτα, quod non fert loci sententia, sed praeterea dubito an spuria sint verba antecedentia τε — εἶναι. Passim enim διδόναι, ut latine *dare*, usurpatur *concedendi* sensu, ut mox respondet Cebes: ὡς διδόντος σοι οὐκ ἂν Φθάνοις περαίνων. Glossema peti potuit ex 100 A init. οὐ γὰρ πάνυ συγχωρῶ.

P. 101 A init. Supplendum: ὅτι σὺ μὲν οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ ὅτι τὸ ‹μὲν› μεῖζον πᾶν ἕτερον ἑτέρου οὐδενὶ ἄλλῳ μεῖζόν ἐστιν ἢ μεγέθει, καὶ διὰ τοῦτο μεῖζον [, διὰ τὸ μέγεθος], τὸ δὲ ἔλαττον οὐδενὶ ἄλλῳ ἔλαττον ἢ σμικρότητι, καὶ διὰ τοῦτο ἔλαττον [, διὰ σμικρότητα]. Quae in his cancellavi genuina esse non credam priusquam me aliquis docuerit quid novi addant antecedentibus. Similiter mox sub litt. B med. ἀλλὰ μὴ πλήθει [καὶ διὰ τὸ πλῆθος] ultima verba reddiderim magistellis.

P. 107 A med. ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς [ὁ Σιμμίας], οὐδ' αὐτὸς ἔχω, ὅπῃ ἀπιστῶ. — Ibidem D init. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς Ἅιδου [ἡ ψυχὴ] ἔρχεται πλὴν τῆς παιδείας κτἑ. Cf. *Lect. Rhen.* p. 42.

P. 108 A med. Obiter Platoni reddatur hic et alibi forma Attica κλινῆναι pro κλιθῆναι.

P. 110 B. οἷα τυγχάνει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ‹τῆς› ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα. Articulum supplevi *Lect. Rhen.* p. 40. — Ibidem: ὥσπερ

Digitized by Google

αἱ δωδεκάσκυτοι σφαῖραι, ποικίλαι, χρώμασιν διειλημμέναι, ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶναι χρώματα ὥσπερ δείγματα, εἷς δὴ οἱ γραφεῖς (l. γραφῆς) καταχρῶνται· κτἑ. Speciose Hartman ποικίλη proscripsit ut glossema ad sequentia, sed nescio fere an corrigendum sit potius ποικίλοις χρώμασιν. Cf. ibidem D init.: χρώματός τι εἶδος παρέχεσθαι στίλβοντα ἐν τῇ τῶν ἄλλων χρωμάτων ποικιλίᾳ.

P. 111 C, cap. IX init. καὶ ὅλην μὲν δὴ τὴν γῆν οὕτω πεφυκέναι καὶ τὰ περὶ τὴν γῆν· τόπους δ' ἐν αὐτῇ εἶναι κατὰ τὰ ἔγκοιλα αὐτῆς κύκλῳ [περὶ ὅλην] πολλούς κτἑ. Vix ipse Plato addidit verba redundantia περὶ ὅλην. — Post pauca sequitur τοὺς δὲ βαθυτέρους ὄντας τὸ χάσμα [αὐτοὺς] ἔλαττον ἔχειν τῶν παρ' ἡμῖν τόπων. Pronomen delevi *Lect. Rhen.* p. 42, αὐτῶν conicit Heindorf, quod recepit Schanz, αὖ de suo dedit Burnet, quorum neutrum mihi quidem satisfacit.

P. 112 B. καὶ ὥσπερ τῶν ἀναπνεόντων καὶ ἐκπνεῖτε καὶ ἀναπνεῖ ῥέον τὸ ῥεῦμα, οὕτω καὶ ἐκεῖ ξυναιωρούμενον τῷ ὑγρῷ, [τὸ πνεῦμα] δεινούς τινας ἀνέμους καὶ ἀμηχάνους παρέχεται καὶ εἰσιὸν καὶ ἐξιόν, κτἑ. Manifesto abundat alterum τὸ πνεῦμα. — Ibidem C εἰς τοὺς τόπους ἀφικνουμένα, εἰς οὓς ἑκάστοις ὁδοποιεῖται. Rectius Stobaeus ὡδοποίηται, *quo singulis iter paratum est.*

P. 113 C. ὃ δ' (Styx) ἐμπεσὼν ἐνταῦθα (in Stygiam paludem) καὶ δεινὰς δυνάμεις λαβὼν [ἐν τῷ ὕδατι], δὶς κατὰ τῆς γῆς περιελιττόμενος χωρεῖ ἐναντίος τῷ ΠυριΦλεγέθοντι. Abiciatur emblema.

P. 115 A. τούτους δὲ ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον ἀνάγκη, ἐμπεσόντας δὲ [αὐτοὺς] καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένους ἐκβάλλει τὸ κῦμα (ῥεῦμα Stob.?), κτἑ. Additum αὐτοὺς corrumpit Atticam verborum compositionem. — Ibidem C init. Iniuria ex cod. Ox. recepta est forma non Attica προθυμηθήσομαι pro προθυμήσομαι. — Ibidem post pauca e verbis ὡς ἐγώ εἰμι οὗτος [Σωκράτης] ὁ νυνὶ διαλεγόμενος κτἑ. nomen eximendum esse censeo. — Ibidem D extr. *Lect. Rhen.* p. 40 supplevi: ἐγγυήσασθε οὖν με πρὸς Κρίτωνα, ἔφη, τὴν ἐναντίαν ἐγγύην ἣ ἣν οὗτος πρὸς τοὺς δικαστὰς

Digitized by Google

ἠγγυᾶτο. οὗτος μὲν γὰρ ἦ μήν ⟨με⟩ παραμενεῖν· ὑμεῖς δὲ ἦ μὴν μὴ παραμενεῖν ἐγγυήσασθε, κτἑ. — Ibidem E init. καὶ μὴ ὁρῶν μου τὸ σῶμα ἢ καιόμενον ἢ κατορυττόμενον ἀγανακτῇ ὑπὲρ ἐμοῦ ὡς δεινὰ πάσχοντος, μηδὲ λέγῃ [ἐν τῇ ταφῇ], ὡς ἢ προτίθεται Σωκράτῃ ἢ ἐκφέρει ἢ κατορύττει. Indicio est προτίθεται, spuria esse verba a me cancellata.

P. 117 E. ὁ δὲ περιελθών, ἐπειδὴ οἱ βαρύνεσθαι ἔφη τὰ σκέλη, ἀπεκλίθη (l. ἀπεκλίνη) ὕπτιος· οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἅμα ἐφαπτόμενος αὐτοῦ [οὗτος ὁ δοὺς τὸ φάρμακον], ὀλίγον χρόνον ἐπεσκόπει τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη. Deleatur interpretamentum sumtum ex capitis LXVI init. τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον. Minus recte, ut mihi quidem videtur, Hartman verba οὕτω — ὁ ἄνθρωπος Platoni abiudicavit.

(*Continuabuntur*).

AD LUCRETIUM.

Versus II 679—681 a Briegero ita editi sunt:

denique multa vides, quibus et color et sapor una
reddita sunt cum odore in primis, pluraque dona
. . . . . .
haec igitur variis debent constare figuris.

Sed in codd. OQ pro *pluraque* scriptum est *pleraque*, neque ullum indicium apparet lacunae, quam primus suspicatus est Bernaysius, cui Munro assentiens hunc fere in modum lacunam explendam censet:

quis accensa solent fumare altaria divum.

Etsi hic versus insiticius cum totius loci argumento optime congruit — Lucretius enim varias esse in uno corpore atomorum figuras demonstrat, quibus efficiatur ut una eademque res et colorem habeat et sapiat et oleat — tamen minime opus esse mihi videtur statuere post *dona* unum versum excidisse, sed probabilius est vitium latere in vocabulo *pleraque*, pro quo scribendum esse conicio *turea*:

reddita sunt cum odore, in primis *turea* dona.
haec igitur cet.

Digitized by Google

Hanc mutationem non levem esse concedo, sed tenendum est vocabula TUREA et PLERAQ-, cum in archetypo litteris maiusculis formae angustioris exarata essent et particula *-que* per compendium scripta, facilius potuisse inter se permutari quam primo obtutu nunc nobis videntur. Verum hoc argumentum ex scripturae similitudine petitum premere nolim. Accedit tamen quod Vergilius, qui, ut Gelli (I 11, 7) verbis utar, non verba sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucreti sectatus est, eadem locutione in Aeneide (VI 224—225) usus est:

congesta cremantur
turea dona, dapes, fuso crateres olivo.

Nonne hic locus audaciam coniecturae meae aliquantum minuit nobisque permittit, ut hoc modo Lucreti versus in integrum restituamus?

AD TACITI DIALOGUM.

Maternus, poëta et orator, sed artis poëticae quam oratoriae eloquentiae studiosior, dum Vergilium (Georg. II 475) imitatus vitam rusticanam summis laudibus celebrat et negotia forensia officiaque oratoris detestatur, ita exclamat (cap. XIII): „nec „insanum" ultra et lubricum forum famamque *palantem* trepidus experiar". *Palantem* in Leidensi (m. pr.) legitur, Vaticanus autem *pallantem* exhibet, pro quo Nipperdeius *pallentem*, Schurzfleischius *fallentem*, Boetticherus *fallacem* coniecit. Unus Iohnius, editor Dialogi recentissimus, lectionem traditam, ut solet, defendit ad Graecum illud ὅσσα ἄγγελος provocans, quasi *fama palans* dictum sit pro rumoribus vagis (Verg. Aen. II 17). Sed etiamsi hanc significationem verbo palandi concedamus, tamen aliud attributum famae gravius, quod non in ipsa notione huius vocabuli iam latet, desideramus, quo melius pateat Maternum existimare famam esse incertam instabilemque et aeque cavendam atque forum lubricum. Idcirco mihi legendum esse videtur: *famamque labantem*. Fama enim in foro lubrico stare non potest, sed iamiam casura est.

J. VAN WAGENINGEN.

Digitized by Google

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

THEOCRITUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Idyll. I 19:

ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δέλφιδος ἄλγε' ἀείδες
καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας.

Sitne ἀείδες praesens an praestet imperfectum ἄειδες, non definio; sed hoc video me longe malle: ἄλγεα οἶδας, nam cui barbarum ἴσαμι excidit, ei nihil necesse est obtrudere sinceram formam οἶσθα.

I 27: καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδεῖ κηρῷ.

Satis credebant olim ipsi veteres κισσύβιον esse poculum hederaceum, sed malesana etymologia est, quam imprudentes sequebantur. Κισσύβια quibus ruri pastores et alii id genus mediocres homines utebantur, fagina erant: nuper hoc argumentum attigi ad Plutarchum *Mnem.* 1900 p. 351. Virgilius Theocriti non fuit immemor Eclog. III 37:

pocula ponam
Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis.

Tibull. I 10. 8: nec bella fuerunt,
Faginus adstabat quum scyphus ante dapes.

Hinc parum apposite Theocritus et Theocritum imitatus Virgilius pretiosa artificum opera fagina pastoribus suis tribuerunt. Ovidius summam morum simplicitatem depingit *Fastor.* V 522:

Digitized by Google

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Item in domo Philemonis, *Metam.* VIII 670, crater erat

fabricataque fago

Pocula qua cava sunt, flaventibus *illita ceris.*

Hinc quum omnium consensu participium κεκλυσμένον ferri nequeat, fuit etiam ni fallor ante me, qui κεχριμένον reponere vellet, sive, si id fortasse mavis apud Alexandrinum poetam: κεχρισμένον, neque ullum aliud aptum vocabulum invenire potui quod simul metro conveniret. Dices fortasse verbum χρίειν nisi de liquidis rebus non esse in usu: respondeo pastorem antequam illineret, necessario ceram liquefecisse. Sed usus verbi χρίειν latius patet quam nonnulli opinantur. Callimachus Hymn. III 69 scripsit: σποδιῇ κεχριμένος αἰθῇ· quin et Schneiderus p. 215 tres locos attulit ubi ἀσβόλῳ χρίεσθαι legitur. Alia multa de verbo χρίειν congessi in *Mnem.* 1902 p. 7 et causam aperui, cur sacri scriptores, sicubi de profano usu sermo fiat, ab hoc verbo sedulo abstinuerint et ἀλείφειν maluerint appellare. Veluti Ioh. XIX 39, Nicodemus emit μῖγμα (var. lect. ἕλιγμα· lege σμῆγμα) σμύρνης καὶ ἀλόης, deinde cadaver illigatum fuit ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων· tertio die post, Evang. Marci XIV 1, veniunt mulieres ad sepulcrum ἀγοράσασαι ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. Est Aristophanis fragmentum Ταγηνισταῖς apud Stobaeum Flor. 121. 18, de quo Cobetus saepe egit et postremum *Mnem.* 1860 p. 147, ubi corruptum locum ita constituit:

οὐ γὰρ ἄν ποτε
. . . . . τεθνεῶτες ἐξεφανωμένοι
προὐκείμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχριμένοι,
εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει.

Verum his ad Theocriti intelligentiam parum proficitur. Fatendum est non lenissimam esse mutationem, si quis pro κεκλυσμένον rescribere velit κεχρισμένον· sed exspecto qui faciliorem simul et verisimiliorem scripturam indicare possit. Etiam hodie simplex *unguentum* in usu est ex cera, cui aliquid olei admixtum fuit.

Difficile dictu est quid tandem sit I 30 κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος. Parum lucis affert Virgilius qui Eclog. III 38

Digitized by Google

locum ita immutavit ut minime appareat quid in suo codice invenerit; sunt enim satis obscura et contorta verba de poculis,

Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos edera vestit pallente corymbos.

Contuli Callimachi Hymn. III 41: ὄρος κεκομημένον ὕλῃ, nam est sane κομᾶν verbum neutrum etiam apud Callimachum ipsum Hymn. IV 262, sed, quod vere observavit Schneiderus p. 161 et 210, poetae utique Alexandrini identidem delabuntur ad passivas dicam an medias formas. Apud Theocritum neutrum verbum est κομᾶν I 133 et VIII 9, nec tamen minus IV 57:

ἐν γὰρ ὄρει βάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέοντι,

Ahrens ultro reposuit contra codicum fidem κομέονται, quamquam Schneidero coniecturam approbare non potuit. Etiam illic malim: κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκομημένος. Pariter comandi verbum apud Romanos neutrum est, sed participium *comatus* usu tritum est et *comatam silvam* Catullus appellavit IV 11. Cf. Spanh. ad Callim. p. 198.

I 37 duo in poculo amatores repraesentati fuerunt, quibus assidet mulier: πὰρ δέ οἱ ἄνδρες

καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
νεικείουσ' ἐπέεσσι. τὰ δ' οὐ Φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς·
ἀλλ' ὁκὰ μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα,
ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον· οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Mire mihi dictum videtur ac sine exemplo illud νόον ῥιπτεῖ. Cogitavi de ῥέπεται νόῳ, in qua lectione medium verbum ῥέπεσθαι propter causam quam supra dixi non debet offensioni esse estque praeterea satis praesidii in Aesch. Suppl. 405. Deinde me advertit verbum μοχθίζοντι. Petunt amatores in tabula se invicem conviciis, νεικείουσ' ἐπέεσσι· unde hoc efficiunt spectatores? Nempe κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι. Hoc quidem per se recte dictum est; sic VII 48:

ὅ σοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν
ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.,

et X 56:

ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἀλίῳ ἄνδρας ἀείδειν.

Sed undenam ille μόχθος apparet? Nempe toto corporis habitu,

Digitized by Google

gestu, vultu denique commotus animus significabatur. Sic legimus XX 13:

χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα

et ad eundem modum malim:

κυλοιδιόωντες ἐτώσια μυχθίζοντι.

Adulescentium tument oculi, distorta labia.

I 51 etiam vulpecula in poculo repraesentata fuit, quae pueri prandio insidiatur: ἐπὶ πήρᾳ

πάντα δόλον κεύθοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν

φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτισον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Haec bonorum Codicum lectio est; in aliis est ἀνάριστον, in Scholio autem quodam ἀκρατισμόν. De vera scriptura inter doctos viros minime convenit: veluti Isaaco Vossio Scholii lectio placuit; Valckenaerius cum aliis tuetur codicum lectionem; Ahrenti ἀκρατιστός idem est quod *prandium*; Lobeckius commendavit πανάπαστον; Fritzschius ἀκρατισμῶ; Hillerus ἀκρατισμόν· Cholmleius denique nil certi pronunciat; equidem nihil admodum requirerem, si legeretur:

οὐ πρὶν ἀνήσειν

φατὶ πρὶν ἂν πράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Vide vocabulum πράτιστον I 77, XXVII 49 et 55. Si nihil aliud, agnoscis certe correctionis lenitatem.

I 54: μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας

οὔτε φυτῶν τοσσῆνον ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.

Molesta est praepositio περί· corrige: ὅσον περ.

I 57: τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα

ὄϊνον καὶ τυρῶντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος.

Hic cum Ahrente in maiore editione et Susemihlio Hist. Litt. Gr. I p. 198. 3 omnino amplectendam censeo lectionem quam Scholiasta offert: πορθμῆι Καλυδνίῳ. Alii vulgatam lectionem defendunt cum Büchelero in *Museo Rhenano* 1893 p. 85. Scio quidem apud Herodotum I 24 πορθμέας dici qui ex Sicilia Corinthum ultro citroque commeant itemque latius patet nominis potestas apud Lucianum Veris Historiis II 29; Cholm-

Digitized by Google

leius mihi hos locos indicavit; sed πορθμεύς proprie tamen est, qui fretum transmittit, qui transfretat, nam uno vocabulo *transfretatorem* dicere non audeo, nec magis noster sermo *overzetter* ea significatione novit, quum non nisi translato sensu *interpretem* ita nominemus. Quodnam autem fretum hic intelligemus? Composuit Idyllia Theocritus partim in Sicilia, partim Alexandriae, partim in insula Co. Estne fretum quod Aetoliam et Siciliam dividit? Non est. Fretumne inter Aetoliam et Aegyptum interiacet? Multo etiam minus. Dicemusne denique Con insulam ab Aetolia freto separatam esse? Res prorsus absurda est. Ab altera parte verum quidem est, in hoc Idyllio describi colloquium duorum pastorum Siculorum; hinc vs. 65 legimus: Θύρσις δδ' ὡξ Αἴτνας et vs. 23: ὡς ὅκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ἄσας ἐρίσδων, speciem habet Matthiae coniectura Λιλύβαθε, de qua suspicione Kuiperum vide *Mnem.* 1889 p. 383. Sed poeta, quod omnes norunt qui Theocritum paullo diligentius perlegerunt, locorum situs et temporum notationes susque deque habet. Sic vs. 147 pastoris illius Siculi verba sunt: καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις, quasi ficus in Sicilia non nasceretur, nam ἰσχάδες Αἰγιλίδες in Attica proveniunt, cf. Athen. XIV p. 652 E. „Mit Recht wird in den Scholien erklärt: διαπορθμεύοντι ἐξ Αἰτωλίας εἰς Πελοπόννησον. Dass ein solcher Kalydonischer Schiffer einmal nach Sicilien gekommen sei, ist keineswegs undenkbar, und wir können es dem Dichter glauben, ohne uns weiter den Kopf darüber zu zerbrechen." Qui haec scripsit Hillerus, non satis videtur reputasse institorem, qui forte Siciliam adiisset, vix bene πορθμέα potuisse dici, quod Calydone in Peloponnesum soleret transfretare. Equidem cum Scholiasta longe malim πορθμῇϊ Καλυδνίῳ scribere et Calydnas insulas intelligere, non eas quas Strabo XIII p. 604 prope Tenedum novit, sed quarum Homerus iam mentionem fecit Iliad. B 677, quaeque olim Κάλυδναι, postea Κάλυμναι dictae sunt, cf. Strabo X extr. Facile mihi persuadeo frequentem fuisse commeatum inter Con et Calymnam insulas, nam angusto freto separantur. Qui dubitarunt possetne ferri apud Theocritum epica forma πορθμῇϊ, conferant Idyll. IV 8; VII 49, 150; XIV 64; XV 22, 52 et 121.

Digitized by Google

I 67: ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ Πίνδω.
Malim: κατὰ Πίνδον.

I 72: τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα.
At non sunt in Sicilia leones; cf. Wagn. ad Virg. Ecl. V 27.

I 107 = V 46: ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.
Nonne praestat περὶ σμάνεσσι?

I 150. Pro πεπλύσθαι Meinekius πεπλύνθαι commendavit: credite posteri! Adeo nemo mortalium omnibus horis sapit.

II 3: ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν ἐῦντα Φίλον καταδήσομαι ἄνδρα,
ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀΦ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἵκει.
Praestare dixerim: ἐμοὶ βραδὺν ἐῦντα. Aliter usurpatur adiectivum βαρύς I 100 et III 15.

II 15: καὶ ἐς τέλος ἀμὶν ὀπάδει
Φάρμακα ταῦτ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκης
μήτε τι Μηδείης μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.
Convenientius erit ἔρδοισι. Mulier de se, uti notum est, plurali numero utitur masculino genere, veluti Eur. Androm. 357. Etiam II 5 Theocritus ζοοί scripsit, non ζοαί.

II 20: ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
Hillero haud iniuria displicet illud τοι. Incidi equidem in: ἦ ῥά γε, τρισμυσαρά.

II 124: καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τὰ δ' ἧς Φίλα.
Etiamsi sit in epica poesi aliqua licentia circa usum particulae ἄν vel κε, qua de re multi dixerunt necdum mihi ab omni parte pertractata quaestio videtur, non tamen mihi persuadeo εἴ κε cum indicativo iungi posse. Madvigius vitium odoratus *Advers.* I p. 301 coniecit: καί ῥ' εἰ μέν μ' ἐδέχεσθε, quod mihi quidem non magno opere arridet. Malim: καί μ' εἰ μὲν κατέδεχθε. Burneius correxit Iliad. Ψ 526.

II 126: εὖδον δ' εἴ κε μόνον τὸ καλὸν σόμα τεῦς ἐΦίλησα.

Digitized by Google

Redit vitium quod modo procuravimus, nempe εἴ κε cum indicativo; hinc Ahrens proposuit:

εὕδόν κ' εἴ τε μόνον.

Uniuscuiusque est talia suspicari, sed remanet gravior offensio circa verbum εὕδειν, quod in hoc contextu necessario significare debebit: *contentus forem*. Valckenaerius anceps haesit quid statueret; Hermannus ad Eurip. Hec. 650 commendavit: εὖ δ' ἧς. Hodie editores fere tolerant, quod verosimiliter non potuit emendari. Potero sane post alios unum et alterum locum afferre, cuius ope translatum usum verbi εὕδειν aliquatenus tueare. Veluti cum Sophocles dixisset Oed. Colon. 510 κείμενον κακὸν ἐπεγείρειν, scholiasta attulit Callimachi locum: τί δάκρυον εὕδον ἐγείρεις; Apud Libanium legitur Orat. I 4 p. 82 Forster: τελοῦσα δὲ (μήτηρ) ἀργύριον τοῖς ἐπὶ τοῦ παιδεύειν οὐκ ἥδει χαλεπῆναι πρὸς καθεύδοντα παῖδα, i. e. desidem. Platonis verba sunt Phaedr. 267 A: Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν. Longinus π. ὕ. 4. 6 ex Platonis Legg. VI 778 D excitavit: περὶ δὲ τειχῶν ξυμφεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα [καὶ μὴ ἐπανίσασθαι], ubi equidem resectis illis καὶ μὴ ἐπανίσασθαι, libenter rescripserim: καθεύδειν ἐῶν ἐν τῇ γῇ. Secundum Sophoclem gratum est: ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ φρενί. His omnibus rite perpensis, tamen mihi non persuadeo sinceram scripturam apud Theocritum servatam esse. Iam correxeram εὕαδε δ' εἰ μοῦνον τὸ καλὸν σόμα τεῦς ἐφίλησα, sed Cholmleius docuit p. 209, me post Leopoldum Schmidt sero venisse.

II 142: ἐπράχθη τὰ μέγιστα καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω.

Recte legitur XVIII 55:

εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες
καὶ πόθον.

Illic autem longe praestabit: ἐς κόρον ἤνθομες.

II 145: ἀλλ' ἤνθέ μοι ἅ τε Φιλίστας
μάτηρ τᾶς Σαμίας αὐλητρίδος ἁ τε Μελιξοῦς.

Intolerabilis est hiatus in libris: τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος· olim rescriptum fuit τᾶς γ' ἀμᾶς, sed acutissime coniecit Lobeckius τὰς Σαμίας, quod sine dubio longe melius quam Cholmleianum

Digitized by Google

τῆς ἀλαᾶς αὐλητρίδος. Superest offensio in iterato articulo, nam frustra interpretes alios locos admoverunt quorum est diversa ratio. Corrigam: ἤ γε Μελιξοῦς. Lena, credo, duas tibicinas alebat, sed utrius mater esset Simaetha non pro certo novit.

Scholia in Theocritum non magni facio, sed est operae pretium ea identidem inspicere, nam nullus liber tam malus est quin ex eo aliquid discere possis. Veluti Cobetus ad Homerum pluribus ostendit quaenam Alexandrinis grammaticis ἀπρεπῆ visa sint; quae eodem pertinent in Scholiis ad Apollonium Rhodium nuper excerpsi; nunc vide mihi quid annotatum fuerit ad Idyll. III: οἱ μέν Φασιν αὐτὸν Θεόκριτον εἶναι διὰ τὸ σιμὸν αὐτὸν καταφαίνεσθαι· οἱ δὲ Βάττον, αἰπόλον τινά, ὃν ἐν ἑτέρῳ εἰσάγει τῆς Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα. ἀπρεπὲς γὰρ τὸν Θεόκριτον τῆς ἀγρώας (credunt Byzantinum hoc esse vocabulum) ἐρᾶν, ὥςε καὶ ἐν ἀγρῷ διάγειν. Verum misso hoc, quod multis tanti non videbitur esse, est III 27:

τὰν βαΐταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι,
ὥπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς·
καΐκα μὴ ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἀδὺ τέτυκται.

Quid ea verba significare debeant, non obscurum est, nam Virgilius interpretatus est Eclog. III 60:

Praeceps aerii specula de montis in undas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto,

eaque verba Wagnerus prosaice ita reddidit: „Hoc tibi muneris, hanc tibi laetitiam moriens offero, ut tua causa misere peream." De Theocriti loco non consentiunt interpretes; postremus eorum quos cognovi, Cholmleium dico, probat Graefii coniecturam, quam Hillerus quoque in textum intulit: καΐκα δὴ ποθάνω, deinde ita vertit: „and if I die (well it will all be over), and yet thou art sweet to me", sed ultro concedit neque γε μάν recte positum esse, nec τὸ τεὸν ἀδύ apte explicari posse. Mihi δή pro μή non valde arridet, deinde vix dubitare possumus quin reliqua graviter corrupta sint. Ut in incerta re scribam:

καΐκα μὴ ποθάνω, — τό γ' ἐναντίον ἀδὺ τέτυκται.

h. e. mortem mihi exopto. Τὸ ἐναντίον scilicet τοῦ μὴ ἀποθανεῖν.

Quodnam est Quarti Idyllii argumentum? Prope Crotonem

Digitized by Google

colloquuntur inter se Battus caprarius et Corydon bubulcus. Non est ipse Corydon boum dominus, sed mercenarius senis cuiusdam, cuius filius, uti coniicere fas est, Aegon nomine, quamquam minime ad certamen idoneus abiit Olympiam, ut cum omnium celeberrimo athleta Milone contenderet. Interea boves, sive filii familias desiderio sive Corydonis incuria, depereunt. Hic tempus fallit fistula canendo ea quae docuerunt tibicines clarissimi qui floruerunt sub Ptolemaeo Philadelpho, nec quidquam poeta de chronologia sollicitus est, quum Milon duobus ferme saeculis ante floruerit. Cantat etiam Lacinium promuntorium, ubi Aegon — sed de eo infra dicam — taurum agrestem quem robusta manu prehenderat, Amaryllidi dedit quam deperibat; nam in ea morum simplicitate tale donum ab amatore eleganter virgini offerri poterat. Eandem mulierem Battus quoque amarat, sed iam, proh dolor! mortua est. Interea dum gregis aliquam curam habet, caprarius sub malleolo spina vulneratur, cui malo Corydon medetur simulque monet ne silvestribus locis discalceatus ambulet. Denique Battus rogat num senex, quem suspicati sumus Aegonis esse patrem, etiamnunc cum amica sua rem habeat. Affirmat Corydon ipsum se vidisse mortalium salacissimum, quum mulierculam permoleret. Sic discedunt.

Scopae solutae, uti aiunt. In hoc colloquio, uti Kiesslingius scribit, „pastores non certum, quo omnis sermo tendat, finem propositum habent". Boni poetae est artificium abscondere magis quam in clara luce collocare, sed in hoc carmine sancte deierare poteris nihil esse artis non magis quam ingenii. Atque hoc quidem Idyllium est ex „meris rusticis" illis, quae iubemur admirari. Veluti Fritzschius p. 24, ut lectoribus os obturet, etiam provocat ad Göthii testimonium, qui Theocritum appellavit „den Blumen-singenden, Honig-lallenden, Freundlich-winkenden Theokrit"; quae verba quid sibi velint, non satis assequor; illud novi de Graeco scriptore, si Homerum exceperis, non habere Göthium testimonii dictionem, qui Longi quoque Pastoralia laudibus in coelum extulerit. Deinde ut retundat severam Herderi de Theocrito sententiam et hodiernos iudices reiiciat tanquam „oberflächliche Schriftsteller" nullaque prorsus fide dignos, testimonium Gessnero denunciat Theocriteae laudis

Digitized by Google

aemulo. Ipsa sonantia verba partim certe describam: „Bei ihm findet man die Einfalt der Sitten und der Empfindungen am besten ausgedrückt, und das Ländliche und die schönste Einfalt der Natur; er ist mit dieser bis auf die kleinsten Umstände bekannt gewesen. — Seinen Hirten hat er den höchsten Grad der Naivetät gegeben; sie reden Empfindungen, so wie sie ihnen ihr unverdorbenes Herz in den Mund legt. — Er wusste ihren Liedern die sanfte Miene der Unschuld zu geben, wenn die einfältigen Empfindungen eines unverdorbenen Herzens eine Phantasie befeuern, die nur mit den angenehmsten Bildern aus der Natur angefüllt ist", cet. Quid attinet dicere me horum nihil credere? Verba mihi ac voces videntur et praeterea nihil.

Novam interpretandi viam ingressus est Reitzensteinius; hanc non cognovi nisi per Legrandium p. 142 sqq., sed quoniam in literarum republica quidvis libere licet proloqui, aperte dicam hanc mihi insaniam videri rationis expertem. Describam pauca quaedam, sed quantum, uti auguror, γεύματος χάριν abunde satis erit. „D'après M. Reitzenstein, les traits de moeurs rustiques — réelles ou fantaisistes — ne se seraient introduits dans l'oeuvre du poète que par voie detournée, à la faveur d'une espèce de jeu de mots". Pro exemplo erit idem illud Quartum Idyllium de quo quaerere coepimus. „Dans l'idylle IV, Corydon conseille à Battus de ne pas se risquer pieds nus sur la montagne; ces mots, si naïfs d'apparence, formuleraient une critique littéraire, mise dans la bouche d'Alexandre d'Étolie, et adressée par lui à Callimaque: ils signifieraient pour quiconque sait comprendre: „Avec un talent délicat comme le vôtre, ne vous aventurez jamais à traiter des sujets rustiques". À la fin de la même idylle, l'allusion faite aux amours d'un vieillard équivaudrait à l'annonce d'une poésie grivoise, d'un „poème ionien", que préparait alors Alexandre d'Étolie". Apparet Legrandio in laboriosissima commentatione novam illam sapientiam minime potuisse probari.

Conspirasse plerique omnes videntur ad Theocritum unice laudandum; de Vergilii Eclogis semper multo liberius iudicatum fuit. Ponam quaedam Wagneri dicam an Heynii verba: ad Eclogam III, quae partim ducta est ex Idyll. IV ita legimus adnotatum: „Vitae et moribus huius generis hominum convicia

Digitized by Google

ista haud esse insolita, nemo dubitat; verum poeta, si ingenio et carmine recte utitur, numquam ad sordida et flagitiosa, turpia ac foeda carmine exprimenda se demittet". Scribit Teuffelius: „Die Vergleichung mit dem griechischen Dichter fällt selten zu Gunsten des römischen aus, oft ist die Verschlechterung handgreiflich", cet. cet. Alia sciens praetermitto: hoc tamen habet Virgilius: versiculi sunt bene tornati et optimae Latinitatis; Theocriti sermo cum sit mixtus compositus ex dialectorum colluvie talis est, qualem dicere nolo, cum praesertim Cobetus iam dixerit.

IV 8: *φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδειν.*
Nemo praeter Milonem hoc affirmaverat, qui auctor fuerat Aegoni ut secum Olympiam ad certamen proficisceretur. Hinc plane necessarius est singularis *φατί*.

IV 22. Impeditus locus est:

λεπτὸς μὰν χὠ ταῦρος ὁ πυρρίχος. εἴθε λάχοιεν
τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται, ὅκκα θύωντι
τᾷ Ἥρᾳ τοιόνδε· κακοχρήσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

Mitto reliqua quae in hisce versibus merito offensioni sunt: sed Ahrens pro *κακοχρήσμων* commendavit *κακογράσμων*, nempe idem quod *κακοφάγος* a stirpe ΓΡΑ, unde *ἔγρας* Callim. fr. 250, *πολύγραος*, *γράσις*. Plurimum ambigo verene sic coniectum fuerit, sed, si *κακογράσμων* probabitur, derivare equidem malim ab eo quod est *γράσος*, quo nomine appellant secundum Pollucem II 77 *τὴν ἐν τοῖς τράγοις δυσωδίαν καὶ τὴν ἐν ταῖς μασχάλαις*. Olidos suos tribules Battus dicit esse.

IV 24: *καὶ ποτὶ τὴν Νήαιθον, ὅπᾳ καλὰ πάντα φύοντι.*
Demiror verbi *φύειν* neutram significationem et proclive est restituere: *φύοντει*. Obloquitur Cholmleius: primum provocat ad Idyll. VII 75:

Ἰμέρα αἴτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο,

ubi mutato verborum ordine rescribere expeditum est:

Ἰμέρα αἴτε παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο φύονται.

Deinde praeter duos locos ex Mimnermo et Moscho petitos, ex Homero affert omnium notissimum locum Iliad. Z 149, ubi

Digitized by Google

Batavi editores scrupulum removerunt. Sed Britannus plurimum confidit Alcaei loco, fr. 97: *ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν σήθεσι Φύει Φόβερος*, sed hoc quidem telum ei extorquere facile est, nam tuto corrigere poteris: *βρόμος ἐν σήθεσι θύει*. Est verbi causa Callimachi fragmt. 82:

κοὐχ ὧδ' Ἀρείων τὠπέσαντι πὰρ Διί
ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος,

ubi utilia sunt quae Schneiderus adnotavit p. 237.

IV 34 sermo fit de promuntorio Lacinio, ubi

ἅπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.
τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος ἄγε πιάξας
τᾶς ὁπλᾶς.

Hic omnium primum audiamus scholiastam: *ταῦτ' οὐκ ἐπ' Αἴγωνι ἱσόρηται, ἀλλ' ἐπ' Ἀσυάνακτι τῷ Μιλησίῳ. ὁ δὲ Θεόκριτος τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου τοῦ Ἀσυάνακτος ἱσορούμενα εἰς Αἴγωνα μετήνεγκε. Φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἶκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς καὶ μὴ ἀνεῖναι ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα κατέλιπε τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* Simile quid etiam de Titormo traditur apud Aelianum Var Hist. XII 22: *Τίτορμος ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε καὶ σὰς ἐν μέσῳ τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τοῦ ποδός, καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε.* Item de Milone, Append. Epigr. 20:

τοῖος ἦην Μίλων, ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος
τετραέτη δαμάλην ἐν Διὸς εἰλαπίναις,
ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον, ὡς νέον ἄρνα,
ἤνεγκεν δι' ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
καὶ θάμβος μὲν· ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
πρόσθεν Πισαίου, ξεῖνε, θυηπολίου.
ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα τόνδε
κόψας, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.

Etiam Athenaeus X 412E hoc epigramma exscripsit — Dorieus auctor est — et praeterea haec habet: *Μίλων δ' ὁ Κροτωνιάτης ἤσθιε μνᾶς κρεῶν εἴκοσι καὶ τοσαύτας ἄρτων, οἴνου τε τρεῖς χόας ἔπινεν. ἐν δ' Ὀλυμπίᾳ ταῦρον ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις τετραετῆ,*

Digitized by Google

καὶ τοῦτον περιενέγκας τὸ ϛάδιον, μετὰ ταῦτα δαιτρεύσας μόνος αὐτὸν κατέφαγεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Sunt etiam alia de Milone tum apud Athenaeum, tum apud alios, quae omitto; sed superest rogare quomodo Aegon, qui se numquam oleo inunxerat, vs. 7, nec corpus quotidianis exercitationibus corroboraverat, idem praestare potuerit quod clarissimi pugiles. Quodsi vel maxime Aegon praestiterit, nihil erat cur pastores hominem riderent, qui ipsius Milonis famam obscurasset. Sed quid cesso veram scripturam promere? Halbertsma, *Mnem.* 1878 p. 108, simplicissimo remedio hanc difficultatem evitavit Milonis nomine reposito, ubi librarii perperam intulerant nomen Aegonis.

Μίλων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.

Haec vera scriptura est, nec tamen Hillerus quum cognovisset, eam in textu exhibere ausus est.

V 9: τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἀγκλέψας ποκ' ἔβα νάκος;

Sic hodie recte; nam Kiesslingius perperam ἔβαν ediderat. Itidem vs. 19:

οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας,

Kiesslingius eundem errorem erravit. Ipso proprio nomine addito unusquisque de se loquitur usus tertia persona:

I 103: Δάφνις κὴν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.

V 87: Φεῦ Φεῦ Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ
τυρῶ καὶ τὸν ἄνηβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.

V 139: τὶν δέ, Κομᾶτα,
δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα.

Sed continuo reditur ad primam personam:

οὔ τέ γε Λάκων
τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαιθίδος· ἢ κατὰ τήνας
τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἁλοίμαν,

ubi noli dubitare quin ἀπέδυσε intelligendum sit. Omnibus hic mos est et olim et nunc. Cf. *Mnem.* 1882. p. 5.

V 25. Legebatur olim:

καί πῶς ὤ κίναδ' εὖ τάδε γ' ἔσσεται ἐξ ἴσω ἀμίν.

Sunt variae lectiones: κίναιδε, κίναδε, κυνιδεῦ, κινιδεῦ· hinc Ahrens: καὶ πῶς ὦ κίναιδε τάδ' ἔσσεται· alii: καὶ πῶς ὤ κίναδος

Digitized by Google

Digitized by Google

πυγῆς σου. Itaque vides non noviciam esse sapientiam eorum qui in Idylliis Theocriteis nescio quem absconditum sensum odorantur. Ὅταν τι τοῦτο τῶν σοφισμάτων ..... nosti quod sequitur.

V 133: οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας, ὅτι με πρᾶν οὐκ ἐφίλησε
τῶν ὥτων καθελοῖσ', ὅκα οἱ τὰν Φάσσαν ἔδωκα.

Locum descripsi non quod vitium alit vel aliquid obscuri habet, sed ut meum animum et fortasse etiam lectorum inter haec studia exhilararem. Laudat Reiskius Lilii Gyraldi Dialogismum in Lampade Gruteri II p. 410, qui docet hoc osculi genus — quod Graece dicitur φιλεῖν τὴν χύτραν et saepe memoratur, etiam ab Latinis scriptoribus — tunc temporis in Italia osculum Florentinum fuisse dictum. Deinde Reiskius sic pergit p. 181: „Ipse memini saepe mihi puerulo tale osculum Florentinum impressum; et cum uxorem paulo θερμότερον amplector, eo genere utor". Est mihi propemodum miraculi instar, lectissimam Reiskiam quum de more plagulas madidas relegeret, non vetuisse ne maritus tale quid effutiret.

VI 34: καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν.

Nemo, credo, Graece ita loquitur, sed: οὐδ' εἶδος ἐγὼ κακός.

VII 10 non concoquo:

κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
ἀμῖν τὸ Βρασίλα κατεφαίνετο.

Admonitus unusquisque sentit quam praepostere hoc dictum sit. Requiro: nondum dimidium iter confeceramus, *nam* vixdum ostentabatur nobis e longinquo Brasilae monumentum. Correxeram: ἠδὲ τὸ σᾶμα, deinde comperi hanc lectionem verosimiliter fuisse in Virgilii Codice. Hic enim Eclog. IX 59:

Hinc adeo media est nobis via; *namque* sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

Coniunctio apud Theocritum exstat XXV 139.

VII 80: ὥστε νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
κέδρον ἐς ἀδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.

Mirum epitheton; recte de hoedis VIII 51: ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ'

Digitized by Google

ὕδωρ ἔριφοι· sed num apes σιμαί dicendae? Rescribam: αἱ λάσιαι, cum XXII 42: λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις.

VIII 3: ἄμφω τώγ' ἤσην πυρροτρίχω, ἄμφω ἀνήβω.
Hic operae pretium est Cobetum conferre ad Callimachum *Mnem.* 1861 p. 423. Poeta in Hymno in Dianam vs. 76 appellarat ἄτριχον Vulcani γέρνοιο μέρος· aegre tulit hoc Cobetus, sed, non in Museo suo verum in amoeno maris littore ἀκτάζων, sic tribus verbis edixit: „ἄτριχον vitiosa forma est pro ἄθριξ, nam sic ut οὐλόθριξ, πυρρόθριξ, sim. dicebant, non ἄτριχος, οὐλότριχος, cet.". Dum haec scribebat, fortasse in mente habebat Photii adnotatiunculam: οὐλόθριξ, οὐχὶ οὐλότριχος· καὶ οὐλότριχα, οὐχὶ οὐλότριχον. Nescio quam vere Scholiasta adscripsit ad Theocriteum πυρροτρίχω· τῶν Ἰώνων δὲ τοῦτ' ἐστὶ τὰς γενικὰς ποιεῖν εὐθείας· sed plus proderit contulisse Schneiderum ad Callimachum p. 217, qui ut solet non sine quadam acrimonia ut Cobeti doctrinam refellat, ex Euripidis Herc. fur. 924 affert εὐτρίχου γενειάδος et ex Philonide comico apud Pollucem II 24 ὦ πολυτρίχου πώγωνος. Theocritus autem, si semel peccavit scribendo πυρροτρίχω, — sed venalis is error est — quater tamen recte: VII 15 δασύτριχος τράγοιο, XV 57 εὔτριχα δειράν, XVIII, 1 ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ et XXV 7 ποῖμναι εὔτριχες. Totam quaestionem de adiectivis compositis tertiae declinationis ut explices, opus est Lobeckianis copiis et diligentia; vide eum *Paralip.* p. 285.

VIII 14:

μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.

Incommoda est particula γε, quam si cum aliis deleveris, gravis orietur offensio circa metrum. Sed ἰσομάτορα quoque displicet, nam agnus tam grandis ut matri aequalis sit, iam non agnus est sed ovis et quidem adulta. Videri poterit ipse Virgilius in suo codice legisse ἰσομάτορα, quum canat Aen. IX 628: statuam ante aras iuvencum — *pariterque* caput cum matre ferentem; sed nec nihili hoc faciendum est et statim videbimus quam vitiosus ille Theocriti codex fuerit, quo Virgilius usus est. Sed Valckenaerius ad Eurip. Phoen. p. 514 scribit Ioannem Piersonum ingeniose coniecisse λιπομάτορα

Digitized by Google

itaque λιπομάτωρ est, quem Virgilius Eclog. VII 15 *depulsum a lacte* agnum nominavit. Viri docti fortasse amplexi fuissent illorum duumvirum auctoritatem, sed contra exortus est Ruhnkenius qui ad Hesychium Alberti t. II p. 75 in Auctario simpliciter scripsit se Piersonum sequi nolle, sed causam dissensus non significavit. Factum deinde est quod exspectari potuit: qui sese codicum sublestae fidei manciparunt, maxime *tuta* secuti, *mumsimus* suum, volo ἰσομάτορα dicere, mordicus retinent. Ruhnkenium magis miror, criticum minime superstitiosum, cuius illa quoque verba sunt: „Inter eruditos constat aliquando doctissimos quosque Romanorum prava codicis lectione in fraudem esse inductos". Ubi hoc dixit Ruhnkenius? Nempe in Epistula critica ad Valckenaerium, in qua sermo incidit de Theocr. V 90:

κήμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
ἐκμαίνει.

Non tulit ibi λεῖον sic simpliciter positum sine accusativo partis itaque correxit: λεῖος ὑπάναν, quamquam apud Virgilium legitur: At mihi sese *offert* ultro meus ignis Amyntas. Multis tamen, uti arbitror, Piersonianum λιπομάτορα etiam magis placebit quam Ruhnkenianum ὑπάναν. Vide etiam eiusdem generis tertium et quartum locum. Vertantur, ut poeta ait, omnia in contrarium I 134;

πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἃ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι.

Apud Virgilium haec sonant, Eclog. VIII 58: Omnia vel *medium* fiant *mare*. Hinc non commemini quis primus suspicatus sit Virgilium festinanter legendo vertisse: πάντα δ' ἐνάλια γένοιτο, sive hoc ipsum in vitioso suo codice invenisse. Pariter II 21:

πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· τὰ Δελφίδος ὀφέα πάσσω.

Vertit Virgilius Eclog. VIII 82:

Sparge *molam* et fragilis incende bitumine laurus.

Hinc sunt qui putent Virgilium legisse: πάσσ' ἅλα, quae sane deterior lectio est, etiamsi Palmerium non sequar, qui in *Exercitationibus* p. 793 contendit eo sensu plurali numero ἅλας fuisse dicendum: nimirum quum haec scribebat, Homerus memoria exciderat qui scripsit: οὐδ' ἅλα δοίης Odyss. ρ 455, quem locum itidem imitatus est poeta in Idyll. XXVII 60:

Φήις μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

Digitized by Google

Nemo ad hunc usque diem intelligere potuit ea quae leguntur VIII 91:

ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο Φρένα λύπᾳ
ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Monstrum hic ali constat, nam participii γαμεθεῖσα est inaudita forma neque desponsatam nec recens nuptam cum Hillero licebit intelligere. Nempe „man muss, um das Gleichniss zu verstehen, sich die griechischen Verhältnisse vergegenwärtigen". Itaque docebimur virgines olim nuptiarum nomen perosas fuisse: sex loci afferuntur quos omnes describam, nam mihi iniurato testi aliter non habebitur fides.

Callim. IV 297: ὅ τ' εὐήχης ὑμέναιος —
ἤθεα νυμφάων μορμύσσεται.

Callim. fragmt. 118:

ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος —
τὴν οἵ φασι τεκόντες
εὐναίους ἀρισμούς
ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

Sophoclis fragmentum 524:

αἱ νέαι μὲν ἐν πατρός
ἥδιστον οἶμαι ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ ἀεὶ πάντας ἀγνοία τρέφει·
ὅταν δ' εἰς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε Φυσάντων ἄπο,
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους.

Eurip. Med. 231:

γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον Φυτόν·
ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος
λαβεῖν, κτἑ.

Catull. 61. 80: . . . . . .
tardet ingenuus pudor.
quem tamen magis audiens,
flet quod ire necesse est.

Tibull. III 4. 31:

ut iuveni primum virgo deducta marito,
inficitur teneras ore rubente genas.

Digitized by Google

Dabis mihi, uti spero, hos locos nihil prorsus conferre ad Theocriti vulgatum textum explicandum. Nec nunc neque olim novae nuptae tristes sunt; deinde si vel maxime forent, potuitne is qui in certamine inferior discessit, apte comparari cum sponsa quae luget ereptam et delibatam virginitatem? Videor mihi coniicere posse quid lateat. Menalcas comparatur non valde quidem apte neque absurde tamen cum puella, cui spes nuptiarum dissoluta est. Quidquid crepant interpretes, nihil opus est, „sich die griechischen Verhältnisse zu vergegenwärtigen." Natura olim mortales eadem docebat quae hodie quoque docet. Nausicaa *αἴδετο θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι πατρὶ φίλῳ*, sed inter amicas audacter proloquitur:

αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόςδε πόσις κεκλημένος εἴη
ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν.

Postquam sic mihi constitit de loci sententia, ulterius quaerendum erat de vera scriptura, nam Ahrentis: *οὕτω κα νύμφα δμηθεῖσ' ἀκάχοιτο* ridicula est suspicio ipsumque Ahrentem ad Theocritum cognovi infelicem coniectorem fuisse. Quidni scribimus:

οὕτω κα νύμφα μεθεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Pro *μεθεθεῖσα* scripserat librarius proclivi vitio: *μεθεῖσα·* deinde ut metro mederetur nescio quis addidit literas *γα-*. Bene factum quod *γαμεθεῖσα* forma barbara est; quod ni esset, fortasse fraus semper latuisset.

IX 18: *ὦ μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πρὸς ποσὶ κώεα κεῖται.*
Legam: *πρὸς κεφαλᾶς.*

IX 3: *μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ σείραισι δὲ ταύρως.*
Mire dictum: quod etiam Scholiasta animadvertit; scribit enim: *ἢ ὑπὸ ἀντὶ τῆς ἐπί, ἵν' ᾖ· ἐπὶ σείραισι τοὺς ταύρους ἀφέντες, ἵνα τέκωσιν, ὥς τινες. σείρας δὲ εἶπε τὰς οὔπω τετοκυίας.* Kiesslingius *ἐπί* edidit. Cholmleius cum Fritzschio servat codicum lectionem: „in *ὑφέντες σείραισι ταύρως* the verb has not the same sense as at the beginning of the line, and must = *clanculum mittentes*, unless we impute a curious ignorance to the author of the line". Secundum Hillerum „ist die Wendung höchst anstössig". Heinius ad Virg. Eclog. I 46 contendit vix *ὑφιέναι* eodem

Digitized by Google

versu duplici sensu usurpare potuisse poetam et diserta verba sunt:

Pascite, ut ante, boves, pueri; *submittite* tauros.

Dicuntur ceteroquin vaccae tauris submitti, nec minus apud Nemesianum est Cyneg. 114: Huic (cani feminae) submitte marem. Wagnerus autem tauros submittere de aratione explicat. Nihil tamen hoc facit ad Theocritum. Etiam apud Homerum Iliad. E 269 alia de causa mire dictum est: ὑποσχὼν θήλεας ἵππους, cf. *Mnem.* 1891 p. 304. Legitur apud Quintum Smyrnaeum VI 141:

θρέψε θοὴ ποτε κεμμάς, ἐῷ δ' ἴσα Φίλατο νεβρῷ
μαζὸν ὑποσχομένη.,

sed verius fuerit Iliad. X 83:

εἴποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.

Itidem haud certa lectio est Idyll. VII 22:

ἀνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐν αἰμασιαῖσι καθεύδει.

Vertit Virgilius Eclog. II 9:

Nunc viridis etiam *occultant* spineta lacertos,

ita ut cum Valckenaerio probabiliter legendum sit: ὑΦ' αἱμασιαῖσι, cum praesertim alii codices habeant ἐΦ' αἱμασιαῖσι. — His lectis non multo doctior abibis quam antea fueras: equidem exitum nullum video. Quaerant alii.

In decimo Idyllio plura insunt quae parum intelligo et abstineo manus. Vs. 39:

ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς ϛεΦάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται,

malim: Φέρονται. Offensioni est forma μεμάνημαι vs. 31. Denique vs. 39 valde stultum est:

Βομβύκα χαριέσσ', οἱ μὲν πόδες ἀϛράγαλοι τεῦϛ.

Adscripsit God. Hermannus: „Pedes intellige bene tornatos, maxime propter talos, similes talis quibus ludebant, quorum quattuor latera plana erant, duo convexa". Dixeris Hermannum numquam talos vidisse. Comparatio est si qua alia quam maxime inepta.

XI 2: Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεΦύκει Φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριϛον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔ τ' ἐπίπαϛον.

Quoties hunc locum relego, Aeschyli mihi in mentem venit Prom. 479:

Digitized by Google

οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὔτε βρώσιμον
οὐ χρισόν, οὔτε πισόν.

saepeque suspicatus sum multum praestare πασόν.

XII 23: ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες
ἔσσονθ' ὡς ἐθέλουσιν.

Impedita constructio est; arridet: θήσονθ' ἅσσ' ἐθέλ.

XII 24. Difficilis hic locus est:

ψευσὰς ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιὰς οὐκ ἀναφύσω.

Possumus sane cum Köhlero corrigere: ῥινὸς ὕπερθεν ἀκραίης, sed quae sunt ψευσαί, nam haec est Bücheleri, vel ψεύδεα quae codicum lectio est? Conferendus est spurius versiculus IX 30: μηκέθ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγγόνα φύσῃς, item Scholion ad illum locum: εἰώθασι γὰρ ἔνιοι τὰ ἐπάνω τῆς ῥινὸς ψυδράκια καλεῖν ψεύσματα. Omnem fidem superat pustulas dictas fuisse vel ψεύδεα vel ψευσάς vel ψεύσματα. Sed ψύδρακες et ψυδράκια haud ita raro memorantur, v. c. ut uno loco defungar, Polluc. IV 194. Scripserim equidem: ψύδρακα ῥινὸς ὕπερθεν ἀκραίης.

XII 32: ὃς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.

Hic locus mihi in memoriam revocat Bion. I 42:

ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω,

ubi praestare dixerim μάξω.

XIII 7: τοῦ χαρίεντος Ἥλα, τοῦ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος.

Fuerit Herculis amasius cincinnatus, sed cur tandem tanquam de nota re poeta τὰν πλοκαμῖδα articulo addito appellavit? Ex recentioribus interpretibus quantum memini nemo hanc difficultatem attigit; vetera autem Scholia nimis sunt absurda. Audi modo quae afferunt, omissis minus ad rem necessariis: πλοκαμῖδα φορεῦντος. τοῦ ἔχοντος τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς πεπλεγμένας, ἵν' ᾖ τὸ φοροῦντος ἀντὶ τοῦ φέροντος καὶ ἔχοντος. — ἢ τοῦ τοὺς πλοκάμους φοροῦντος ἤγουν ἐνδυομένου καὶ περιβαλλομένου. ἴσως γὰρ ἂν φαλακρὸς ἦν, περιεβέβλητο δὲ ἀλλοτρίας τρίχας τῇ κεφαλῇ. Videor mihi aliquando audivisse apud Aegyptios in aula Ptolemaeorum nobiles pueros tanquam regium insigne gestasse cincinnum. Si Theocriti locum cum eo more compara-

Digitized by Google

veris, articulus iam offensioni non erit, quamquam satis ridicule poeta usum retulerit ad ipsius Herculis tempora. Sed cavebo ne extra fines meae provinciae evager.

XIII 15: ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπονημένος εἴη,
αὐτῷ δ' εὖ ἔλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

Corrupta lectio est, pro qua Ahrens substituit: αὐτοῦ δ' εὖ εἴκων, Fritzschius autem Dan. Heinsium secutus: αὐτοῦ δ' εὖ ἥκων. Mihi arridet: αὐτῷ δ' εἴκελος ὤν.

XIII 33. De Argonautis ita traditur:

ἐκβάντες δ' ἐπὶ βῖνα κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
δειελινοί, πολλοὶ δὲ μίαν ϙορέσαντο χαμεύναν.

Mire dictum; si quidem Theocritus eandem famam secutus est, quam apud Apollonium offendimus, praestare dixerim: δοιὼ δὲ μίαν ϙορέσαντο χαμεύναν. Hoc interest quod apud Apollonium Herculis contubernalis Ancaeus est, apud Theocritum Telamon: vs. 36:

κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
αὐτῷ θ' Ἡρακλῆι καὶ ἀϝεμΦεῖ Τελαμῶνι.

XV 53. In hoc celeberrimo Idyllio complura sunt valde corrupta, quibus sanandis me imparem esse sentio. Pauca tantum attingam, veluti versu 53:

ὀρθὸς ἀνέϝα ὁ πυρρός· ἴδ' ὡς ἄγριος. κυνοθαρσής
Εὐνόα, οὐ Φευξῇ; διαχρασεῖται τὸν ἄγοντα.,

corrigam:

ὀρθὸς ἀνέϝα ὁ πυρρὸς ὅδ' ἄγριος· ὡς κυνοθαρσής.
Εὐνόα, οὐ Φευξῇ; διαχρασεῖται τὸν ἀλόντα.

XV 87: παύσασθ' ὦ δύϝανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι,
τρυγόνες. ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Quam incredibiliter fingit poeta Alexandrinum hominem qui hic loquitur, nunc ipsum quoque Doricam dialectum usurpare! Iam Palmerius rem notarat in *Exercit.* p. 806, sed nemo hucusque inventus est qui nodum probabiliter solveret. Certe nihil proficimus Hilleri adnotatione: „Sowohl diesen Alexandriner, wie den vs. 72 et 73 redenden lässt Th. sich desselben Dialectes

Digitized by Google

bedienen wie die beiden Syracusanerinnen, ebenso die Sängerin v. 100 figg. An unserer Stelle stimmt dies nicht zum Inhalt der Worte; das entgegengesetzte Verfahren möchte indessen dem Dichter in formeller Beziehung unangemessen erscheinen". Expeditum est ad hunc modum perpetuos commentarios undecumque compilare.

Vere ut dicam, parum prodest in hoc potissimum carmine minuta quaedam corrigere, quum longe maximus corruptelarum numerus remaneat, quas nemo procurare possit. Veluti apertum vitium est vs. 119:

χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βριθοντες ἀνήθῳ,

cf. Legrandius p. 290, nec tamen quisquam reponere audebit βρίθοισαι. Interdum abstinere manus prudentia est.

XV 127:

ἔρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα.
τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.

Madvigius in *Advers.* I p. 295 correxit: τῷ καλῷ αὗτα, sed recte fortasse Hillerus unum versiculum suspicatus est excidisse; equidem olim conieceram:

ἔρωνται κλῖναι τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ αὗται.,

sed nimis hoc incertum.

XVI 24: οὐχ ἅδε πλούτου Φρονέουσιν ὄνασις,
ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.

Post demum, inde a versu 29, dicet poeta quomodo divites erga vates se gerere debeant, quod quum, credo, Wordsworthius animadvertisset, corrigendum proposuit ὀπαδῶν, quod Hillerus etiam in textum intulit. Longe lenius possis: τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοίκων.

XVI 77. Sermo fit de Carthaginiensibus, qui

οἰκεῦντες Λιβύης ἄκρον σφυρὸν ἐρρίγασιν.

Speciem habet quod Kuiperus *Mnem.* 1889 p. 383 correxit: Λιλύβης.

Digitized by Google

In Idyll. XVII laudes insunt Ptolemaei et Berenices; de regina ita legimus vs. 37:

τᾷ μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κούρα
κόλπου ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας.

Versus sunt, uti vides, supra quam dici potest inepti, sed magis etiam inepte Callimachus Gratias invocat fragmt. 121:

ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος

Hemsterhusium secutus contra Bentleium Schneiderus horum versiculorum causam tutatus est; nimirum „poeta Gratias invocat, ut Elegis suis manus fragrantes abstergant, quo conciliata venustate cunctis probati per multum tempus in honorem suum durent". Metaphora est de sordido genere quod in comoedia facile ferimus, veluti Hermippi locus est apud Athenaeum I p. 29 E:

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοί,

vel quocumque tandem modo hic versiculus constituendus est; etiam plebeculae nostrae simile proverbium in ore est; poetae autem Alexandrini, qui nunc certe serio loquuntur, numquam didicerunt quid deceret, quid minus. Recentiores interdum etiam insulsius, cf. *Mnem.* 1877 p. 119.

XVIII 5:

ἀνίκα Τυνδαριδᾶν κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατάν
μναςεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.

Novi sane quam omnes norunt fortissimam Tyndaridarum apud Horatium, sed genetivus offensioni est quem non video unde recte pendere possit; simpliciter rescribam: Τυνδαρίδα, quod per metrum sine dubio stare poterit.

XX 18: Φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν,
ὅττι με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ' ἑταίρα.

Significantius erit, nisi fallor, μωκήσαθ'.

XXII 16:

κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀρρήκτοισι χαλάζαις.

Nonne praestat ἀλλήκτοισι?

Digitized by Google

XXIII 31:

λευκὸν τὸ κρίνον ἐσί, μαραίνεται ἀνίκα πίπτῃ·
ἃ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται ἀνίκα παχθῇ.

Spurii versiculi videntur esse, sed spurii quoque versus corrumpi potuerunt; quid enim est illud παχθῇ? Boissonadius φλεχθῇ rescripsit; Cholmleius derivat a verbo πάσσειν· verum hoc modo nihil proficitur. Equidem incidi in θαλφθῇ.

XXVII 41. Colloquium est adulescentis cum virgine. Dixerat ille:

Δάφνις ἐγώ, Λυκίδας τε πατήρ, μήτηρ δὲ Νομαίη.

Respondet autem virgo:

ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.

At neuter nobilis est, sed parentes agellum colunt vivuntque satis lauta conditione: hinc rescribam: ἐξ εὐηφενέων et vide de horum adiectivorum confusione Kuiperum Callim. I p. 42.

XXVII 49: μᾶλα τεὰ πράτισα τάδε χνοάοντα διδάξω.

Premere vult amator formam papillarum; hinc proclive est restituere: πιαξῶ.

XXVII 59:

ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω.

Imo pretiosiorem vestem dabit: h. e. ἀμείνονα.

XXVIII 4:

ὅπᾳ Κύπριδος Ἶρον καλάμῳ χλῶρον ὑπ' ἀπάλῳ.

Ultimum vocabulum merito omnibus displicuit, necdum successit emendatio; veluti Ahrens commendavit ὑπασσάλῳ, Aeolicam scilicet formam pro ὑποσάλου. Mihi placet: ὑπ' ἀςάτῳ.

XXIX 12: ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρίῳ.

Hic locus mihi revocat in memoriam Libanii locum, Orat. XI § 254, quem locum nuper tractavit Herwerdenus in *Museo Rhenano* 1904 p. 345: τόπος οὐδεὶς ψιλὸς χειροτεχνήματος. ἀλλὰ κἂν μικροῦ τις λάβηται κρασπέδου, παραχρῆμα τοῦτο ἀκεςήριον ἤ τι παραπλήσιον, καὶ ἔχονται δὴ τῶν τόπων οἷον καλωδίων, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς τοῦ ἐρινεοῦ. Hic parum prodest reponere verio-

Digitized by Google

rem formam καλῳδίων, nam verum esse dixerim: καλιδίων. Eupolidis locus est apud Pollucem X 161:

οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν καλιδίοις
οἴκημ' ἔχων ἕκαστος.

XXIX 26: ὀμνάσθην ὅτι πέρρυσιν ἦσθα νεώτερος. Hillerus vix concoquere potuit duplicatum ῥῶ in eo quod est πέρρυσιν· mihi quidem imprimis obstare videtur quod praecedit vs. 17:

τῷ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος.

Correxerim: πρωπέρυσ' ἦσθα νεώτερος, nam haec vera forma est διὰ τοῦ Ο μεγάλου, cf. Phrynichus ap. Bekkerum p. 60. 32. Pherecratis locus est apud Zon. p. 1745:

Πότε σὺ (δῆτ') ἤκουσας αὐτοῦ; Β. πρωπέρυσιν ἔτος τρίτον.

AD ARISTOPHANIS RAN. 27.

Ranas fabulam cum ante annos decem edidi, circa fabulae initium Hamakerum secutus eieci versus quatuor, quos cancellis inclusos excribam:

ΞΑΝΘ. οὐ γὰρ φέρω ἐγώ;
ΔΙΟΝ. πῶς φέρεις γάρ, ὅς γ' ὀχεῖ;
[ΞΑΝΘ. φέρων γε ταυτί!
ΔΙΟΝ. τίνα τρόπον;
ΞΑΝΘ. βαρέως πάνυ.
ΔΙΟΝ. οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ', ὃ σὺ φέρεις, οὔνος φέρει;
ΞΑΝΘ. οὐ δῆθ'! ὅ γ' ἔχω ἐγὼ καὶ φέρω· μὰ τὸν Δί' οὔ!
ΔΙΟΝ. πῶς γὰρ φέρεις, ὅς γ' αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου φέρει;]
ΞΑΝΘ. οὐκ οἶδ'· ὁ δ' ὦμος οὑτοσὶ πιέζεται.

Num iure eiecissem statim dubitabam, mox a criticis admonitus ne dubitavi quidem, sed sensi comico sua sic detrahi. Attamen nihilo melius quam antea placebant illi versus, in quibus bis vel etiam ter idem dicitur. Nunc deprehendisse mihi videor vitium satis leve, quo ita deturpatur textus traditus ut cultro sanandum duxerit Hamaker. In Dionysi verbis pro secundo φέρεις scribatur λέγεις:

οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ', ὃ σὺ λέγεις, οὔνος φέρει;

Quod si concedatur, nihil praeterea hoc loco mihi quidem videatur improbandum. v. L.

Digitized by Google

MINUCIANA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e pag.* 82.)

C. 2. 3. .... *placuit Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori meo siccandis umoribus de marinis lavacris blanda et adposita curatio. sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant; nam id temporis post aestivam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat. itaque cum diluculo ad mare inambulando litori pergeremus* e. q. s.

Hunc locum corruptela laborare opinor, cuius in codice Minuciano genus est frequentissimum. Verba enim quae sunt *sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant* ubi nunc leguntur perperam legi firmiter credo; quae cum argumentandi cursum moleste interrumpant, fere dixeris a nescio quo postea inserta esse. At modo de loco suo deturbata mihi videntur atque transponenda post verbum *dirigebat.* Quem ordinem si restituerimus, enuntiatum *nam id temporis post aestivam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat* rursus cum illo coniunctum erit, quod ut confirmaret ab auctore adiectum est. Scilicet coniunctio *nam,* a Minucio et multis aliis locis et hoc loco sensu causali posita, causam non infert, propter quam vindemialia ferias forenses adduxerint, sed declarat, quare aquas marinas illo ipso tempore sibi salubres fore Minucius putet; nempe salutem sibi de aquis promittebat propter earum magnas medicandi vires et propterea quod id ipsum tempus erat quo viribus illis frui posset.

Digitized by Google

C. 9. 3. *nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxime nefaria et honore praefanda sagax fama loqueretur. audio eos turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari:* e. q. s.

His verbis Caecilius, postquam de Christianorum moribus ac vita hucusque egit, trita mendacia quae de eorum sacris vulgantur enumerare atque detestari incipit; narrationem absolvit verbis quae sunt in extr. § 5: *haec* sacra *sacrilegiis omnibus taetriora.* Deinde in Octavii responso leguntur in initio C. 22: *Considera denique* sacra *ipsa et ipsa mysteria.* Quamquam non me fugit pronomen *ipse* apud Minucium saepius significare *idem*, qua de causa Sauppii coniecturam *nec de istis* omnino reiciendam esse arbitror, locum nostrum tamen sanum esse non credo, sed rerum quas Caecilius iam explicare aggreditur ratione habita et collatis locis, qui sunt C. 9. 5 extr. et C. 22 i. i. quos supra laudavi, ita locum emendare mihi videor:

nec de ⟨sacris⟩ *ipsis, nisi subsisteret veritas, maxime nefaria et honore praefanda sagax fama loqueretur.*

C. 12. 2. *Ecce pars vestrum, et maior melior, ut dicitis, egetis algetis, opere fame laboratis; et deus patitur, dissimulat, non vult aut non potest opitulari suis: ita aut invalidus aut iniquus est!*

Pro *opere*, quod in codice legitur, Wowerus divisis litteris *ope re* scribere voluit, Davies *pauperie.* Alii aliter locum temptarunt: Keim *fama laboratis* proposuit — Baehrens *egetis opere, algetis, f. l.;* equidem vocabulum *opere* e versu inferiore in superiorem male commigrasse suspicor itaque locum refingendum:

egetis, algetis, fame laboratis; et deus patitur, dissimulat, opere non vult aut non potest opitulari suis: ita aut invalidus aut iniquus est!

Caecilius videlicet dei voluntatem vel potestatem ex rebus iudicat, immortalitatis promissa quibus Christiani gloriantur, nil curat, cf. C. 12. 4: Ubi deus ille, qui subvenire revivescentibus potest, viventibus non potest?

Facere non possum quin de alio quoque loco, ubi idem vocabulum recte, ut mihi videtur — male, ut aliis, legitur, pauca subiiciam. Est C. 9. 7 in verbis: .... *etsi non omnes opere, conscientia tamen pariter incesti, quoniam voto universorum*

Digitized by Google

adpetitur quicquid accidere potest in actu singulorum. In hisce *opere* e scriptura *oporae*, quam codex exhibet, ab Heumanno emendatum est, postquam in editione principe expressum fuit *opera*. Hartel primus rem novavit scribendo *corpore*, quem secuti sunt Cornelissen, Baehrens, Svoboda, Boenig. Waltzingium tamen *opere*, ab Heumanno optime restitutum, retinuisse video neque amplius iam sollicitandum censeo: vocabuli notio loco aptissima est ac bene congruens cum sequentibus: *quicquid accidere potest* in actu *singulorum.*

Itaque licet ita pereat alliteratio, qua Svoboda Hartelii coniecturam haud parum commendari censebat, modo in Heumanni restitutione manum auctoris agnosco.

C. 13. 1. *Quamquam si philosophandi libido est, Socraten, sapientiae principem, quisque vestrum tantus est, si potuerit, imitetur.*

Gelenius pro *quisque* scribere voluit *quisquis*, sed vetant loci permulti quibus *quisque* pro *quicumque, quisquis* positum esse constat. Deinde verba quae sunt *tantus est* a viris doctis varie temptata sunt, quorum Cornelissen *ad amussim* (i. e. accurate et exacte) proposuit — Boot *quantulus est*; Maehly verba transponenda iudicavit ita: *Socratem — quisque vestrum, si potuerit, imitetur: tantus est* (sc. Socrates); Rehm sic distinguendum esse censuit: *principem* (*quisque vestrum tantus est?*) *si potuerit* (Und wer von euch ist so gross wie er?); Baehrens scripsit: *quisque vestrum* (*tanti is est*), *si poterit;* denique Svoboda verba *si potuerit* tamquam emblema uncinis inclusit.

Si quid mihi quoque in loco conclamato temptare licet, proponere velim:

Socratem, sapientiae principem, quisque vestrum tardus esse potuerit, imitetur.

Tarditatis enim notionem totum caput flagitat, quippe quo identidem commendetur dubitatio, cunctatio, deliberatio: conferantur modo

§ 3: hoc fonte defluxit ..... in summis quaestionibus tuta dubitatio; quo genere philosophari et caute indocti possunt et docti gloriose.

§ 4: quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio?

Digitized by Google

ibidem: ..... respondit ille, quod sibi, quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior.

Nempe Caecilius Christianos contrario vitio nimis putat obnoxios, qua de causa haec addit § 5: mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec tot ac tantis viris deliberantibus temere et audaciter in alteram partem ferenda sententia est, e. q. s.

Cf. praeterea C. 38. 5, ubi est Octavii ad locum nostrum responsio.

C. 14. 2. *'Parce' inquam 'in eum plaudere, neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi sed veritati disceptatio vestra nitatur.*

Ne de variis coniecturis, quas in extrema paragrapho pro codicis lectionibus *laudis et* et *nitatur* viri docti protulerunt, nunc dicam, pro verbis traditis *in eum plaudere* Maehly substituere voluit *in eum inludere* — Cornelissen *inepte ludere* — Klussmann *in vanum plaudere* — Baehrens *tibimet plaudere.* Mihi sententia poscere videtur: *'Parce' inquam* 'tibi iam *plaudere'*.

C. 14. 5. *sic adsidue temeritate decepti culpam iudicis transferunt ad incerti querellam, ut damnatis omnibus malint universa suspendere quam de fallacibus iudicare. igitur nobis providendum est, ne odio identidem sermonum omnium laboremus ita, ut* e. q. s.

Hanc scripturam, quae tradita est, Waltzing servavit; contra Maehly, Baehrens, Cornelissen, Boenig *itidem* pro *identidem* recensuere, — *indidem* Dombartii coniectura est. At mutatione qualicumque quidquam hic profici non credo, quoniam aeque abundant *identidem, itidem, indidem,* neque facile vocabulum *identidem* corruptum esse crediderim utpote quod apud Minucium sit frequentissimum. Sed non ita abundaret, si in versu superiore positum esset post voc. *fallacibus.* Homines simpliciores frustrationibus adsiduis ad tantam diffidentiam progrediuntur ut omnia in incerto relinquere malint quam iudicium ferre de rebus quae identidem fallaces esse appareant.

Digitized by Google

C. 15. 2. *nec avocanda, quod quereris, diutius intentio, cum toto silentio liceat responsionem Ianuari nostri iam gestientis audire.*

Editores haec verba ita explicare suspicor: animi attentionem non diutius me impedire oportet, cum tandem iam (sc. postquam de periculis iudici instantibus satis vos praemonui) toto (i. e. a me non iterum rupto) silentio liceat e. q. s. Ergo: silentium non rumpam, cum silentio non rupto liceat; quod absurdum est. Atqui quomodo locus aliter possit intellegi ego quidem non video.

Sententiam intellegerem, si pro *liceat* scriptum esset *deceat*, quod Dombart substituere voluit, aut si pro *cum* positum esset *ut*. Nunc vero locum corruptum esse Dombartio credo, de remedio non ita assentior: scripturam *deceat* per errorem in *liceat* abiisse probabile non est.

Si quid video, pro *toto* scribendum est *tuto*, quod si restitueris, verbum *liceat* opportune positum videbis et Minucio reddideris sententiam, quae cum iis quae a C. 14. 2 ad hunc usque locum exposita sunt, unice congruit. Gravissima enim disputatione post Caecilii orationem interposita Minucius demonstravit, verborum speciosorum lenocinio iudicem arbitrumve moveri non oportere, sed argumentorum pondere res diiudicare. Quae cum Caecilio invito disseruit, communis salutis causa se disseruisse asseverat „ut examine scrupuloso nostram sententiam non eloquentiae tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus." Iam consentaneum videtur eum addere: sed non diutius quominus Ianuarius verba faciat, nos vero audiamus impediam, quoniam nunc eum audire nobis licet silentio t u t o i. e. quo periculum non erit ne verborum lenocinio (ut Minucii verbis utar) a rerum intentionibus avocemur, id quod oratione mea me iam avertisse confido.

Digitized by Google

Dicaeopolidis verba notissima:

„αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν"

in fabulae editione non mutavi, coniecturam quae satis mihi placeret non habens. Aliquid tamen tentabam, sed „frustra", ut optimo iure nuper scripsit Herwerdenus (Vindic. Aristoph. p. 7). At remedium aliquod requiri etiamnunc censeo, et libenter assentior Zachero viro ἀριστοΦανικωτάτῳ paucis annis abhinc scribenti: „das ist ja Unsinn!" Neque leni remedio sanari posse iam persuasum habeo, interpretamentum in textum irrepsisse ratus. Nempe *Lenaeis* fabulam datam esse docendi sunt lectores hodierni, sed primi fabulae spectatores etiam non admoniti sciebant, opinor, Lenaea agi, in Lenaeo se sedere. Reddamus igitur interpreti illud „ἐπὶ Ληναίῳ", et sic scribamus:

ἐπὶ Ληναίωι
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὔπερ ἀγών ἐστι νῦν,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

Si quis non verbis „ἐστι νῦν" sed uno adverbio „τήμερον" lacunam explere malit, non obloquar.

Simili vitio deturpatus est Nubium versus:

τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

Ubi cum *imagines* surripi sibi ab aemulis conquestus esset comicus, interpretes certam aliquam imaginem hic cogitandam esse sibi persuaserunt, et *Equitum* fabulae modo iniectam mentionem cum vidissent, illa fabula inspecta inciderunt in notissimam imaginem, qua demagogi assimulantur piscatoribus in aqua turbida anguillas captantibus. Superscripserunt igitur „τῶν ἐγχέλεων", quod in textum receptum aliud quid expulit et enuntiatum miserrime obscuravit. Genuina autem verba fortasse nequeunt restitui, sed speciem ni fallor habet id quod et antehac proposui (in Praefatione imaginis phototypae Codicis Ravennatis):

τῶν ἐγχέλεων
τὰς εἰκοὺς ⟨καὶ τὰς ἰδέας⟩ τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

v. L.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e Vol. XXXII pag.* 450.)

XXIV.

ΝΗΟΣ QUID EST?

Saepe est dictum, in carminibus Homericis multa inveniri quae hodie viventibus intellectu sint faciliora quam fuerint priscis Graecis. Etiam facilius fortasse hodie intellegerentur vetusta illa carmina, si inita ratione ea, cuius auctor acerrimus peritissimusque olim extitit Ludolphus Ahrens, Graecae linguae addiscendae initium ab ipso fieret Homero. Nunc enim iis qui ad poesin epicam accedunt multa impedimenta praebet lingua VI saeculi, quam prius addidicerunt. Vel sic tamen manet illud, Homeri versus multos melius intellegi a lectoribus hodiernis quam olim sint intellecti a Graecis, qui a pueris cum iis consuevissent. Nempe eam ipsam ob causam, quod inde a primis annis ea cognita habebant, non satis ab omni parte intellegebant. Nam qua aetate *νήφουσι* quidem homines, sed nondum norunt *ἀπιστεῖν* illud, quod adultae demum aetati vita afferre solet donum infelix, carmina epica discere et ediscere incipiebant, neque poterat fieri quin singulis verbis tunc eam tribuerent vim qua in vita quotidiana uterentur; itaque adverbium *πάλιν* Homero non esse *denuo*, *σχεδόν* non *ferme*, *δμῶς* non *tamen* significare aliaque eiusmodi plurima aut nunquam intellegebant aut postmodo discebant.

Haec res nuper quam maxime me denuo advertit, cum no-

Digitized by Google

tissimum quendam versum ex Iliadis initio a Nicolao Wecklein viro honoratissimo eo consilio allatum invenirem ut inde efficeret quo aevo carmen quod est de Ira Achillis esset natum [1]). De quo loco cum aliter sentiam, neque levis sit haec quaestio, periculum videtur faciendum an et ipsum Weckleinium et alios philologos in meam pertrahere possim sententiam [2]).

Sacerdotis dico preces illas ad Apollinem:

κλῦθί μοι, ἀργυρότοξε, ...
... εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα,
κτἑ.

Hunc maximi momenti sibi esse versum ait Wecklein, inde enim apparere haud ita raro tunc temporis a piis hominibus aedes diis esse extructas, Achilleïdem igitur recentiore sive Ionica aetate compositam testari vocabulum illud νηόν [3]).

Rogo igitur id quod huic commentariolo superscripsi: „νηός quid est?"

Socratem audiamus Platonicum. Qui oratione soluta cum enarraret Iliadis exordium, Chrysis haec verba sic reddidit: „ὁ πρεσβύτης πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι ηὔχετο, ... εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο" [4]).

Hic est Plato, qui Homerum ut digitos suos norat, amabat, admirabatur, licet a civitate perfecta procul habendum censeret. Ne hic quidem vir cultissimus sagacissimus, scriptor elegantissimus, immo vere divinus et ipse poeta, sensit non idem esse si quis ipsius aequalis et si priscus vates voce ναῷ vel νηῷ uteretur. Platonis civibus νεώς erat aedes lapidea, artis opus splendidum pretiosissimum ornatissimum, in cuius cella numen habitabat; domus erat sive maiore sive rudiore fortasse arte

1) Studien zur Ilias von N. Wecklein, 1905.

2) Et antehac hunc locum tetigi in oratione, quam habui in Academiae nostrae Regiae consessu m. Octobri 1904 et paullo fusius in annotatione 87 opusculi patrio sermone scripti: *de Boogschutter en de Weefster*, 1904, — breviter tamen et illic.

3) „Vor allem wichtig ist uns A 39, wo es als ein nicht ungewöhnlicher Akt der Frömmigkeit hingestellt wird einem Gotte einen überdachten Tempel zu bauen. — Dieses νηόν in A weist jedenfalls die Achilleis der jüngeren, der jonischen Zeit zu" (l.l. p. 50). Cf. etiam Helbig noti operis² p. 417 sqq., Cauer Grundfragen der Homerkritik 1895 p. 199.

4) Plat. Rep. 394*a*.

Digitized by Google

extructa, sed operose utique aedificata longos duratura in annos. Itaque ne suspicati quidem sunt aliud alio aevo illam vocem potuisse valere, et ad nostros usque dies in hos similesque errores pronos mansisse viros doctos quantumvis sagaces et peritos testantur quae modo citavi verba Weckleinii, neque nominatim hunc indicare sum veritus, quoniam nemini pudori potest esse in eum incidisse errorem qui cum Platone sibi sit communis.

Est tamen error manifestus. Ipsum poetam iam interrogemus. „*Si tibi unquam* ..." non est hoc exordium rem commemoraturi quae nisi semel fieri non potuerit cuiusque effectus hucusque permanserit. Ita indicantur quae saepius acciderint, certe potuerint accidere, — etiam posthac futura, si is ad quem verba fiunt gratum se praestiterit. Nam verbis: „*si unquam tibi sacra tuli, nunc aurem mihi praebe*" subest: „*nunc si aurem mihi praebueris, et posthac sacra tibi feram opima*".

Fortasse obiciat mihi aliquis Achillis ad matrem verba: „*Iovem obsecra, εἴ ποτε δή τι ἢ ἔπε' ὤνησας κραδίην Διὸς ἠέ τι ἔργῳ*" [1]), ubi certam quandam rem Achilles aut solam cogitat aut potissimum. At potuit tamen saepius Iovi prodesse Thetis, fortasse profuit saepius: certe nihil obstabat quominus sumeret id Achilles. Sed saepius Apollini *νηόν* extruxisse sacerdotem, id non absurdum videri nequit si cum Platone eas cogitamus deorum domus, quas ille ob oculos habebat. Quamquam Platonem quid criminamur! Cui gratiae potius agamus; nam *plurali numero ναῶν οἰκοδομήσεσιν* id ipsum significavit quod demonstratum ivimus. Nec mirum! Nam in verbis epicis interpretandis ut Plato errare potuerit, non poterat non persentire vim particularum quales sunt *εἰ* et *ποτε*.

Quid igitur? Restat ut *νηόν* non talem, qualem Platonem cogitasse testatur vox *οἰκοδόμησις* ab eo adhibita, mente nobis informemus, sed talem qualem ipse dixit poeta. Hic „*χαρίεντα*" eum vocavit. Siccine Pericles vocaturus erat Parthenonem vel Pisistratus templum Iovis Olympii? Erantne *venusta* Apollinis templum Milesium vel Delphicum, Dianae delubrum Ephesium? Alios, opinor, in usus creata sunt adiectiva *venustus, formosus, amoenus*.

---

1) A 394 sq.

Digitized by Google

Et „ἐρέψαι" quid est? Quod dum perpendimus, desinimus tam graviter quam fieri solet vituperare eos qui delubrum ἐστεφανωμένον sive *corollis ornatum* intellexerunt, — perperam quidem illi quoque, sed ipso errore testati acquiescere se nolle in vulgari opinione, qua ἐρέψαι id quod *aedificium tecto instruere* nostro loco significare creditur. Senserunt fortasse, mirum esse si solum tectum aedis sic commemoretur, de parietibus taceatur. Fortasse recordati sunt etiam — nos certe nunc recordamur — alterius loci ubi ἐρέψαι in Iliade reperitur [1]): *milites Achillis tabernaculum*

καθύπερθεν ἔρεψαν
λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες [2]).

En materia quae hominibus tentorium ἐρέψουσιν praesto fuit. Non ingentis molis advolvuntur tigna, sed herbae et virgulta plenis manibus conferuntur, non quae in aeva futura perdurent, sed quae per breve temporis spatium permaneant — tamdiu quam durare solent castra [3]), tamdiu quam durabant umbracula quae diebus festis erigebantur diis dapes sibi propositas adituris.

Nulla iam comparet aedes lapidea solidaque contignatione superne clausa: — in auras evanuere parietes, tecti cernimus ramos, folia, herbas, flores — trabes nullas [4]). Iusta sacra quoties deo suo ferebat sacerdos, ἐν ἄλσεϊ δενδρεόεντι ei collocabat σκιάδα, ut cenae assideret conviva honoratissimus.

Quae si probabiliter sunt disputata, — neque video quomodo verba poetae aliter possint accipi, nisi vis iis inferatur, — sequitur ut statuamus eum qui haec scripsit deorum aedes non habuisse cognitas, certe aevo heroico non tribuisse. Perantiquum igitur potius quam aetatis recentioris esse versum de quo loquimur inde efficitur. Tale umbraculum Apollini Sminthio quoties

1) Nonnisi tribus locis Homericis invenitur ἐρέψαι, tertium (ψ 193) infra illustrare conabimur.

2) Ω 450.

3) Novem annorum illud spatium, per quod bellum Troianum protractum esse finxere recentiores, ab hac disputatione alienum. De quo argumento infra scripturus sum.

4) Partem veri invenio in utraque editione Iliadis quam curavit Leaf (1886 et 1900): „a mere roof to protect the image of a god standing in a grove". Exime imaginem — et id ipsum habebimus quod supra descripsimus.

Digitized by Google

opus erat erigebat Chryses, quale postea Apollini Carneo quotannis stabat Spartae [1]), nono quoque anno Delphis stabat Apollini Pythio [2]), qualia Athenis inde ab aevo perantiquo erigebantur Thesmophoriis et postmodo certe Adonidi struebantur. Χλωραὶ huiuscemodi σκιάδες profecto „χαριέσταται" erant! Hi νεὼ

μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ

δέδμηντο —

— deme flores, si lubet, pro herbis Adonidis cultui aptis pone ramos laureos, etiam foliorum quantumvis recide: χαρίεις utique restabit ναός, *sedes amoena*, si Homerice, non Platonice loquimur.

Recusanturne testimonia Sparta Delphisve petita et ex aevo multo recentiore? Immerito — ut mihi quidem videtur — fidem iis denegaverit quispiam. Sed si his de rebus testimonii dictio non videatur esse Ephoro vel Pausaniae, ne sic quidem testibus erimus destituti. Nam Homero utique in interpretandis verbis epicis non denegabitur fides.

Apud quem quid refertur de Aethiopum sellisterniis — ut brevi hac et perspicua voce nunc utamur? [3]) Minus nunc curo versus A 424 sq., quos [4]) recentioris duco aetatis, sed specto eorum exemplum α 22 sq.:

(Ποσειδάων) Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
ἀντιάων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Abiit deus ad gentem remotam, ubi perfruatur dapibus larga manu sibi oblatis. Non eminus in plagis aetheriis — vel ubicunque commorari solet — expectat donec per aërem ad se transmittatur nidoris aliquid τελισσόμενον περὶ καπνῷ, sed locum ubi in eius honorem lautae cenae habentur visit ipse. Vocatus adest, ut etiam aevo multo recentiore Apollo Dionysus Athena Gratiae Musae cetera numina vocata credebantur adesse ludis qui ipsorum in honorem habebantur. Plena invocationum sunt carmina chorica.

Numen adest. Sed solusne sede careat conviva caelestis?

---

1) Cf. I. Vürtheim de Carneis, Mnemos. 1903 p. 234 sqq.

2) Cf. Ephorus apud Strab. p. 422, Plut. Mor. p. 418.

3) *Lectisternia* dicerem nisi de aevo Homerico, cum thronis, non lectulis utebantur cenantes, nunc esset sermo.

4) Cum C. L. Kaysero.

Digitized by Google

Absit! Stat sedes parata, stat ei νηὸς χαρίεις, — cras vel perendie auferendus cum cetero dapum instrumento et reliquiis [1]).

Fabulam fingere videor? At testis mihi nunc quoque Homerus ipsaque adeo sapientiae Dea, quae puellae Phaeaciae figura sumta claris simplicibusque verbis ait „*una cum Scheriae incolis assidere deos quoties sacra illi ferant*": θεοὶ Φαίνονται ἐναργὲς εὖθ' ἥμες τέρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας δαίνυνταί τε παρ' ἥμι καθήμενοι ἔνθα περ ἥμες [2]).

Idem fiebat in sacris quae ceteri ferebant mortales, sed Phaeacibus, ἅτε ἀγχιθέοις οὔσιν [3]), etiam conspiciendos se praebebant caelites, aliorum hominum oculos ἀχλὺς tenebat obstrictos quominus eos cernerent. Pylii, exempli causa, cum publicas dapes obierunt in honorem Neptuni [4]), χαρίεις ei νηὸς quin steterit non videtur dubitandum, sed adspectus non est deus.

Itaque Nausitheus Scheriam cum condidit ibique νηοὺς ἐποίησε θεῶν, non aedes aliquot aedificavit caelitibus habitandas, sed et ceteris et Athenae τεμένεα quaedam secrevit, templa sive fana, ubi sub divo vel sub umbra sacrae alicuius arboris, ad fontem iugis aquae, iusto tempore iis perferrentur sacra. Et Athenae quidem illud fanum ad urbem fuisse, non intra moenia, disertis verbis dicit poeta [5]); etiam Ποσιδήιον non cellam sed lucum fuisse statim suspicamur collato altero loco Homerico ubi invenitur vox Ποσιδήιον, ibi enim dicitur Ποσιδήιον ἄλσος [6]); ceterorum quoque deorum delubra illa lucos fuisse suspicari licet et fere demonstrare. Nam haec sunt poetae verba:

ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλι καὶ ἐδείματο ποίκους καὶ νηοὺς ἐποίησε θεῶν καὶ ἔδάσσατ' ἀρούρας.

Quae si satis intellego, sic sunt interpretanda: „*urbem condidit muroque cinxit, dein agros distribuit inter cives, postquam deorum secrevit delubra*"; κλήρους ποιήσας τῆς γῆς τοῖς μὲν θεοῖς τινας ἐξεῖλεν ἱερούς, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέ-

1) *Soli mensam* illam apud Aethiopas instructam (Herodot. III 17 sq. Paus. I 33, § 3 VI 26 § 1) in annotatione certe commemoro.

2) η 201—203. Scripsi εὖθ' ἥμες pro traditis ἡμῖν εὖτ'.

3) ε 35.

4) γ 5 sqq.

5) ζ 291, 321 sq.

6) Β 506.

7) ζ 9 sq.

Digitized by Google

πεμψεν, — ut Thucydidis de agro Mitylenaeo scribentis nunc utar verbis [1]).

Celsas igitur deorum aliquas domus urbem Scheriam neutiquam habuisse post ea quae disputavimus satis apparet et certius etiam testatur Ulixis silentium disertum; qui postquam urbem intravit, moenia quidem admirabundus intuetur et navalia et regiam Alcinoi, — de templis vero deorum illic οὐδὲ γρῦ! [2])

Melius iam perspicere nobis videmur quid deliquerit Oeneus, cum Thalysia celebrans Dianae non persolvit honorem debitum. Regis sive incuria sive inscitia sella χαρίεσσα huic deae non est instructa, ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας [3]).

Itaque, ut ad Chrysis verba illa, unde disputandi fecimus initium, iam redeamus, ἓν διὰ δυοῖν illic efficiunt τὸ νηὸν χαρίεντα ἐρέψαι καὶ τὸ μηρία κῆαι, quae si coniunctim nostris verbis enuntiamus, id unum dicit sacerdos: *„si unquam gratas dapes tibi instruxi, nunc mihi praesta te benevolum"*. Nec mirum Ulixem, cum in insulam Chrysen nave pervenisset Agamemnonis nomine Chryseidem patri redditurus Apollinemque placaturus, non dei aedem quae nulla fuit intrasse sed ad aram — sub divo collocatam — et puellam stitisse et hostias deo mactandas [4]). Quam partem rhapsodiae qui recentioris artis esse persuasum habent, concedant necesse est ne recenti quidem hoc Iliadis loco aedis sacrae fieri mentionem.

At νηός si primitus nihil nisi locum vel sedem deo sacram significavit, — et sic statuamus necesse est nisi in cassum reciderint quae hactenus disputavimus, — nullum huic voci inesse potest aetatis sive recentioris sive antiquioris indicium, sed singulis locis ubi inveniatur prius aliunde efficiendum erit qua fere in aetate versemur, ut possit statui quem igitur sensum illius aetatis homines voci νηῷ videantur tribuisse. Ipsum quidem sonum vocis recentiorem aetatem prodere sunt qui contendant, ναόν enim, non νηόν reperturos nos fuisse in carminibus epicis, ut λαόν et τάων et similia, si etiam primis vatibus illa vox in usu fuisset [5]); sed cum caeco casu passim permutati inveniantur

1) Thucyd. III 50 § 2.
2) ψ 43 sqq.
3) I 535.
4) A 440 sqq.
5) Cf. Cauer Grundfragen der Homerkritik p. 109 sq.

Digitized by Google

soni η et ᾱ in carminum epicorum textu tradito [1]), huic argumento praestat, ut opinor, aut nullum tribuisse pondus aut perexiguum, et singulis locis rogandum videtur quid voce ambigua νηῷ — nam non minus est ambigua quam sunt *fanum*, *templum*, *delubrum* — poeta significare voluerit.

Itaque, ut locorum qui in censum veniunt omnium fere notissimum hic primum indicem: — matronae Troianae cum tutelarem urbis deam supplices adeunt [2]), commemoratur sane sacelli *ianua*, commemoratur *deae* sedentis *imago*, sed ita si quis sibi informet rem ut intra fani septum sub sacra aliqua arbore, qualis fuit ficus illa *Ruminalis*, collocatum fuerit illud βρέτας τῆς Ἀθηναίας, non video quomodo possit refelli. Et fortasse — cui argumento non multum sed aliquid tamen tribuerim equidem — fortasse dixerit quispiam novam vestem etiam magis gratam futuram fuisse deae sub divo degenti quam ei quae in aede bene clausa ab aëris intemperie tuta esset.

Idem valet de ceteris locis ubi νηοί commemorantur; sunt autem paucissimi.

In arce Troiana Apollinis quoque fuisse dicitur νηός [3]); cuius si nusquam fieret mentio, per se tamen intellegeretur tutelari huic numini sedem in arce non defuisse; in huius igitur delubri *adyto* Aeneam vulneratum reficiunt Latona et Diana, et ποτὶ νηὸν illum spolia opima suspensurum se iactat Hector: — quidni sacrae arboris trunco affigeret? quidni sub divo intra fani septum Aeneam deae curaverint? An spelunca fuit illud adytum? Nescimus, non enim clarius indicavit poeta quale templum Apollinis sibi finxerit.

Erechtheo Athenienses in deae suae πίονι νηῷ tauros arietesque mactare dicuntur [4]): — quidni sub divo mactaverint?

At Scheria relicta Athene δύνει Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον [5])? Hic aedem habemus sane, — sed *regia* dicitur, non delubrum. *Erechthéum* tamen significari videtur? Non nego, nescire me fateor potius; minus autem curo hanc rem, cum hic utique

1) Cf. Enchirid. dict. ep. p. 26—39.
2) Z 88 sqq., 269 sqq, 297—311.
3) E 446—448 et H 83.
4) B 549.
5) η 80 sq.

Digitized by Google

versus suspicionem nemini non moveat, et *Marathonis* quae illic fit mentio quid sibi velit non habeamus dicere. Hic igitur aedem sacram revera significari si quis censeat, recentioris aevi id ratus indicium, equidem non obloquar; obscurius tamen significatam negari nequit, neque firmiter hunc versum inhaerere contextui.

Restat λαΐνος οὐδὸς ἀφήτορος ingentes opes ἐντὸς ἐτέργων, cuius mentionem Achilles facit loco notissimo [1]). Siccine loquitur qui aedis alicuius ὀπισθόδομον bene tectum bene clausum cogitat? Non opinor; itaque suo iure *peribolum* aliquem ianua clausum sibi fingunt Helbig [2]) Cauer [3]) alii. Dementiae quidem foret opes sub divo coacervatas cogitare, sed quominus in eum errorem inciderent auditores cavit poeta, dixit enim Πυθοῖ — vel potius Πυθῶνι — ἔνι πετρηέσσῃ eas asservari; quibus verbis auditis nemo non cogitet collocatas in sacra aliqua *spelunca*, statim autem nobis in mentem venit Parnassi illud antrum Corycium, et optime congruunt quae tradita accepimus, „*antiquissimum Apollinis Pythii ναὸν fuisse ramis laureis confectum*" [4]). Primitus igitur et illic ita cultus est deus ut in insulis Chryse et Ithaca cultum referunt carmina Homerica. Habuit illic ἄλσος δενδρεέσσι καὶ σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές, περὶ δ' αὐλὴν ὑψηλήν [5]), cuius λάϊνον οὐδὸν modo audivimus commemoratum.

Quae cum ita sint, neque in Achillis illis verbis apparet aevi recentioris indicium. Neque vero alibi in Iliade vel in Odyssea ullum invenitur verbulum quo indicetur cella tecta et clausa, quae numini alicui sit sacra. „Aetas, qua floruit poesis epica, tales νεὼς quales postmodo diis erecti sunt non norat" [6]), sed ἐν ἄλσεσιν sive lucis tunc colebantur dii, τεμένεα sua καὶ βωμοὺς θυήεντας [7]) habebant. Revera tum, ut postea Pisetaero illo regnante, δένδρον ὁ νεὼς ἦν [8]).

---

1) I 405 sq.

2) Helbig² p. 421.

3) Cauer Grundfragen p. 202.

4) Pausan. X 5 § 5.

5) ι 182 sqq.; non caeco casui tribuendum videtur quod *lauris* adumbratam poeta dixerit speluncam Cyclopis, licet dicere non habeam quomodo ex Apollinis cultu in monstri illius immanis sedes aberraverint illae arbores.

6) „Die Blütezeit des Epos kannte keine Tempel" Cauer l.l. p. 204.

7) Θ 48 Ψ 148 θ 363.

8) Aristoph. Av. 617.

Digitized by Google

καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ [1])

aliave sub arbore sacra — nam aliae aliorum erant numinum — precibus hostiisque dii adibantur, neque opus est ipsos locos Homericos aut quae Helbig Cauer alii de iis scripserunt hic afferri [2]), certa enim est ea res et explorata.

Negavi aedem sacram in Homeri carminibus claris verbis indicari ullam. Sed unus tractandus restat locus, qui ceteris aptior videtur ad demonstrandum domos terrestres prisca aetate diis non fuisse aedificatas.

Dico *thalamum* illum *Ulixis*. Qui et obscurioribus verbis describitur et, si quam maxime forent clara, molestiam tamen quandam haberet. Indicavit eam Ferdinandus Noack [3]). Qui postquam mihi assensus [4]) unum μέγαρον, non plura, in heroum aedibus fuisse statuit, ultra progressus demonstravit in illo conclavi patrem familias cum uxore et liberis non solum vixisse et cenasse sed — id quod me fugerat — etiam noctem transegisse; ἐν μυχῷ μεγάροιο collocatum fuisse torum genialem, sic enim accipiendum esse notum illud ἠΰδε μυχῷ δόμου, pro quibus verbis legitur μυχῷ κλισίης cum in castris res aguntur, μυχῷ σπέεος ubi de nympha Ogygia fit sermo. Addi poterat et olim Romanos in *atrio* — quod epici μεγάρου fuit instar — collocatum habuisse torum genialem et etiamnunc rure passim ita vivi; sed vel sic Noack evicisse mihi quidem videtur et plerisque nisi fallor philologis visus est, in megaro legitimum fuisse locum tori. Cubiculum igitur illud, quod in nostra Odyssea Ulixes sibi aedificasse narratur [5]), inutile fuit primitus, nec dubito quin sero in fabulam receptum sit. Certe non requirebat id poeta ut heros indicio inde petito ab uxore posset agnosci; sufficiebat cicatrix illa, quae nutrici subulco bubulco fuit cognita

1) B 307.

2) Praesertim huc faciunt ζ 162 ρ 210 υ 278, praeterea cf. versus supra nondum indicati Θ 238 X 171 γ 273 sq. ι 200 ξ 328 (= τ 297). — Praeter Helbigium Cauerumque (l.l.) conferri possunt quos indicavit V. H. Koch in Ebelingi Lexico Homerico s. v. νηός.

3) F. Noack, Homerische Paläste, 1903. De quo libro in Museo nostrate quaedam scripsi 1904 p. 292—294.

4) Cf. Mnemos. 1901 (*de Ulixis aedibus*) p. 221—243.

5) ψ 177—204.

Digitized by Google

neque uxori ignota esse potuit. Cur igitur commemoratur tamen? Noack *ἀπορεῖν* se fatetur, qui tamen *λύσιν* inscius praebuit ipse. Nam ex quo Laërti seni suus locus est factus in carmine quod erat de Ulixis reditu, inter hunc et Ulixem ea intercedebat ratio quam in Iliade indicavit Noack de Hectore et Meleagro disputans [1]); uxorem enim Ulixes, ut illi, duxit vivente patre, et perinde atque Priami Oeneique filii thalamum sibi et novae nuptae aedificavit in aedibus paternis.

Hactenus igitur insoliti nihil. Priscis quidem poetis inutilis fuit hic thalamus, vel potius ab eorum carminibus fuit alienus: molestus non est. Remove Laërtem ex Odyssea — neque firmiter profecto cum ipso argumento cohaerent quae de eo narrantur! — et ratione caret illud cubiculum: nostram vero Odysseam si talem accipimus qualem Musae nobis concesserunt, non est quod miremur Ulixi, ut Hectori, in patris regia fuisse *θάλαμον ξεστοῖο λίθοιο, ἔνθα ἐκοιμᾶτο παρὰ μνηστῇ ἀλόχῳ.*

Sed de hoc thalamo quae narrantur vere portentosa sunt et aenigmatis instar. Quod quomodo solvendum censeam vernacule quam maxime poteram perspicue exposui anno proximo [2]). Ad litteram ea quae tunc scripsi Latine nunc vertere piget, sed in brevius hic contraham quae fusius illic disputavi.

Heroas igitur et heroinas deos deasque fuisse primitus recordemur oportet. Ipsos autem poetas epicos cum rogamus dea quomodo marito *λέχος καὶ εὐνὴν πορσύνῃ*, respondent *sub celsa arbore* fieri *ἱερὸν* illum *γάμον* [3]). Sic nuptias deae, cuius *tela* etiam hodie est in proverbio, et dei *arcipotentis* adumbravit arbor quae illi deae sacra erat. Pisetaeri verbis ut denuo utar, — nam comicum meum missum facere nequeo, — *τῇ πάνυ σεμνῇ τῶν θεῶν δένδρον ἐλάας ὁ νεὼς ἐγένετο.*

θάμνος ἔΦυ τανύΦυλλος ἐλαίης ἕρκεος ἐντός,
ἀκμηνὸς θαλέθων· πάχετος δ' ἔεν ἠύτε κίων.

Celsa densaque erat illa sacra arbor, *ἕρκει* sive *σηκῷ* cincta.

Sed aevo recentiori pecudum, non caelitum cubile videbatur caespes: — *„ἔστιν τοι θάλαμος!"* ad Iovem amore incensum dicit Iuno [4]); dea autem Penelope deusque Ulixes abierunt in mor-

1) Cf. Z 244—250 et I 582.
2) In libro *de Boogschutter en de Weefster*.
3) Ξ 283 sqq.
4) Ibidem.

Digitized by Google

tales cum vitae terrestris aerumnis conflictantes. Tum σηκός, in quo sacra illa oliva ramos late pandebat, in carminibus altius eductus et thalamus factus est; cuius parietibus ut tectum posset superimponi, recisae sunt frondes. Truncum arboris sacrae, quem olim οὔ τι βροτοὶ 'κεῖρόν γε σιδήρῳ, sed sanctissime venerabantur et in carminibus celebrabant, iam ab ipso sponso securi caesum finxere poetae. Sed sacrilegium quod — inscii profecto! — commiserunt sua poena non caruit; nam vesani potius Penthei alicuius vel Lycurgi quam magni poetae verba videntur quae hac de re tradit epos. Pergit in Odyssea nostra Ulixes:

τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον 'δέμον, ὄφρ' ἐτέλεσσα,
πυκνῇσιν λιθάδεσσι καὶ εὖ καθύπερθεν ἔρεψα,
κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἀραρυίας.

Hactenus non est quod magnopere nos impediat, modo ne nuptias humanas cogitemus sed θεογαμίαν et sacram arborem muro altiore seclusam. Unum ἐρέψαι nos detinet et agnoscimus verbum ambiguum ambigue adhibitum; si tamen vim verborum urgemus, negari nequit id quod prorsus absurdum sit narrari et parum intellegere malumus quam sic intellegere. Dicitur enim celsa illa arbor, cuius truncus veluti columna sursum tendebat, inclusa esse cubiculo — Aloadarum fortasse alteri structum, qui μηκός γε 'γενέσθην ἐννορόγυιοι? immo regi reginaeque ceteros homines statura non excedentibus.

Potuitne narrari quod etiam magis esset mirabile? Potuit. Nempe arbor illa postquam ingenti thalamo inclusa est tota... recidit eam Ulixes solaque stirpe relicta tenui arte in hac struxit cubile.

Quid plura! Non cella quidem Ulixis, quod miramur, sed ipsum carmen ruinam fecit cum concidit illa arbor. Narravit poeta, quisquis fuit, quae ipse non intellegebat; narravit absurda. Quae in hominum sanorum mente nasci et a cantoribus excoli potuisse magis miraremur si nesciremus qualia in mythologia portenta parere soleat fabularum contaminatio.

Itaque, ut redeamus illuc unde exorsi sumus: Ulixis illum thalamum hodierni lectores dei deaeque cubiculum nuptiale vocare possunt: nihil eiusmodi cogitavit qui carmine eum celebravit poeta, non enim numina sed mortales ei erant Ulixes et Penelope, diis autem illius aevo aedes nullae extruebantur.

Digitized by Google

Nec tamen aedibus terrestribus satis convenire portentosum illum thalamum nemo, ut opinor, non sentit; nam dudum abiectam spero confidoque interpretandi rationem illam, qua Ulixis cubile stirpis radicibus solo inhaerens „firmum irruptumque vinculum matrimonii" significare olim credere iubebamur.

Sui igitur generis est ille thalamus, itaque minus firmum est argumentum quod inde petivit Helbig de rudiore priscae Graeciae arte sic disputans: „non magnam fabrorum fuisse peritiam eo tempore, quo ceteri homines tam facile eorum arte carerent" [1]). Vulgo hominum ita immiscendus non videtur Ὀδυσσεύς neque τεκτήβολος, qualem prisci poetae cognitum habuerunt, neque πολυμήχανος καὶ Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος, qualem recentiores; sed potius dicamus non magnam priscarum fabularum peritiam fuisse cantori qui in carmen pulcherrimum, quod erat de Sagittarii ad Textricem reditu, talia invexerit et inclementer arboris luxuriantis κορμὸν ἐκ ῥίζης προταμὼν dein ἐτέτρηνεν πάντα τερέτρῳ καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνεν.

XXV.

NON FINIS BELLI TROIANI IN ILIADE NARRATUR SED INITIUM.

Quaestiones epicas mecum perpendens quoties imagines heroum et heroinarum tales fere, quales in priscorum vatum ingenio vixerunt, mente informare mihi conor, — ἀκίχητα profecto δἰώκων, sed eum unice dignum ratus scopum quem viribus intentissimis appetamus philologi, — nihil vetustae poesi tam perniciosum videtur fuisse quam cura chronologiae. Cuius dum rationem habemus, vir quadragenarius fit flavus ille Pelides, quem in bellum nuper profectum cura materna prosequitur Thetis; fit grandaevus Ulixes [2]), trisaeclisenex fit Nestor, Pene-

1) „Es wirft ein bedenkliches Licht auf das Niveau der damaligen Mauer-, Zimmer- und Tischlerarbeit, dass sich damit ... auch Laien befassen" Epos[1] p. 11.

2) Cf. Ψ 790, — ut Odysseam nunc mittamus.

Digitized by Google

lope non iam formosa est, sed facta videtur anus, ipsa Helena abit in matronam maturiorem [1]).

Apage ista! clamant omnes. — Ex animi sententia assentior: procul absint ista dum ingenii divini immortalia opera admiramur. Facessant qui *μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις προσέχοντες* vati viam obstruere conati sunt aut etiamnunc conantur!

Sed naturam furca ...

Mihi quid acciderit dicam; nec soli mihi id accidisse quoniam non de nihilo nata videtur suspicio, data opera rem exponam.

Cuiusvis est sumere tempus belli Troiani non semper tam accurate fuisse definitum quam nunc fiat in secundo Iliadis libro, loco notissimo; aliqua igitur vestigia aevi, cui novem decemve illi anni non essent cogniti, in carminibus epicis reperiri posse nemo non suspicetur. Sed firmiter — nisi egregie fallor — in philologorum mente etiam haeret opinio quae olim ipsorum fuit Graecorum, in Iliade — non cogito nunc carmen aliquod primitivum nobisque parum cognitum, sed eam ipsam dico quae ad nos pervenit Iliadem, — in nostra igitur Iliade narrari res quae acciderint postquam per annos complures ante Troiam bellatum esset.

Nempe mortuo Hectore, *ὃς οἷος ἐρύσατο Ϝίλιον ἱρήν*, post quem etiam Achilli *πότμος ἐτοῖμος* fuit, non potuit non prope abesse belli finis urbisque excidium. Venient quidem Pyrrhus et Philoctetes, venient Memnon et Penthesilea, struetur equus sublicius, sed et in „recentiorum" carmina illa, quae minus cognita habemus, ea removemus, et potuerunt intra paucorum mensium vel etiam dierum spatium accidere cuncta. Itaque sumamus necesse est circa belli exitum acta esse quae in Iliade narrantur, quod quoniam diuturnum admodum fuisse accepimus, sequitur ut praeterea sumamus ante Iliadis initium Achivos per annos aliquot ... quid egisse? Nihil sane quod operae fuerit pretium, sed *πρὸς γεωργίαν* credo *τῆς Πελοποννήσου ἐτράποντο* Agamemnonis milites *τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ*. Tales certe ostendit nobis scriptor multis sagacior et minime credulus Thucydides [2]). Talia nimirum suadebat chronologia, ferebantur enim *οἱ Τρῶες τὰ δέκα ἔτη ἀντισχεῖν βίᾳ*.

1) Cf Ω 765 sq., quae quis sine risu legat collatis Γ 442—446!
2) Thucyd. I 11.

Digitized by Google

At alia omnia quovis fere versu testatur nostra Ilias. Unum et alterum deme versum et restant quae bello ineunte ... potuerint dici et agi? Immo quae nisi bello nuper inito dici agive non potuerunt.

Fortasse et aliis Homeri studiosis novum erit id in quod ego certe post multos annos in his studiis transactos ab improviso incidi. Expertus autem scio haud exigui momenti id esse ad carmina vetusta suo pretio aestimanda, nam nunc pulcra, apta, vero poeta digna mihi videntur multa quae olim ducebam obscura et molesta.

Operae igitur pretium videtur rem quam possim accuratissime exposuisse. Ne tamen in immensum diffluens disputatio lecturis pariat taedium intolerabile, quam potuero brevissime et solo poeta duce quae huc faciunt referam.

Stant naves Graecorum in littore Troiano, quo viam iis monstravit Calchas deorum interpres [1]). Nuper Aulide profecti classe illuc appulerunt, postquam in itinere urbes aliquot Troianis amicas diripuerunt, in his Thebam urbem Eetionis. Supplices iam eos adeunt captivorum propinqui, quorum unus Chryses sacerdos petit ut filia sibi reddatur iusto pretio soluto: „*sic vobis dent numina*" ait

„ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν καὶ νοίκαδ' ἱκέσθαι".

Re infecta sacerdos repulsus precatur ad deum suum Apollinem, qui telis mox pestiferis per dies complures Achivos obruit. — „*Domum redeamus quantocius, nisi sedari possit numinis ira!*" omnium fortissimus clamat ceterorum nomine Achilles. Oritur rixa et iuvenis abstenturum a bello se ait donec insignem luerit poenam qui contumeliam sibi fecerit Agamemnon. Mater autem, quae in bellum eum misit ut laude bellica per exiguum vitae spatium sibi concessum frueretur, supplex adit Iovem utque Troianis, quorum urbem excidi iubet fatum, brevis ante victoria concedatur Achivique nihil sine Achille se valere sentiant a deorum patre impetrat.

Interim animum Achivi despondent [2]). Domum redire placet,

1) A 71.

2) Consulto nunc praetermitto molestias ad quaestionem in qua versamur non

Digitized by Google

sed etiam retinet eos Ulixes, qui *„testes mihi estis omnes"*, ait,

οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι
χθίζα τε καὶ πρωΐζ', —

„omnes quotquot non his ipsis diebus abstulit pestilentia [1]), *tum cum Aulide profecturi eramus Calchantis verbis victoriam nobis esse promissam"*. Itaque postquam refecti sunt militum animi et πόλεμος γλυκίων 'γένετ' ἠὲ νέεσθαι [2]), acie instructa per planitiem invadunt urbem, qua expugnata et deleta ulciscantur Helenae raptum lacrimasque [3]). Fuse autem poeta enumerat duces navesque Achivorum, quos Nestor secundum gentes disponi perite iussit [4]).

Appropinquare hostes Troianis nuntiat Iris sumta voce Politis, qui in specula collocatus erat

δέγμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί, —

ubi non per annos aliquot eum sedisse, nuper igitur classem Achivorum in has oras pervenisse, haud difficulter nobis persuademus [5]). Quid autem personatus ille Polites Priamo nuntiat? *„O senex, etiamne hic sermocinaris*

ὥς ποτ' ἐπ' εἰρήνης; πόλεμος δ' ἀλίαστος ὄρωρε!

bellum iam exortum!" — non dudum furit in patria, sed nunc ipsum id est exortum. *„Pluribus iam ante pugnis"* — cum gentibus vicinis — *„interfui, sed tantum exercitum nunquam vidi antehac; quot folia silva, quot littus arenas habet, tot milites urbem invadunt"*.

Quantocius igitur armantur etiam Troiani, quibus praeest Hector, Dardani duce Aenea, Lycii duce Sarpedone, socii denique, qui peregre nuper sunt convocati: armati dein ex urbe proruunt cum hoste conflicturi. Helena autem postquam ex Iride audivit suos appropinquare, urbis moenia conscendit,

---

pertinentes, quas habet duplex illa ἀπάτη, qua prius Agamemnonem Iuppiter, dein ille sine utilitate suos milites decipit. Chronologiam haec non tangunt, a prisco tamen carmine aliena fuisse patet. Agamemnonis Ulixisque orationes quatenus huc faciunt, infra tractabimus.

1) B 301—303. Belli igitur nulla pericula graviora hactenus subierunt Achivi.

2) B 453 sq., item Λ 13 sq.

3) De Helena infra aliquid scripturus nunc hoc unum observo, longe a vero aberrasse Aristarcheam quam olim sequebar versus B 356 interpretationem.

4) B 365 sq.; quod nisi bello ineunte apte dari non potuit consilium. Item Δ 303—309.

5) B 794. Aristarchus eandem ob causam hos versus damnabat.

Digitized by Google

unde prospiciens laeta agnoscit maritum levirum amicos: fratres non videt, aut igitur domi mansisse aut pudore in castris retineri suspicata [1]). Etiam Priamus instantis proelii eventum e moenibus spectat cum ceteris senibus, quorum unus Antenor nuper, bello nondum indicto, cum legati Achivorum ad res repetundas Troiam venissent, censuit Helena reddita belli praecidere causam, alius est „οὐκ ἀλέγων" ille Cleon Troianus, cuius temeritas abiit in proprium nomen satis mirificum [2]).

Sed priusquam ad manus veniatur, placet pugna singulari Paridis cum Menelao rem decernere [3]). Vincebat autem Menelaus bellique finis erat, nisi Paridem eius manibus eripuisset Venus. Quae Helenam dein vocat a moenibus. — „*Etiamne longius me abreptura ades?*" indignata deam increpat Helena: „*in Phrygiae Maeoniaeve aliquo angulo me abdes, etiamnunc meis me invidens?*" [4]) Cui minata Venus „*utrisque invisam se reddituram* [5]) *ni dicto sit obediens*" sequi se cogit redditque Paridi.

Interea post pugnae singularis eventum ancipitem disceptant Argivi et Troiani, disceptant etiam caelites. Inferior quidem discessit Paris, discessit tamen. Quid igitur fiat? At Iuno perosa Troianos: „*ergone Troia superstes erit et frustra omnes illas copias collegi?*" — nono anno ante collectas cogita et insulsa fere haec verba fiunt.

Aegre ei concedit Iuppiter urbis interitum, itaque induciis a Pandaro fraudulenter ruptis pugna initur. Bellum erit tamen; incitat suos Agamemnon ipsaque Minerva in proelium eos ducit, Troianos Mars.

Multi cadunt utrinque, sed plures a parte Troianorum. Sic a Diomede trucidantur filii ambo Eurydamantis τοῦ ὀνειροπόλου, qui mortem iis instantem non praedixit cum in bellum

---

1) Bellum diuturnum si antecessisset, ferro iam absumtos suspicari etiam magis in proclivi fuisset, absurda autem fuisset poetae vox illa ἤδη Γ 243.

2) Ut si hodiernus partium dux nomen habeat *Sir Nevermind* vel *Monsieur Jemenmoque*.

3) In annotatione certe indicati sunto versus Γ 46 sqq. *recens* profecto Paridis iter spectantes, non id quod decimo fere anno ante ille susceperit.

4) Γ 400 sqq.; si multis annis ante Troiam venerit Helena neque recentem Achivorum adventum nunc causetur, satis aptum sensum haec non praebeant.

5) Γ 416 sq. — „The phrase seems week after ten years of war" (Leaf). Ita! At bello instante gravis minarumque plena.

Digitized by Google

abierunt nuper [1]), et Pandarus, quem in bellum nuper profecturum bigis uti iusserat pater, sed pedes pugnam iniit et sero eum poenituit spreti consilii paterni [2]). A Tlepolemo vulneratus Sarpedon etiam sospes eripitur pugnae, non vivus tamen rediturus ad uxorem et filiolum infantem nuper relictos [3]).

Argivi autem et alii cadunt et Dioclis filii gemelli, iuvenes fortissimi, qui ἠβήσαντε Agamemnonem in bellum sunt secuti; sic par leonum recens adultorum in praedam ruens mortem oppetit [4]).

Superiores tamen ne evadant Achivi cum sit periculum, iubente Heleno augure Hector abit in urbem, ubi matronas iubeat supplices adire deam Troiae tutelarem; ceteros Troianos Aeneas denuo ducit in hostem.

Visit Hector regiam matrique perfert Heleni mandatum, dein valedicit uxori et filiolo, sentit enim urbi sibique instare perniciem; Paridem dein duris verbis excitat ex ipsius aedibus, ubi latitabat populo quam maxime invisus. Belli initio optime convenit Hectoris illa in fratrem ira, optime conveniunt eius verba ad uxorem: *„nescio an non ad te rediturus sim"* — ad uxorem non bello flagrante ductam, sed tum cum alma etiam pace Troiani fruebantur; — optime conveniunt quae illa ad eum dicit de muri parte quadam non satis firma [5]), optime feminarum vivum etiam Hectorem tanquam mortuum lugentium clamores, hodie enim primum morti se offert, — unice conveniunt Hectoris ad Paridem verba: *„turpe tibi est in cubiculo latitare civibus succensentem quod iis sis invisus"* [6]), unice conveniunt quae Helena ad Hectorem ait: *„utinam mortua essem πάρος τάδε ῥέργα γενέσθαι"* [7]) — a Paride raptam se dicens, non multis profecto annis ante sed nuper raptam pronomine τάδε significans.

Proelium restitutum mox interrumpitur singulari illa Aiacis

---

1) E 150. Vox *nuper* mea est, sed quis hoc loco cogitet de vaticinio annis aliquot ante dato! Idem dictum esto de altero quod statim sequitur *nuper*.

2) E 198, 204, 210 sq. — Etiam Sarpedonis verba E 478—480 eodem tendunt.

3) E 688.

4) E 541—560. Quae nihili foret comparatio si modo lacte depulsi leones illi ... aliquot annis ante patriam reliquissent.

5) Z 433—439.

6) Sic enim interpretor versum Z 326.

7) Z 348 sq.

Digitized by Google

et Hectoris pugna, quae nisi belli initio aptum locum habere nunquam potuit, neque in nostra Iliade — in quam non satis quadrat — suspicionem belli pridem initi habet ullam.

Sol occidens postquam dimicandi finem fecit, utrique ex composito mortuorum corpora legunt cremantque; Achivi autem quoniam spe urbem *αὐτοβοεὶ* capiendi sunt frustrati, fossa valloque quam celerrime proiectis tumulum ossa suorum tegentem et naves in littore subductas ab hostium incursionibus protegunt. Quale vallum — vallum dico, non murum, ne incredibilia poeta narrasse immeritus videatur — hoc igitur vallum belli initio erigendum curare cauti fuit ducis: nono demum anno talia moliri non Nestoreae fuisset prudentiae sed Epimetheo aliquo *μετὰ τὰ πράγματα* et sero sapiente dignum consilium.

Peractum est opus et commodum in littore adsunt naves vinum Lemno afferentes [1]). Paucis nimirum diebus ante, cum Lemni commoratus Agamemnon se suosque e longo cursu largis epulis refecit [2]), ab illius civitatis rege Euneo petivit ut novae vini copiae mox in Troadem sibi mitterentur.

Die sequenti iterata pugna in fugam coniciuntur Achivi. Amaris verbis Agamemnon deceptum se queritur ab Iove, cuius aram nullam inhonoratam praeterierit ... ante annos complures? Bona verba, sed *„νηὶ πολυκλήιδι ἐνθάδε τέρρων"* [3]), nuper, in ipso itinere, *χθές τε καὶ πρώην*, ut ita dicamus.

Denuo cum occidit sol, videt Achivos intra vallum heri erectum latitantes, Troianos planitiem ante urbem obtinentes.

Seria iam agens Agamemnon auctor est reditus in patriam; quem expeditione nuper suscepta sic desperantem multo facilius nobis fingimus quam post annos complures in Troade transactos. Sed turpe consilium repudiatur: *„tu fuge, si lubet!"* regem increpat Diomedes,

πάρ τοι ὁδός, νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης
ἑστᾶσ', αἵ τοι ἔποντο ...

— quando secutae sunt? „Nuper utique!" nemo non clamat — *„at nos manebimus et pugnare pergemus"* [4]).

---

1) H 467 sqq.
2) Θ 230.
3) Θ 239.
4) I 43 sqq.

Digitized by Google

Itaque, quo melior spes sit cras marte secundo pugnandi, ad Achillem legati mittuntur Ulixes et Aiax, qui eius iram molliant. Immodice vero etiam succensens iuvenis repellit preces spernitque dona promissa, licet senex Phoenix in mentem ei revocet gravia verba Pelei, filium *οὔ πω γειδόθ' ὁμοίοο πτολέμοιο οὐδ' ἀγορῆς* [1]) ut animum nimis fervidum compesceret adhortati ... quando? Nono anno ante? I crede! nuper, tum cum Achilles iter e Thessalia initurus erat [2]), nondum detonsa coma puerili, quam fluvio patrio mox post reditum oblaturum se sperabat [3]).

Re infecta legati ex Achillis tentorio redeunt, magisque etiam quam antea sollicitus Menelaus cavendum sentit *μή τι πάθωσιν Ἀργεῖοι*, *qui sua causa* ... multos per annos aerumnas militares sint perpessi? minime: — *τοὶ δὴ τέθεν εἵνεκα πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν ἤλυθον εἰς Τροίην πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες*, *qui trans latum mare in bellum se sint secuti* [4]).

Mittuntur igitur Ulixes et Diomedes ad hostium consilia clam noctu exploranda, qui mox strage inter Troianorum socios dormientes edita redeunt cum Rhesi regis Thracum equis praestantissimis. Nuper hic Troianis auxilio venerat [5]): cur nuper? Quia prius non fuit bellum!

Tertio die fortiter denuo suos in pugnam ducit Agamemnon. Cui primus occurrit Iphidamas recens nuptus et bello veluti ex ipso toro geniali excitus [6]). Nuper Troianis copias suas adduxit. Misero iuvene trucidato Agamemnon ipse ab eius fratre vulneratur. Ex acie igitur abit: ceteri fortiter pugnare pergunt. Sic Teucer Imbrium caedit Priami generum, qui ante bellum habitabat Pedaei, *αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιτέλισσαι*, *ἂψ εἰς Ϝίλιον ἦλθε*, *μετέπρεπε δὲ Τρώεσσι* [7]), — Idomeneus

---

1) I 441 sq.

2) I 254—256. Etiam Phoenicis illud *„φίλον τέκος"* I 437 quam insulsum fiat nisi cogitemus iuvenem qui vixdum pueritiam exuerit, nemo non sentit. — Minus aperta res est Λ 765—790, quamquam ne ibi quidem temporis dudum praeterlapsi indicium est ullum.

3) Ψ 146.

4) K 27 sq.

5) K 434.

6) *ἐκ θαλάμοιο*. Λ 225—245.

7) N 172—175.

Digitized by Google

Othryoneum, qui item *νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει* [1]), — Antilochus Melanippum, *ὃ τόφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς 'βόσκ' ἐνὶ Περκώτῃ δηίων ἀπὸ νόσφιν ἐόντων*, sed Achivorum classis cum venisset, Troiam et ille rediit [2]).

Attamen gravius etiam quam ante profligantur Achivi, ne vallo quidem arcentur Troiani novis copiis aucti [3]), sed igne adoriuntur classem. *„Ignem afferte!"* Hector clamat *„quo naves istas deleamus, quae quod huc appulerunt, senum ea est culpa,*

οἵ μ' ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι
αὐτόν τ' ἰσχανάεσκον ἐρητύοντό τε λαόν" [4])

— retinuerunt Hectorem senes ... quando? primam autem face petit navem quae Protesilaum in Troiae oram advexit ... quando? nono anno ante? immo nuper! ... in patriam non rediturum [5]).

In ultimo periculo opem fert Patroclus Achillis armis indutus. Pelluntur Troiani, sed ab Hectore caeditur ipse Patroclus, prius vulneratus ab Euphorbo iuvene belli nondum perito, qui tamen iam alios Achivos ante Patroclum obtruncaverat viginti,

πρῶτ' ἐλθὼν σὺν ὄχεσφι, διδασκόμενος πολέμοιο [6]).

Denuo iam et suos Hector incitat et socios, iis verbis usus quae nisi bello ineunte apta non fuerunt:

οὐ πληθὺν διζήμενος οὐδὲ χατίζων
ἐνθάδ' ἀφ' ὑμετέρων πολίων ἤγειρα ἑκαστον κτέ. [7])

— moxque in naves denuo Achivi se coniciunt.

Interim filium dolore ob mortem sodalis prostratum miseratur Thetis, scit enim et ei proximum iam esse vitae finem:

τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλφῆς,
νηυσὶν ἐπιπροέηκα κορωνίσι Ϝίλιον εἴσω,
Τρωσὶ μαχεσσόμενον· τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
οἶκαδε νοστήσαντα —

---

1) N 364. Hic quantivis pretii est versus, quoniam claris hic simplicibusque verbis bellum dicitur nuper efflagrasse. Neque obscuriora sunt Idomenei verba vicina N 453: *νῦν μ' ἐνθάδε νῆες ἔνεικαν.*

2) O 547 sqq.

3) N 793.

4) O 718—725.

5) O 705 sq.

6) Π 811.

7) P 221 sqq.

Digitized by Google

„recens adultum huc misi" ... annis compluribus ante? immo nuper! ... *„non rediturum in aedes paternas"* [1]). — Nova arma ei praebet, quibus indutus Achilles in bellum ruit, Troianos profligat, Hectorem occidit, dein Patrocli funus obit, tandem Priamo corpus filii reddit: — quae omnia et cuivis nostrum sunt notissima et hic pluribus verbis cur indicentur nulla est causa, temporis enim indicium — quod quidem hactenus deprenderim — unum tantum habent, id vero ad rem demonstrandam sufficiat unum, si cui etiam dubia videatur; nam ab ipso illo deo, cui prae ceteris curae sunt numeri, sub Iliadis finem docemur bello nuper coorto res agi.

Dico Mercurium, qui κούρου πρῶτον ὑπηνήτου sumta figura Priamo narrat Polyctoris cuiusdam Myrmidonis se esse filium, *„sorte autem cum fratribus ducta"* ait „λάχον ἐνθάδ' ἱκέσθαι" ... sorte quam ob causam ducta? Quod milites convocasset Achilles in bellum profecturus. Quando autem? ante annos aliquot, cum puer decennis esset personatus ille Polyctoris filius? Ineptus fere mihi ipse videor talia etiam atque etiam rogans!

Itaque etiam poeta cui debentur Ἕκτορος λύτρα, quem — ut minimum dicam — inter antiquissimos vates referendum esse nemo contendit, res quas Ilias complectitur non in fine belli annorum complurium collocabat, sed ipsum belli Troiani exordium ei erat Achillis illa ira.

Satisne certa et explorata est res? Mihi quidem videtur, et mirabor si aliis aliter visum fuerit; minus mirabor si acta me egisse sensero.

Undenam igitur τὰ δέκα ἔτη ἐκεῖνα, quae tam bene nota nos habemus quam olim habuit Thucydides?

Ante omnia pro tempore decennali dicamus novennale. Nam non satis accurata sunt Thucydidis quae attulimus verba. Urbs δεκάτῳ ἐνιαυτῷ est capta, postquam per sacrum illum novem annorum numerum est pugnatum.

Nam sacrum esse novem numerum passim testatur Ilias. Statim carminis initio legitur:

ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο,

1) Σ 57 sqq. et 438 sqq.

Digitized by Google

et similia multa possunt afferri, sed notiora ea sunt quam quae hic colligantur; *τρὶς ἐννέα* autem hostes leto dat Patroclus eo die quo laudis attigit fastigium ipsaque Iliadis tragoedia ad culmen suum pervenit, et aliquot saeculis post cum inter Graecos efflagravit bellum, quod ceteris gravius fore omnes sentiebant, hominum in ore fuit vaticinium *„ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι τοῦτον τὸν πόλεμον"* [1]). Exceptis autem excipiendis — et pauca profecto sunt excipienda! — dicere licet Iliadis numerum sacrum et sollemnem esse novem, Odysseae duodecim [2]).

In Troiano autem illo bello dum sensim creverunt omnia, et ipse temporis crevit orbis tam multa et tam multos complexus. Crevit numerus navium et copiarum, crevit regum; succrevit Achilli filius, vel potius e flavi ferocisque iuvenis epithetis *πυρρῷ* et *νεοπτολέμῳ* procrevit Achilli epigonus, ut ex herois sagittarii epitheto *τηλεμάχῳ* proles huic est nata. Itaque etiam numerus annorum crevit certusque hominum menti numerus inhaesit, cum antea de ea re definiti nihil habuissent fabulae. Sic, ut uno exemplo ostendam qua fere ratione famam crevisse mihi fingam, — ostentum illud, quo Achivis Troiam versus iter suscepturis victoria est promissa [3]), cum olim haec habuisset:

coluber ille πρός ῥα πλατάνιστον ὄρουσε,
ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα,
ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοισ' ὕπο πεπτηῶτες·
ἔνθ' ὅ γε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας,
μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα
κτέ.,

postea definitus est pullorum numerus:

ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦεν, ἣ 'τέκε τέκνα,

similibusque incrementis aucta sunt verba Calchantis:

ἦμιν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεύς
[ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὅο κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται].
ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτήν.
[ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦεν, ἣ 'τέκε τέκνα,]
ὥς ἦμες [τοσσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν] Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν,

1) Thucyd. V 26 § 4.
2) De Boogschutter en de Weefster p. 75—77 et not. 250—272.
3) B 303 sqq.

Digitized by Google

— quibus Calchantis verbis allatis Ulixes refellit Agamemnonis desperantis illum clamorem:

οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν [1]).

Aucta haec sunt, inquam, sed non ditata! Nam contorta — ne inepta dicam — iam sunt facta quae olim erant simplicia aptissimaque ad animos faciendos militibus iter longinquum in regiones ignotas inituris. *Ut coluber ille vim intulit in nidum, ubi aviculae veluti in firmo aliquo praesidio latitabant, sic nos urbi quam petimus vim inferemus quantumvis firmae et remotae:* devoravit ille incolas nidi, Priamum Priamique pisinnos devoraturum est bellum a nobis illatum! — Haec nemo non intellegit; quid vero textus traditus? *„Quemadmodum serpens ille „novem aves comedit, sic nos per novem annos Troiam ... non capiemus"* — — satisne ista inconcinna?

Itaque mirum non est in tam molesto emblemate neglectum esse vocis τέτεα sonum initialem, neque operae iam videtur pretium, inquisivisse quaenam avicularum haec fuerit species, quarum nidi octonos caperent pullos; nam ipsum oraculum neque illum capit numerum neque alium ullum.

Rarissima in Iliade sunt talia, neque cetera contextui firmius adhaerent quam quae indicavimus.

Ergone in tertia quae paratur Iliadis nostrae editione cancellis et versus de quibus modo sermo fuit sum septurus et vicinos:

ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλοι' ἐνιαυτοί,
καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται [2]),

et

ἡμιν δ' εἴνατός ἐστι περιτροπάων ἐνιαυτός [3])?

Salvo sane contextu hi quoque possunt removeri, vetusti autem carminis nativam simplicitatem etiamnunc prodit Ulixis hoc exordium: *O Agamemnon, Achivi tibi non*

ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἣν περ ὑπέσταν
ἐνθάδ' ἔτι στείχοντες ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο [4]).

Cum tamen reputo Ulixem solius Odysseae primitus fuisse proprium, a bello autem Troiano alienum, in contrariam relabor

1) B 141.
2) B 134 sq.
3) B 295 (vel potius 291—298).
4) B 286 sq.

Digitized by Google

opinionem rursusque credibile videtur in recentiore Iliadis hac parte, ubi reditum dehortatur Ulixes [1]), novem illos annos inde ab initio, id est inde a tempore quo a recentiore aliquo cantore inutilis et molesta illa *διάπειρα* enarrata est, commemoratos fuisse.

Utut id est, — nam sive serius sive ocius, aliquando certe nata est fabula quae per novem annos integros ad Troiam bellatum fuisse ferebat, — nemo potest mirari si qua huius opinionis indicia inveniantur in Iliade, cum in Odyssea inveniantur multa. Id potius miror equidem quod tam pauca huiusmodi aut habeat Ilias aut a me haud incuriose quaerenti sint reperta.

Quae autem adverti, ea partim ne vera quidem esse indicia accuratius inspiciens intellexi. Sic urbium ab Achille captarum virorumve quos trucidaverit aut captivos abduxerit ubi fit mentio [2]), nihil obstat quominus tempore quod Iliadis initium proximum antecessit facinora ea gesta esse sumamus; nam ad vastandos Troadis agros et aperta aliquot oppida diruenda longum temporis spatium minime requirebatur; et aliquid utique temporis intercessit inter iter Aulide inceptum pestilentiamque in Troadis ora grassatam. Sed quot dierum — aut si quis malit, mensium — illud temporis spatium fuerit nescimus — neque cupimus scire, quoniam ea de re tacuit poeta.

An non tacuit? Ita est: aliquid certe dixit. Nam Lycaon Priami ille filius, quem Achilles captivum abduxit e Troade, dein Lemnum vendidit, pretio mox ab hospite quodam solutus in patriam rediit,

> *ἔνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο τοῖσι Φίλοισι*
> *ἐλθὼν ἐκ Λήμνοιο, δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις*
> *χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν* [3]).

Potuitne magis aperte vates proloqui id quod modo statuebamus, dies haud ita multos intercessisse inter Iliadis nostrae ipsiusque belli initium?

Eundem autem dierum numerum in proxima vicinia comme-

---

1) „*Telemachi patrem*" potius eum dicamus cum ipso poeta (B 260), quo clarius etiam pateat recentior huius episodii origo.

2) A 125, 163 sq., [177], 226 sq., 366 sq. B 690 sq. Z 414—428 I 129 sq., 321—331, 664, 668 Λ 104—112, 625 T 60, 295 T 90—92, 187—194 Ω 752 sq.

3) Φ 85 sqq., 77 sqq.

Digitized by Google

morat Pelegonus Troianorum socius, iis verbis usus, quae nisi belli significant initium, nihil significant:

ἥδε δέ μοι νῦν
ἠὼς ἐνδεκάτη, ὅτε Ϝίλιον εἰλήλουθα [1]).

Non enim post annos aliquot quam in has oras Achivi pervenerunt ad urbem tutandam confluxere socii, sed brevi postquam convocati sunt, appropinquante classe hostium.

Multos autem Argivorum iam esse mortuos cum circa Iliadis initium audimus [2]), vati facile credimus, quoniam post morbum illum divinitus immissum per dies complures πυραὶ 'καίοντο θαμεῖαι. Belli diuturni in huiusmodi verbis nullum est indicium.

Et induciae postquam inter Troianos Achivosque sunt initae, cum sidere caduco adspecto

ἦ ῥ' αὖτις πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ
ἔσσεται

milites clamant [3]), vix est opus annotasse his verbis non spectari pristina aliqua proelia, sed vertenda haec esse: „*ergone bellum erit tamen?*" — Modo certa videbatur pax, nunc caedes ne instet denuo videtur esse periculum.

Neptuni autem iurgia:

Τρῶες τὸ πρίν γε μένος καὶ χεῖρας 'Αχαιῶν
μιμνέμεν' οὐκ ἐθέλεσκον ἐναντίον, οὐδ' ἦ βαιόν·
νῦν δὲ τεκὰς πόλιος κοίλῃσ' ἐπὶ νηυσὶ μάχονται [4])

quidni ita interpretamur ut Troiani dicantur non prohibuisse quominus Achivi e navibus egrederentur et in littore castra ponerent? Mensium complurium — ne annos dicam — hic quidem neque vola neque vestigium.

Neque Achillis irati verbis:

ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' 'Αχαιοῖσιν 'πολέμιζον,
οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν' Ἕκτωρ,
ἀλλ' ὅσον εἰς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανε·
ἔνθα ποτ' οἶον ἔμιμνε, μόγις δέ με' ἐξέφυγ' ὁρμήν [5])

temporis praeterlapsi certum inest indicium, neque quicquam

1) Φ 155 sq.
2) B 115, 161, 177 Γ 99 sq.
3) Δ 82. Eadem particulae vis est vs. 15.
4) N 105—107.
5) I 352—355. Idem valet de E 788—791.

Digitized by Google

obstat quominus ad dies qui proximi antecesserunt, eos dico dies quibus saeviit pestilentia, haec referamus. Quamquam non obloquar si ultimum tamen versum recentioris aevi esse contendat quis; respicitur certe illic res quae aliunde non est cognita.

Neque Nestor verbis „αἰεὶ Τρώεσσ' ἐπιμίσγομαι" [1]) cum utitur, menses annosve praeterlapsos cogitat, sed hoc dicit: se per hosce dies perpetuo aciei interfuisse, idque verum esse ipsa Ilias docet.

Neque admodum molesta sunt Diomedis ad Glaucum verba:

οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ
τὸ πρίν [2]),

quoniam episodium in quo haec leguntur certum locum habere dici vix potest, sed in aliam quamvis Iliadis partem aeque bene — aut aeque male — quadrat. Ceterum hic versus duoque sequentes secludi possunt salvo contextu, potest etiam — quam lenissimam medelam offert Herwerdenus — pro ποτ' legi σέ γ'. Nemo vestigia belli diutius gesti satis certa hic cerni contendet.

Idem dictum esto de Iovis ad Thetidem verbis:

ἦ δὴ λοίγια ἔργ', ὅ τέ μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
Ἥρῃ, ὅτ' ἄν μ' ἐρέθῃσιν ὀνειδείοισι τέπεσσι.
ἦ δὲ καὶ αὔτως μ' αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικεῖ, καί τέ μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν [3]).

Ubi voce μάχῃ licet videantur significari proelia *cum Achivis* antehac gesta, haudquaquam id certum; potest enim intellegi Iuppiter Troiam adversus gentes vicinas Iunone invita tuitus. Clara autem recentis aevi sunt indicia ἄν pro κεν dictum et νεικεῖ pro νεικείει. Et unum μάχῃ si sollicitandum videtur — potest substitui πάλαι vel πάρος sine ullo contextus detrimento.

Sed recentiori aevo quam vicini videntur deberi versus quos exscripturus sum [4]), etiam per se si spectes satis mirifici et veluti pallidam aliquam imaginem ostendentes τῶν γιγαντομα-

1) K 548.
2) Z 124.
3) A 518 sqq.
4) Γ 125 sqq.

Digitized by Google

χιῶν in pallio, quod Athenis quinto quoque anno Minervae offerebatur, pictarum. Iris Helenam

ἡΰρ' ἐν μεγάρῳ· ἡ δὲ μέγαν ἴστον ὕφαινε
[δίπλακα πορφυρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
οὓς ῥέθεν εἵνεκ' ἔπασχον ὑπ' Ἄρηος παλαμάων.]

Recentiores hi videntur, inquam; si tamen sint genuini, ne sic quidem belli dudum incepti indicium hic locus habeat; nam imperfectis ὕφαινε et ἔπασχον telam *nunc* simul cum ipso bello inceptam significari quominus sumamus per linguam certe nihil obstat. Immo absurda fere haec fiant si per annos aliquot illi telae mulier operam insumsisse fingatur.

Antenor autem cum ad Helenam ait:

ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἦλυθε δῖος Ὀδυσσεύς [1]),

vel alibi Antimachus dicitur illa occasione

ποτ' ἐνὶ Τρώων ἀγορῇ Μενέλαον ἀνωγεῖν
ἀγγελίην ἐλθόντα σὺν ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι
αὖθι κατακτεῖναι [2])

si quis adverbio ποτε tempus proximum satis apte potuisse indicari neget, non magnae profecto audaciae fuerit utrobique rescripsisse τότε, nam nusquam non haec permutantur, [3]) et priore loco encliticam numeri vix admittunt. Quisquis autem in verbis Diomedis „*en equos οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἐλόμην*" [4]) aequo animo fert ποτε de duorum dierum intervallo dictum, iustam non habet causam cur Antenorem vel Agamemnonem locis laudatis menses vel etiam annos aliquot cogitare sumat.

Manifestum vero emblema habent Achillis verba haecce:

οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον οὐδ' ὅσα φασὶ
Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὖ ναιόμενον πτολίεθρον,
[τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθέμεν' υἷας Ἀχαιῶν,]
οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει [5]).

---

1) Γ 205.
2) Λ 139 sqq.
3) Cf. e. g. v. l. Π 810.
4) Θ 108.
5) I 401—404. De ultimo versu cf. pag. 189.

Digitized by Google

Nam cantor recens longos annos belli cogitans nec dubitans quin per tempus illud Troum divitiae magnam partem essent absumtae, de suo aliquid addidit, itaque iam Achilles quid ait? Cum Agamemnone in gratiam redire se nolle etiamsi dentur sibi ... opes quae nullae sint sed olim fuerint. Ipsa autem grammatica satis valet ad refellendum falsarium; nam inter perfectum ἐκτῆσθαι et praesens ἐτέργει non est locus particulae πρίν [1]).

Et unde habet versum illum? Id quoque notatu dignum, et alibi eum legi, ibi autem et aptissimum esse et bellum modo initum indicare. *Hector fugiens eumque persecutus Achilles cum pervenerunt in locum*

ὅθι τείματα σιγαλόεντα
πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι καλαί τε θύγατρες
τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθέμεν' υἷας Ἀχαιῶν,
τῇ ῥα παρεδραμέτην [2])

— quaeque sequuntur, nam est pars haec carminis immortalis longe notissima. Ubi πρὶν particulam si quis *nono anno ante* interpretetur, quam insulsa fiant poetae verba nemo non sentit.

Recens est etiam versuum sequentium [3]) paenultimus: *bellum dum gestum est,*

μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν ἔμπεδον ἦεν·
αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μὲν Τρώων θάνον ὅσσοι ἄριστοι,
πολλοὶ δ' Ἀργείων οἳ μὲν δάμεν, οἳ δ' ἐλίποντο,
['πέρθετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ,]
Ἀργεῖοι δ' ἐν νηυσὶ φίλην εἰς πατρίδ' ἔβησαν,

tunc Neptunus et Apollo illud vallum diruerunt.

Id unum fortasse incertum, versus quem notavi sitne vicinis, a quibus sine ullo contextus detrimento secludi potest, etiam recentior, id quod arbitror equidem, praesertim imperfecto illo verbi tempore ἐπέρθετο motus, an loco recentiore tolerandum sit aevi recentis vestigium.

---

1) Suspecti mihi non sunt, quos in annotatione commemorabo tamen, Σ 288—294 et 300—302. Ubi quod divitias Troianas audimus absumtas, belli diuturni indicium non inest, sed sociorum copiae magno pretio conductae dicuntur.

2) X 154 sqq.

3) M 12 sqq.

Digitized by Google

Recentissimo poetae debentur etiam quae circa Iliadis exitum leguntur Helenae Hectorem lugentis verba:

ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐτεικοστὸν τέτος ἐστί,
ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης [1]).

Cui cantori ne traditus quidem ille annorum satis magnus visus est numerus, sed per decennium paratum dein per alterum decennium gestum esse bellum sumsit, — nisi imprudens ex Odyssea repetivit versus et Helenae tribuit quae de Ulixe erant dicta [2]). Molesti hi versus nemini non sunt visi.

Necnon postmodo additos arbitror versus, quos cancellis inclusos cum vicinis excribam. Sunt Andromachae ad maritum verba notissima:

ἦ τοι γὰρ πατέρ' ἠμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,
ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιετάουσαν,
Θήβην ὑψίπυλον· κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα,
οὐδέ μιν ἐξενάριξε, σεβάσσατο γὰρ τό γε θυμῷ,
ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι
[ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν· περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν
νύμφαι ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο] [3]).

Nam ulmi tumulum adumbrantes, quas viderunt opinor aequales cantoris qui haec inseruit, nisi volventibus annis procrescere non potuerunt.

Quo loco etiam versus 417 sq. suspicionem movent, quoniam ad imminuendum luctum apti sunt, ab amaris autem illis Andromachae querelis alieniores.

Denique de senum Helenam admiratorum verbis notissimis

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν [4])

quid statuam ambigo. Ubi illud „πολὺν χρόνον" fortasse non est urguendum, quoniam quodvis bellum, etiamsi non multorum sit annorum, multas diuturnasque affert aerumnas. Fortasse tamen satius est concedere ab hoc episodio, quod initio belli

1) Ω 765 sq.
2) Cf. τ 222 sq.
3) Z 414—420.
4) Γ 156 sq.

Digitized by Google

unice est aptum, verba illa esse aliena. Potuit autem πόνον καὶ κήδεα dici, potuere alia.

At quantilla sunt haec, quam rara, quam exigui singula sunt momenti si ad totius Iliadis molem exigantur!

De Odyssea autem nunc taceo; quamquam ne huic quidem firmiter inhaerere sive decem illum annorum numerum, sive numerum duplicatum annorum, per quos patria caruisse Ulixes vulgo fertur, nemo non suspicetur. Aliquanto tamen firmius hi numeri inhaerent ... non dico fabulae Ulixis quam Achillis: immo ab utraque primitus alieni fuerunt; sed Odysseae nostrae tanto firmius inhaerent quam Iliadi quanto Telemachus firmius inhaeret Odysseae quam Iliadi Neoptolemus. Nam per annos illos viginti puerulus, quem domi reliquit Ulixes cum in bellum Troianum profectus est, excrevit in iuvenem quem novimus regis officiis haud imparem patrisque mox strenuum defensorem.

Sagittarii ad uxorem redeuntis fabula vetusta non norat multorum illud annorum intervallum, sed in Odyssea nostra si quis non toleret, discerpendum ei erit ipsum carmen. In Iliade vero nostra qui toleret, carminis quod traditum accepimus suo pretio aestimandi facultatem ipse sibi adimat; nam NUPER in Troadem duce Calchante pervenisse Achivi dicuntur inde a primis Iliadis versibus usque ad ultimos.

XXVI.

HELENAE ENCOMIUM.

„Non humilis mulier!"

Horatii haec verba annis abhinc quadraginta scripsit Adolphus Stahr in fronte libri quo Cleopatrae famam ab obtrectantium malitia splendide defendit. Aequius nimirum de Aegypti regina iudicavit poeta Romanus quam alii multi inter eius aequales.

Idem poeta *„turpem adulteram"* vocavit reginam illam, ob quam cum Asia Europam aliquando conflixisse ferebant priscae

Digitized by Google

fabulae Graecorum, et contemtum suum magis etiam aperte prolocutus dixit belli Troiani causam fuisse ... pudet edere vocabulum e suburra petitum, quo significavit ille τὴν Διὸς ἐκγεγαυῖαν. Erat ei Helena Clodiae alicuius instar; sic de Salabaccho Cynnoque aliisque Clytaemestris quadrantariis locuti sunt comici Graeci.

Satisne aequa haec quoque Horatii fuit sententia?

Ah, quantum ab illa Helena, quam prisci vates cecinerunt, mutata est quae sic a sero natis poetis impune proscinditur. Impune? ... Immo ita eos ulta est Iovis filia ut olim Stesichorum. Nam in plena vetustae poesis luce caecutiunt, nec iam cernunt illam quam carmina epica exhibent Menelai uxorem. Ipsum adeo epos Homericum eos latet: caecutiunt! Nisi autem calumniatores se agnoverint et „οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος!" ex animi sententia cum Stesichoro clamaverint, visum non sunt recuperaturi, sed pergent ignorare divinam illam prolis caelestis formam, ἀχλύος τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπούσης.

Nam INSONTEM Helenam celebravit priscum epos.

Id quod haud inutile fortasse fuerit etiamnunc exposuisse.

Quod opus gratissimum aggressuri mittimus mythum antiquissimum, cui non mulier terrestris fuit Helena. In arce caelesti abditam non norunt quae ad nos pervenerunt Graecorum carmina, licet aevi prioris vestigium aliquod etiam servet epitheton illud „Διὸς ἐκγεγαυῖα". Divinae quidem stirpis divinaeque formae Homero est Helena, sed mulier, non dea; in terra degit, non in aethere: moenibus Troiae, non nubibus conglobatis inclusa est.

Est igitur poetis epicis id quod formosissima et nobilissima quaeque iis fuit mulier. Puellas ἀλφεσιβοίας a procis certatim expetitas patres ingentibus ἐϝέδνοισι vendebant ei ὃς πλεῖστα πόροι. Novo igitur marito opum pars longe pretiosissima exinde futura erat uxor, et Protesilaus aliquis vel Iphidamas si recens nuptus bello absumitur, miserantur poetae adolescentem, qui frustra tam multa impenderit:

οὐ γὰρ ἐϝῆς ἀλόχοιο χάριν ϝίδε· πολλὰ δ' ἔδωκε!

Itaque etiam ad Tyndareum tunc, cum nubilis fuit filia eius formosissima, undique convenerunt proci,

πολλὰ δ' ἔϝεδν' ἔδιδον, μέγα γὰρ κλέος ἧσκε γυναικός.

Digitized by Google

Aere, auro, pretiosissimis quibusque oblatis donis eum sollicitarunt; nam quivis optabat

Ἀργείης Ἑλένης πόσις ἔμμεναι ἠυκόμοιο.

Emit autem eam Menelaus, quippe qui

κτήνεσσιν Ἀχαιῶν Φέρτατος ἦεν [1]).

Non in Homeri tamen carminibus sic eam duxit uxorem. His enim *Iovis filia* est Helena, neque alterius patris, quem iusta conubia monstraverint, in iis fit mentio [2]). Pater autem hominumque deumque quoniam boves non emit neque vendit puellas, de Helena μυρίοισιν ἐρέδνοισι emta non iam licet cogitare. Sed quocumque modo acceptam — nam tacent de ea re carmina antiquissima, nec mirum, quoniam Menelaus quoque deus fuit primitus! — rex Spartae eam utpote thesaurum longe pretiosissimum servavit fovitque. Beatum se sensit maritus ille, cui postea vita perpetua in Elysio est concessa, utpote Iovis genero [3]).

Venit praedo Troianus, qui hospitio magnifice acceptus [4]) mox Menelao absente [5]) Helenam καὶ κτήματ' ἄμ' αὐτῇ [6]) abripuit, nihil curans feminae clamores stridulos iramque impotentem, eius ὀρμήματά τε στοναχάς τε [7]). Frustra illa clamavit: nullus erat maritus qui eius βοῆς τε καὶ ἐλκηθμοῖο πύθοιτο [8]). Incolumis Paris cum praeda sua pervenit in patriam.

At mox is quem spoliaverat Menelaus Troiam venit ad res repetundas, Ulixe adsumto legationis socio [9]). Reddi iussit quae vi et mala fraude Paris detraxit; cui si aequa petenti Troiani obtemperassent, opibus et uxore recuperatis laetus contentusque

---

1) Cf. novum Hesiodi fragmentum, quod praebuit papyrus Berolinensis 9739 (Hes. fr. 94 Rzach).

2) Mitto nunc Odysseae versus recentes λ 298 sq. et ω 199.

3) δ 561 sqq.

4) Γ 354.

5) Sic certe Cypria. Tacent ea de re Ilias et Odyssea, sed per se id intellegitur; nam maritus si adfuisset, fieri non poterat quin tutaretur uxorem. Cf. etiam Γ 232 sq.

6) Γ 70—72, 255, 458 alibi.

7) B 356, 590. Quae verba quod „*luctum cuius causa extiterit Helena*" interpretatus est Aristarchus, patet eius quoque menti firmiter inhaesisse illam de Helenae culpa opinionem et plus valuisse quam interiorem qua praepollebat dictionis Homericae scientiam.

8) De Andromacha dicta haec verba (Z 465) hic affero, quoniam ad versus modo e libro B allatos recte interpretandos sunt utilia.

9) Γ 205 sqq. Λ 140.

Digitized by Google

rediturus erat. Sed Paridis Veneris auxilio superbientis et amore occaecati sententia in Troianorum senatu superior fuit, itaque re non impetrata Priamo bellum indixere legati, dein Atridae copiis collectis Troadem invaserunt.

Interim Helena degebat in Paridis aedibus — huius iam facta ἄλοχος, non κουριδίη quidem, utpote aliis prius initis nuptiis, iusta tamen et honorata [1]). Levirum iam habebat Hectorem, socerum Priamum, glorem Laodicen, ianitricem Andromacham, nec quisquam in aula Priami tam fuit iniquus ut mulieri succenseret immerenti. „Οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί" Priami ad eam sunt verba [2]); Hector quoque, quantumvis Paridi iratus, Helenae tamen benevolum se praestabat [3]). Sed in peregrinae regiae illo splendore desiderabat

πρότερόν τε πόσιν πηούς τε φίλους τε [4]).

Corpus Lacedaemone avellere potuit regius latro, cor non potuit: κλαίουσα ἐτετήκει [5]).

Adsunt tandem amici. Volat in moenia, dum in acie extra urbem versatur novus eius dominus Paris: — cernit Agamemnonem, Aiacem, ceteros, ipsum cernit Menelaum! adsunt qui eam liberaturi venerunt! Spe elata prospicit, ... at e pugna singulari, qua de sorte sua decretum iri audivit, incolumis redit is quem iustam sceleris poenam hodie luiturum speraverat.

„ἦλυθες ἐκ πολέμοι'; ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι
ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ, ὃς ἐμὸς πρότερος πόσις ἦεν!" [6])

his verbis Paridem increpat, postquam ab ipsa Venere minis compulsa in eius aedes rediit invita et magis etiam quam antea eum exosa [7]).

Saevit iam bellum circa moenia Troiae. Cecidit optimus quisque Graecorum, cecidit Troum; mortui sunt Patroclus et Achilles, mortuus est Hector, et ipse mortuus est Paris. Tandem

---

1) Γ 329 Ω 763 al.
2) Γ 164. Praeterea cf. Γ 130 et Ω 770.
3) Ω 767.
4) Γ 140, 162.
5) Γ 176. Cf. etiam Z 345 sqq. Ω 764.
6) Γ 428 sq.; mulierem inter amorem recentem et priorem vacillantem agnoscere hoc loco sibi videbatur Nägelsbach.
7) Cf. Z 345–353.

Digitized by Google

callida fraude, non vi aperta urbem tentare placet; struitur equus ligneus, interimque Ulixes mendici sumto habitu speculator in urbem penetrat, simul ad Helenam salutis mox affuturae nuntium perlaturus. Una Helena eum agnoscit, et postquam clam ceteris interrogata iureiurando confirmavit fidum etiamnunc sibi erga suos esse animum, non produturam igitur Troianis Achivorum consilia, omnia ex eo audit [1]).

Incolumis postquam Ulixes ad suos in castra rediit, ingens ille equus struitur et a Troianis dementibus intra moenia recipitur. Iamque stat urbis loco edito; vidit eum Helena, scit quid alvo capaci celet, et gaudio mentem occaecante ipsoque numine impellente vesperi incautius illuc properat vera femina, solam se rata nimirum. Alta voce reges intus latitantes vocat. At non erat sola, — proximus stabat Deiphobus clam secutus, et nisi Ulixes ea qua ceteros mortales superabat prudentia usus sodales cum ipso inclusos retinuisset quominus Helenae responderent, detecta erat fraus et equo a Troianis diruto occidissent insidiatores. Nunc Ulixis illa cautela in cassum cecidit consilium quod deus Troiae tutelaris ad urbem etiam servandam inierat ultimum: fraudem non aperuit temeritas feminea, sed abduxit eam Minerva Ulixis patrona [2]). Illa nocte capta est Troia et diruta, cum Helena domum rediit Menelaus, et post iter diuturnum, in quo etiam in Aegyptum pervenerunt [3]), in patriam redux Spartae regnavit beatus denuo uxoris honoratissimae maritus.

Quam potui brevissime enarravi quae de Helena referuntur in Iliade et Odyssea: non partes aliquas utriusque carminis dico, sed totam Iliadem totamque Odysseam [4]). Ad sua recuperanda in Troadem venit Menelaus: sua postquam recuperavit laetus in patriam redit. Honorem autem laesum neque ante

---

1) δ 244–256. Item Parva Ilias.

2) δ 271—289.

3) δ 125—130, 228—230, 351 sqq.

4) Dissimillima sunt quae leguntur in Ebelingi Lexico Homerico s.v. Ἑλένη: „... Paris eam abduxit volentem Γ 174 δ 261 ... decimo belli anno ab Iride accita de muro urbis prospectat exercitum Graecorum Γ 120 ... etiam post ea operam dedit ut Graecos deciperet δ 261 ... Graecos ligneo equo inclusos fraude in summum discriminis adduxit δ 290 ..."

Digitized by Google

urbem captam est questus, neque laesum etiam putavit cum denuo Helenam suam tenuit; κτήματ' ἐλὼν ἐὺ πάντα γυναῖκά τε ποίκαδ' ἀπῆλθε — quid plura! Sic poculum aliquod pretiosissimum si fraude sibi surreptum recuperasset, non minus libenter quam antea in conviviis usurpaturus erat, etiamsi furem aliquantisper eo usum compertum habuisset.

Scilicet heroico illo aevo mulier res erat, quae pretio emitur, mercimonium in paucis pretiosum, mercimonium tamen, κτῆμά τι, cui suum perstat pretium dum detrimentum non capit.

At „turpis" — vel etiam pulcherrima — illa „adultera" ubi est?

Nusquam comparuit, nusquam vir fidem coniugalem laesam ulturus. Scelesta non fuit Helena, neque ea cui Menelaus eiusve socii succenserent. Salutem ei affert maritus, non cum minis strictove gladio adest inter Ilii ruentis incendia.

Sed quae resplendent denigrare saeculum est. Non noluisse se abripi Helenam, gratam esse vim istam ... non puellis solis sed et feminis nuptis, suspicatum est aevum recentius nimisque callidum, cum praesertim sensim percrebruisset opinio illa, de qua supra disputavimus, per annos complures ante Troiam bellatum et Helenam illic commoratam esse. Itaque „μετὰ τὴν μεῖξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθεμένους νυκτὸς ἀποπλέοντας" Paridem et Helenam ostendebat carmen τὰ Κύπρια [1]) et fatuus iam visus est Menelaus ille, qui laetus suam nec iam suam uxorem domum tandem reduxisset post diuturnos amores peregre transactos: „σωφρόνων γὰρ ἀνδρῶν ἔργον τὸ ἁρπασθεισῶν γυναικῶν μηδεμίαν ὥρην ἔχειν, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλοντο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο" [2]).

Itaque fuit qui fingeret capta urbe iratum in eam irruisse maritum, sed niveo pectore adspecto cum telo abiecisse ultionis consilium et precibus victum in gratiam cum pristina uxore rediisse. Parvae Iliadis et Ibyci hanc Helenam novimus ex Euripide et e compluribus etiam rudioris artis imaginibus [3]).

---

1) Proclus in Chrestomathia. In hac narrationis parte haud exiguum inter Iliadem et Cypria carmina fuisse discrimen etiam Herodotus testis est II 117.

2) Herodot. I 4.

3) Cf. schol. Aristoph. Lys. 155 sq. Eur. Andromach. 629 Helbig Epos[1] p. 124 sq. Roscher Myth. Lex. I 1946.

Digitized by Google

Alii contra exorti sunt qui famae filiae Iovis consulendum rati non veram Helenam sed fictam aliquam a Paride abductam esse commenti sunt: Menelaus eiusque socii dum Troiam oppugnabant, in Aegypto eius uxorem puram intactamque latitasse, inde post bellum finitum in patriam ab eo reductam esse. Haec fuit ἡ καινὴ ἐκείνη Ἑλένη Stesichori, quam ex Herodoto [1]) et praesertim ex Euripidis dramate satis habemus cognitam, — non erat illa quam cecinerat Homerus. Hic non de larva nescio qua sed de vera divinaque muliere pugnantes ostenderat heroas.

Exinde inter homines disputatum est sonsne an insons fuisset uxor Menelai, moechane an praeda invita, et argumentum aptum declamationum Gorgiis Isocratis Polycratis Anaximenis praebere est visa. Ad quam collaudandam si quis olim surrexisset, „at quis eam culpat!" rogavissent audientes, ut Spartiata ille Herculis laudationem deprecans. Latius vero accusantium semper resonuit vox quam defendentium, quoniam maior erat auctoritas Homeri, qui ipsam, quam Stesichori, qui fallacem aliquam eius imaginem inter Troianos commoratam ferebat. Et sic Helena in scena Euripidea et apud posteros abiit in impuram illam adulteram, cuius scelus ferro ignique Asiam commiscuisset, belli internecivi causa teterrima.

Et tamen ad tantum dedecus diluendum non sophistarum aliqua artificia recentiorumve poetarum inventa ingeniosiora quam probabiliora requirebantur, sed plane sufficiebant accurate lecta illa carmina Homerica, quae cultissimus quisque veterum memoriter tenebat tota. Sponte patriam reliquisse Helenam, a formoso iuvene pellectam, non invitam esse abductam, ne suspicari quidem nos sinunt prisci poetae verba clara et indubitata. Nullus hic suspicionibus locus. Pellexit ancillam mercator ille Sidonius, et postquam dulci lege amoris subiectam tenuit, ut abreptis domini opibus per mare in patriam longinquam se sequeretur haud difficulter permovit. Prius mulierculam corrupit:

πρῶτ' ἐμίγη κοίλῃ παρὰ νηὶ
εὐνῇ καὶ Φιλότητι, τά τε Φρένας ἠπεροπεύει
θηλυτέρῃσι γυναιξί [2]),

1) Herodot. II 113—120.
2) o 420—422.

Digitized by Google

dein nave eam secum abduxit ἑκὼν ἑκοῦσαν. Paris vero cum reginam Lacaenam abripuisset nihil eiusmodi suspicatam et frustra ut sibi succurreretur clamantem, postquam in tutum pervenit ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι, tum demum mulieris innocentissimae pudicitiam vi vicit et

νήσῳ ἐνὶ Κρανάῃ ἐμίγη Φιλότητι καὶ εὐνῇ [1]).

Itaque, ut Gorgiae verbis peroremus: πῶς οὖν χρὴ δίκαιον ἡγήσασθαι τὸν τῆς Ἑλένης μῶμον, ἥτις ... πάντως διαφεύγει τὴν αἰτίαν; Id unum addo, de *Homerica* Helena locutum me sola. De qua licetne hoc quoque addere Gorgiae verbulum: ἀφεῖλον τῷ λόγῳ τὴν δύσκλειαν, an error nunc me ludit amabilis? Utut id est, non, ut ille, Ἑλένης μὲν ἐγκώμιον ἐμὸν δὲ παίγνιον scribere volui, sed quicquid scripsi, scripsi serio; nam firmiter mihi persuasum est Iliade Odysseave perfrui non posse nisi eum cui illa δῖα γυναικῶν Ἀρτεμίδι τετικυῖα a patre Iove haud quaquam videatur degenerata. Is demum ex animi sententia dicere potest id quod formam divinam admirati dixere senes Troiani:

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πόνον καὶ κήδεα πάσχειν!

Sed aevi recentioris mutataeque sensim mentis hominum nisi in Helenae quoque Homericae imagine, ut in ceterorum heroum heroinarumque imaginibus, aliqua hodie apparerent vestigia, miraculi id foret instar, quoniam πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει. Itaque si cui perlecta hac scriptione parum sit persuasum, nullo negotio colligere aut ab aliis collectos indicare poterit discrepantes aliquot Iliadis Odysseaeque versus. Non multos tamen proferre habebit, nam nisi parum diligenter quaesivi aut de Helena scribens et ipse iam caecutivi, perpauca eiusmodi vestigia in carminum epicorum textu tradito Helenae Homericae speciem deturpant.

Odysseae locis duobus Helena claris verbis accusatur. Altero

---

1) Γ 443—445.

Digitized by Google

ipsa culpae consciam se dicit. Ulixes enim multis Troianis occisis cum incolumis ex urbe evasisset, in quam callida fraude speculator se insinuaverat, „*ceterae Troianae*" Helena ait

„λίγ' ἐκώκυον, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
'χαῖρ', ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη 'τέτραπτο νέεσθαι
ἂψ ϝοῖκόνδ', ἀάτην δὲ μετέστενον, ἣν 'Αφροδίτη
'δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε Φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης,
παῖδά τ' ἐμὴν νοσφισσαμένην θάλαμόν τε πόσιν τε
οὔ τεο δευόμενον, οὔτ' ἂρ Φρένας οὔτε τι ϝεῖδος" [1]).

Hic recentioris aevi percipi vocem non ego sum qui negem. Sed accuratius aurem attendentibus sola 'τέτραπτο et ἀάτην discrepare videntur a prisci carminis sono; cetera de ea quae vi suis erepta fuerit dici potuerunt aptissime, neque est Helenae nunc, postquam annos aliquot cum Menelao denuo transegit, coram illo et iuvene hospite se ipsam incusare. De culpa sua, si qua fuisset, nunc certe tacere et poterat et debebat. At substituamus (exempli causa): ἐπεὶ αἰεί μοι κραδίη ὥρμαινε νέεσθαι et: αἶσαν δὲ μετέστενον, et apta erunt omnia optimeque cum vicinis cohaerebunt. „*Ceterae lugebant, at ego gaudebam, semper enim redire avebam ad optimum maritum natamque dulcissimam*".

Verbo autem νοσφίσσασθαι non subest culpae voluntariae notio, sed ita nunc est accipiendum ut ἕπεσθαι et λιπεῖν in Helenae ad Priamum verbis hisce:

ὥς μ' ὄφελεν θάνατος ϝαδέμεν κακός, ὀππότε δεῦρο
υἷέι σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα
παῖδά τε τηλυγέτην καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινήν.
ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο· τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα [2]).

Quo loco ne quis in similem errorem incidat satis cautum est verbis ultimis, quae sic haec interpretari nos cogunt: „*utinam mortem mihi conscivissem ipsa cum a meis sum abrepta! Sed dolere me diis placitum*".

---

1) δ 260—264.

2) Γ 173—176. In primo horum versuum pronomen μοι, quod codices habent post θάνατος, suo loco collocavit Monro δ μακαρίτης. Filia Helenae (Hermione) praeterea etiam δ 14 commemoratur; quam priscae fabulae ignotam fuisse arbitror, et multi opinor arbitrantur, sed a nostro argumento aliena est haec quaestio.

Digitized by Google

Alterum Odysseae locum modo hunc dicebam:

οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα
ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
εἰ Τρῶες ὄφελλον ὅ μιν αὖτις ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν
ἀξέμεναι τοῖσίνδε φίλην εἰς πατρίδ' ἔμελλον.
τὴν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὥρορε τέργον ἀρείκες,
τὴν δ' ἀάτην οὐ πρόσθεν ἐτῷ ἐγκάτθετο θυμῷ
λυγρήν, ἐξ ἧς πρῶτα καὶ ἡμέας ἵκετο πένθος [1]).

Penelopae haec sunt verba. Quae quoniam minime cohaerent cum vicinis, Aristarchus obelis hos versus notavit utpote ab argumento alienos. Itaque qui sapit ad criminandam Helenam Homericam iis non utetur. Nam aut de Helena tacere debuit nunc Penelope aut haec dicere: „*semper diffido hospitibus, Helenae illius memor, quae non fuisset abrepta in regionem longinquam nisi decepisset eam vir peregrinus*". Nimis credula, parum cauta, non parum casta fuisse Menelai uxor dicenda erat. Vide autem quam leni manu id ... non dico ea ipsa quae cecinit priscus poeta, — οὐ γὰρ οὕτω μαίνομαι! — sed id quod in contextum optime quadret e verbis traditis possit effingi:

οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα
ἀνδρὶ περ ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
εἰ Τρῶες ὅτι μιν ξεῖνος νήεσσιν ἔμελλεν
ἀξέμεναι Τροίηνδε φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν.
τὸν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὥρορε τέργον ἀρείκες,
ἣ δ' ἀάτην [2]) οὐ πρόσθεν ἐτῷ ἐγκάθετο θυμῷ
λυγρήν, ἐξ ἧς πρῶτα καὶ ἡμέας ἵκετο πένθος.

Nullum iam Helenae crimen, sed in unum Paridem omnis culpa reicitur.

Etiam pauciores versus Helenae infestos habet Ilias, immo habet nullum, sed habet vocem κύνα vel κυνώπιδα, qua semel et iterum ipsa se increpat Helena. Et concedo sane non satis apta esse illa vocabula in ore feminae nulla culpa pallescentis. At sine viciniae ullo damno removeri possunt versus qui huc faciunt; quos excribam et cancellis meam de iis opinionem

1) ψ 218—224.
2) An ἀπάτην?

Digitized by Google

significabo. Primo loco de Agamemnone ad Priamum Helena loquitur:

οὗτός γ' Ἀτρεΐδης, εὐρὺ κρείων Ἀγαμέμνων,
ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.
[δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἦσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔεν γε.] [1])

Secundo cum Hectore confabulatur:

[δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνοο κρυοέσσης,]
ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ,
οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ θανάτοιο θύελλα!
κτέ.
ἀλλ' ἄγε νῦν εἴσελθε καὶ ἕζεο τῷδ' ἐνὶ δίφρῳ,
δᾶερ, ἐπεὶ σὲ μάλιστα πόνος φρένας ἀμφιβέβηκε
εἵνεκ' ἐμεῖο κυνὸς καὶ Ἀλεξάνδροι' ἕνεκ' ἀρχῆς,
οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, ὡς καὶ ὀπίσσω
ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι [2]).

Horum versuum primum delendum arbitror. Antepaenultimo remedium paratum; scribatur quod iussit vHerwerden: *εἵνεκ' ἐμῆς ἔριδος*, ut in versu parallelo, neque erit quod etiam displiceat.

Simile emblema habet Odyssea, ubi Helena adspecto Telemacho iuvene ad maritum *„nullum unquam"* ait *„vidi mortalem alii tam similem*

ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἱῖ ἐΐκε".
[Τηλεμάχῳ, τὸν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ ῥοίκῳ
κεῖνος ἀνήρ, ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκ' Ἀχαιοὶ
ἦλθεθ' ὑπὸ Τροίην πόλεμον θρασὺν ὀρμαίνοντες.] [3])

Ubi tres quos cancellis inclusi versus deleri iussit vHerwerden [4]), non eam ob causam in qua nos nunc versamur, sed quod puerulus, quem Helenae ne in conspectum quidem olim

---

1) Γ 178—180. Non potest tantum abesse versus tertius sine damno contextus, sed vel aptior est proximus ad claudendum enuntiatum.

2) Ζ 344—358. — Notatu dignum videtur, et hic, ut Β 325 (cf. supra pag. 203) in versu spurio occurrere genitivi terminum *-οο*. Nam verum quin hic restituerit P. Knight pro traditis *κακομηχάνου ὀκρυοέσσης* nullus dubito.

3) δ 143—146.

4) Qui nobis nunc praesertim molesti sunt versus 145 sq., eos pridem damnavit Knight.

Digitized by Google

venisse credibile sit, adolescenti similis perabsurde dicatur. Praeterea primum versum vHerwerden sic mutavit:

ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆι μεγαλήτορι πάντα ἐῒκοικε.

Quem sive sequimur sive tradita verba servamus, ita utique interpretandus est hic versus ut Helena dicat: *tam similis hic iuvenis est Ulixi ut huius filium esse certum ducam.*

Commemorandi sunt etiam pauci quidam versus, unde ne quis testimonia Helenae adversa petat non magnum quidem sed aliquod tamen est periculum.

Nego igitur eiusmodi quid inesse voci Achillis ob sodalem trucidatum desperantis: „διογενὴς Ἑλένη" [1]). Nam etiam innocentissimae feminae nomen horrificum facere potuerunt mala quorum illa extitit causa, ex Achille autem aequum nunc de ea iudicium non est expectandum.

De fine τῆς Τειχοσκοπίας quid statuam ambigo. Ubi de fratribus Helena:

„ἦ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἔξ ἐρατεινῆς,
ἦ δεῦρο μὲν ἔποντο νέεσσ' ἔνι ποντοπόροισι,
νῦν αὖτ' οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν".
[αἴσχεα δεδριότες καὶ ὀνείδεα, πόλλ' ἅ μοί ἐστι].
ὣς ἔφατο, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα
ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ [2]).

Non quo negem spurium esse quem inclusi versum, fortasse etiam sequentem, quem damnabat Knight, et ultimum, quem praeterea eiecit Koechly, sed quod, etiamsi serventur omnes, culpae tamen hic locus nullam habeat confessionem. Nam dedecori utique fratribus videri potuit soror marito erepta, etiamsi invita abrepta esset.

Mortuum Hectorem lugentis Helenae verba:

„οὐ γάρ τίς μοι ἔτ' ἄλλος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
ἤπιος οὐδὲ φίλος, πάντες δέ με πεφρίκασι" [3])

---

1) Τ 325. 2) Γ 239 sqq.
3) Ω 774 sq.

Digitized by Google

commemoro quidem, ne quid reticuisse dici possim, sed addo nullius nunc ea nobis esse momenti, nam eadem ratione atque illud „ῥιγεδανή" esse interpretanda.

Irata autem quae ad Venerem Helena dicit:

„οὕνεκα δὴ νῦν δῖον Ἀλέξανδρον Μενέλαος
νικήσας ἐθέλει στυγερὴν ἐμὲ τοίκαδ' ἄγεσθαι,
τούνεκα δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;" [1])

tantum abest ut sint se ipsam criminantis, ut potius ad contrarium demonstrandum sufficiant. Adiectivum tamen στυγερήν molestum; sed etiamsi flagitiosissimam fingamus Helenam, vel sic id in hoc contextu incommodum maneat. Aptius foret exempli causa:

νικήσας ἐθέλει με πάλιν τοῖκόνδ' ἀνάγεσθαι.

De versu denique

ὣς Φάτο, τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε [2])

taceri nunc posset, immo deberet, est enim ab argumento nostro plane alienus, nisi infelicissime eum interpretatus Aristarchus Helenam *amoris stimulo incitatam* nunc dici perhibuisset, dein delens viginti tres versus proximos. Tribuatur modo verbo ὀρῖναι ea vis quae ei est propria, dici enim solet de iis quorum animus spectaculo inexpectato feritur atque perturbatur, nihilque habebunt haec verba quod nos detineat.

I nunc et talibus testimoniis fretus damna Helenam illam, quam cecinit Homerus. Ne Philocleon quidem aliquis id sustineat, opinor. Ista si cui sufficere videantur ad magni nominis, immo ad carminis immortalis, cuius Helena veluti centrum obtinet, splendorem offuscandum, nae οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν norit ille oportet.

---

1) Γ 403 sqq.
2) Γ 395.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

Epanalepsi quae dicitur epicis versibus compluribus adduntur nervi et robur; alibi minus placet, nusquam autem aeque est molesta atque primo ubi occurrit loco Iliadis, B 671 sqq.:

Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεύς, Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ϝίλιον ἦλθε.

Cuiusmodi nihil legitur alibi in Homericis, et certum videtur non ipsi poetae deberi ter repetitum illud Nirei nomen. Non quo adstipuler Zenodoto versum 673 damnanti; quem et genuinum duco et integrum. Sed *secundum* illud Νιρεύς corruptum est, si quid video, non tertium; quid autem sit scribendum indicat ordo quo poeta eius parentes commemoravit. Prius matris, dein patris edit nomen ... quam ob causam? Quod clarior quam regis patris fuit matris origo; ni fuisset, nulla nunc eius fieret mentio. Non *mortalis* nimirum femina fuit Aglaia illa, sed ... quid? *Nympha* fuit, opinor; itaque sic scribamus, neque erit quod displiceat aut suspicionem moveat:

Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
νύμφης Ἀγλαΐης υἱὸς Χάροπός τε [1]) ϝάνακτος·
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ϝίλιον ἦλθε.

Eodem autem remedio sanandus videtur versus vicinus B 865, ubi Mesthles et Antiphus Maeonum duces dicuntur

υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίῃ τέκε λίμνῃ.

Mirati sunt interpretes dictionem insolitam et *quomodo* Talaemeni eos peperisset lacus rogarunt. Quapropter fuere qui adscripto iota in deterius litteras traditas mutarent. Mihi dubium non videtur quin olim fuerit:

υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίῃ τέκε νύμφῃ.

Confero autem Achillis ad caesum Iphitionem, ὃν νύμφη τέκε νηὶς Ὀτρυντῆι πτολιπόρθῳ, verba (Υ 389 sq.):

κεῖσ' Ὀτρυντείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·
ἐνθάδε τοι θάνατος, γενεὴ δέ τοί ἐστ' ἐπὶ λίμνῃ
Γυγαίῃ.

v. L.

1) Sic Brandreth.

Digitized by Google

AD CALLIMACHUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Etiam hodie sunt qui Callimacho fidem habeant, quum canat, fragmt. est 442, *ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω*, quocum convenit *Hymn.* V 56: *μῦθος δ' οὐκ ἐμὸς ἀλλ' ἑτέρων*, sed poeta nos ludificatur. Non tantum colores ubique de suo addidit, sed ipsas de immortalibus diis fabulas arbitratu suo decurtavit et supplevit. Fortasse satis est sic simpliciter affirmare quod ipsa rei natura comprobat; sed exempla non desunt quibus demonstres quod vero nomine probatione non indiget. Veluti traditum fuit summo Iovi coelum sortito obvenisse: negat hoc Callimachus et veterum vatum somnia haud obscure coarguit:

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί,

ut scribit *Hymn.* I 60. Est tamen argumentum quod affert pumice levius:

ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖσον ἔχουσι.

Ipsi autem satis est, dummodo probabiliter mentiatur: *ψευδοίμην ἀίοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.*, quod disertum testimonium est et habemus confitentem reum. — Ceterum non intercedo quominus Callimachus nobis sit doctissimus grammaticorum, sed poetam valde mediocrem fuisse contendo. Fieri potest ut Hymni quos solos habemus reliquis carminibus fuerint multo peiores atque imprimis Elegiae fama apud aequales celebratae fuerunt possumusque adeo suspicari, quum aliquammulta fragmenta supersint, haud immerito Hecalen prae ceteris plausu

Digitized by Google

exceptam fuisse; sed nos velimus nolimus non possumus iudicare nisi de iis quae supersunt et mihi quidem Hymni vix digni visi sunt, quibus corrigendis multum operae insumerem. Ipsos veteres non latuit quam multa in Callimacho poeta desiderarentur. Concedo Quinctilianum X 58 poetam elegiae principem appellavisse et de Catullo, qui Comam Berenices libere vertit, anceps est iudicium quid senserit. Sed Propertius certe II 1. 40:

Sed neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus
Intonet *angusto pectore* Callimachus.,

neque multo aliter Ovidius Rem. Amor. 381:

Callimachi numeris non est dicendus Achilles;
Cydippe non est oris, Homere, tui.

Nimirum Romani poetam Alexandrinum imitantur, quum alium non habeant meliorem; hinc idem ille Ovidius Amor. I 14:

Battiades semper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Ille tamen eundem quem sequebatur longe longeque superavit in fabula de Erysichthone et mirum ni Philemon et Baucis ipsam Hecalen magno intervallo post se reliquerunt.

Sed alia testimonia disertiora sunt. Misso Apollonio, quem *Anthol. Palat.* XII 275 scripsisse arbitror: Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς, ecce Lucianus *Quom. Hist.* 57 Homerum laudat, qui ποιητὴς ὢν παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα καὶ τὸν Τιτυὸν καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἶει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισεν; Quid autem Damascius apud Suidam? Σεβηριανός, inquit, ἀπὸ Δαμασκοῦ — τὰ μὲν τῶν ἄλλων ποιητῶν ἀπεδέχετο μετρίως, τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν, οὐκ ἔφιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν Λίβυν ποιητήν· ἀνιώμενος δ' ἐπὶ μᾶλλον ἤδη πολλαχοῦ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυσε. Longius progressus Proculus in Timaeum Platonis I p. 28 etiam criticam facultatem homini denegavit: μάτην φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς. Convenit Photius Bibl. cod. 265 p. 491. 29 Bk.: καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλές, Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος οὐδ' ἱκανὸς

Digitized by Google

ὧν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει, de quo loco alia multa vide apud Schneiderum II p. 322.

Sed ut postremum hoc sit in incerto positum neque arcto vinculo cohaereat cum eo quod agimus, prorsus admirabilis opera est quam Bentleius posuit in Callimachi fragmentis colligendis et disponendis: exemplum est insuperabile quod omnes qui in simili negotio aliquando occupati fuerunt, suo quisque modo imitari sunt conati. Quas autem ille meruit insignes laudes, Dawesium instigarunt ut bis in Callimachum inveheretur. *Miscell.* p. 157 invenio: „de hymnorum Poetae illius nomine cohonestatorum auctore seu potius auctoribus quid sentiamus, hodie tacebimus; cras fortassis re accuratius perpensa exposituri." Nec tamen umquam fidem solvit, nam de hoc argumento nihil praeterea apud Dawesium invenio nisi p. 479: „video quidem in stolidissimo quodam hymno Callimachi [in Cerer. 111], si diis placet, nomine insignito τριτυλλάβως repraesentari αἴλουρον. Sed plura ibi reperiuntur, ut materiei futilitatem mittam, adversus cum sermonis tum metri indolem peccata, quam quae huius loci esse mereantur." Etiamsi αἰέλουρος verior forma fuerit quam αἴλουρος, non tamen continuo poetae, quum metri necessitate urgueretur, in barbam involabimus et concedendum est Dawesium argumento usum fuisse admodum infirmo. Nec tamen cum Piersono faciam ad Moeridem p. 36: „Dawesio nomen αἴλουρος adeo displicuit, ut propterea praecipue *divinum* illum Callimachi in Cererem Hymnum stolidum ausus fuerit pronunciare, et tanquam spurium et Poeta indignum reiicere. Sed satis poenarum dedit Dorvillio ad Charitonem p. 275." Quodsi autem quaeris quid tandem ab Dorvillio contra Dawesium prolatum fuerit, locum si inspexeris praeter quaedam convicia nihil prorsus reperies. Odia τῶν ἀρχαιοτέρων oblivione sepelienda.

Etiam in hac literarum luce nondum penitus superstitio ex nostris castris alio avolavit. Meinekius, cui patrum aetas paucos pares vidit, fecerat quod potuerat ut Callimachum excusaret, nam fugere eum neutiquam poterant et rerum ipsarum in Callimacho absurditas et verborum improprietas. Supervenit Cobetus in *Mnem.* 1861 et in lepida commentatione hoc egit ut osten deret quam nihil esset cur Callimachum absolveret; hic si um-

Digitized by Google

quam eius sermo omni leporum genere conditus fuit adeo ut ii quoque, qui ab nostris studiis alieni sunt, sale vere Attico delectarentur et germanas Cobeti facetias in ore ferrent, etiamsi Hymnos numquam fortasse vel legissent vel curarent legere. Paucis annis post secutus est Schneiderus, qui quum summam ad opus attulisset industriam nec vulgare iudicii acumen ubique ostenderet, tamen natura morosus fuit et ioca Cobetiana severe et tristi vultu redarguere conatus est. Popularibus meis, τῇ ἐλευθεροστομίᾳ ἐντεθραμμένοις, etiamsi huius editoris doctrinam libenter agnoscant, diversum ingenium natura tribuit et qui post Schneiderum in hanc arenam descenderunt — sunt autem inter nostrates Polacius et Kuiperus — haud obscure significaverunt se non frustra didicisse quid distarent aera lupinis.

Complura Cobetus apud Callimachum excerpsit valde ridicula necdum exhausta copia est. Veluti, ne plane ἀσύμβολος ipse abeam, quam est stulte excogitatum Dianam ἔτι κουρίζουσαν, *Hymn.* III 16, petere ut pater sibi concedat viginti Nymphas quae caligas curent et canes:

δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας,
αἵτε μοι ἐνδρομίδας τε καὶ ὁππότε μηκέτι λύγκας
μηδ' ἐλάφους βάλλοιμι, θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.,

de quo loco minime vulgaria Spanhemius adscripsit p. 180; mihi autem numerus viginti Nympharum ad servilia ministeria praestanda risum movet. Mox pollicetur venatrix vs. 86 se quam ceperit bestiam, eam Cyclopibus vescendam esse daturam:

αἰ δέ κ' ἐγὼ τόξοις μονιὸν δάκος ἤ τι πέλωρον
θηρίον ἀγρεύσω, τόδε κεν Κύκλωπες ἔδοιεν.,

sed nonne poeticae facultatis prorsus expers fuit, qui ita deorum vitas fingere sustinuerit, ut ex aula Ptolemaeorum regia omnia sine mora transferrentur in palatia coeli? Nec tamen minus Dianam domum reversam cupide expectat Hercules vs. 147:

ἔσηκε πρὸ πυλέων ποτιδέγμενος εἴ τι φέρουσα
νεῖαι πῖον ἔδεσμα· θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ
ἄλληκτον γελόωσι.

Facile ferimus et ridemus in comoedia Herculem voracem, sed tale quid Hymnum quam maxime dedecet, ni forte credas ridiculos deos poetam celebrare voluisse referendosque esse

Digitized by Google

Hymnos ad nescio quod inauditum comoediae genus. Sic certe Apollo in utero matris, ὑποκόλπιος, clara voce et disertis verbis vaticinatur *Hymn.* IV 86 ipseque vetat vs. 165 ne mater in insula Co se parere velit; huic enim alium deum deberi, nempe Ptolemaeum Philadelphum, nec multo sanius est quod personatus Theocritus finxit Idyll. XXVII. Mihi quidem illa omnia perfecte stulta et portenta potius quam carmina esse videntur: miror etiamnunc esse qui antiquitatis scilicet amore occaecati ad talia conniveant. Suaviter riderent nostrarum literarum osores, si resciscerent quam sint multi qui post longos annos in his studiis consumtos nondum didicerint dignoscere sincera et pulcra ab falsis et ineptis. Sed iam tempus est singulos locos considerare.

Hymn. II, in Apollinem, vs. 32:

χρύσεα τῶπόλλωνι τό τ' ἐνδυτὸν ἥ τ' ἐπιπορπίς
ἥ τε λύρη τό τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον ἥ τε φαρέτρη,
χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα· πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων.

Ἐνδυτόν vestem denotat ac malit quis fortasse mutato accentu ἔνδυτον scribere, quum ἐνδυτός adiectivum sit, de quo accentuum discrimine Lobeckius egit *Paralip.* p. 491. Sed ipsum vocabulum mihi offensioni est: habeat Apollo vestem aurea fibula constrictam: haec enim ἐπιπορπίς est secundum Schneiderum p. 172; habeat auream lyram; habeat aureum arcum cum pharetra; habeat denique aureas caligas; sed eritne aurea quoque vestis? Difficile est credere; non enim nunc sermo est de signo quodam in aede posito, sed de ipso Deo, cui et hieme et aestate aurea vestis pariter incommoda fuerit necesse est. Ab altera parte desidero διαδήματος vel ἀναδήματος mentionem et contuli Schol. Arist. Plut. 589, cui ἀνάδετος est γυναικεῖος κόσμος, ut certe appareat eum nosse substantivum, non tantum adiectivum ἀνάδετος et ἄνδημα apud Pindarum alicubi invenitur. Hinc commendare ausim:

χρύσεα τῶπόλλωνι τό τ' ἄνδετον ἥ τ' ἐπιπορπίς.

Haud dissimili ratione nuper corrigere volui Apollon. Argon. α 368. Scripsi autem ἄνδετον, si quidem ἀνδετόν adiectivum videtur esse.

Digitized by Google

Ibid. vs. 65:

ὥδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐρείδειν.

Sive hanc lectionem probas, sive ὥς ἔμαθεν, quod Kuiperus commendavit p. 205, mirum tamen erit fabrificando Apollinem fabrum fuisse factum, nec didicit, credo, artem, sed mortales docuit, unde malo: ὥς δέδαεν., quae forma in Odyssea quater recurrit. Vs. 46 Callimachus δεδάασιν habet.

Ibid. vs. 79:

θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον, ᾗ ἔνι πολλοί
ὑσάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον ὥ ἄνα ταῦροι.

Displicent haec Meinekio, qui contendit parum convenienter naturae nunc mactatos boves in coxam procumbere, cum in genua et caput caesi procumbant, in coxam autem quiescendi causa vel dormituros. Verum hoc arbitror esse et Schneiderum frustra cavillando eludere voluisse quod negari non potest, quum praesertim veteres rem quotidie oculis suis usurpare possent. Nec tamen minus mihi quoque non placet Meinekii coniectura ἐπ' ἴχνιον, quod nemo facile credet idem esse quod γόνυ. Procumbunt humi boves in poplites: notum hoc; verbi causa Lucret. IV 950:

Brachia palpebraeque cadunt poplitesque procumbunt.

Lucan. I 613:

Victima deposito praebebat poplite collum.

Idem habebimus apud Callimachum hoc modo:

ὑσάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰγνύαν ὥ ἄνα ταῦροι.

Possit quis dubitare de quantitate ultimae syllabae in eo quod est ἰγνύαν, sed vide Theocr. XXVI 17:

πέπλως ἐκ ζωσῆρος ἐπ' ἰγνύαν εἰρύσασαι.,

sed est, fateor, haec lectio non omni dubio maior.

Hymn. III, in Dianam, vs. 24 denuo mihi cum Schneidero res est:

ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα
μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο γυίων.

Est in priore versu secundum Cobetum l.l. p. 419 insuave et durum hyperbaton: dixeris uniuscuiusque esse tale quid observare et rem incurrere in omnium oculos quotquot haec legerint.

Digitized by Google

Contra tamen assurgit Schneiderus, nempe Callimachum saepius ita dixisse, quasi parata nobis venia sit dummodo frequenter peccaverimus. Deinde quaedam exempla affert, in quibus prorsus non video quid admodum notabile sit; veluti primus locus est *Hymn.* III 8: *οὔ σε Φαρέτρην, οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον.* Pergit autem: „Paulo autem durius ad nostrum quidem sensum id hyperbati genus est quod habemus *Hymn.* IV 324: *εὕρετο νύμφη παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελασύν.*" Mihi quidem hoc hyperbaton haud nimis molestum est et certe tolerabile post locum quem Cobetus notavit. Denique Schneiderus suum poetam ut excuset vel certe Cobeti tela utcumque declinet, provocat ad Homerum, *Odyss.* γ 350: *οὐτ' αὐτῷ μαλακῶς οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν*, quod si serio insuave hyperbaton habebitur, cupio mihi ostendi decem continuos suaves hexametros versus.

Impeditus locus est ibid. vs. 90:

τὴν δ' ὁ γενειήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγούς
τρεῖς δὲ παρουαίους, ἕνα δὲ αἰόλον.

Qui *πηγοὶ* canes dicti sint, ignoratur. Secundum Spanhemium p. 232 sunt sive albi sive nigri. „Πηγός", inquit, „non album semper, sed quandoque etiam nigrum denotat." Schneiderus, cui haec ratio merito improbabatur, rem non magis potuit expedire; scribit enim non esse *ἥμισυ πηγούς* qui ex dimidia corporis parte albi sint; malle se intelligere eos quorum color inter album et nigrum interiaceat, ut proinde cinerei sint dicendi; quocirca fortasse praestiterit scribere *ἡμισυπήγους*. Hoc solum quantum video plane constat adiectivum tam obscurum ad colorem referendum esse, ut canibus *πηγοῖς* opponatur canis *αἰόλος*. Sed Pan Venatrici deae praeterea dedit tres canes *παρουατίους*; est haec omnium codicum lectio, quae merito omnibus criticis displicuit, nam adiectivum est praepostere formatum. Supervenit Ruhnkenius qui in *Epistola Critica* p. 170 proposuit: *τρεῖς δὲ πόρ' οὐατίους*. Hic quod ex corruptae scripturae vestigiis elicuit verbum *πορεῖν*, id est omni laude dignum, nam revera desideratur verbum unde accusativi pendeant, quum duobus versibus interpositis sequatur demum vocabulum *ἔδωκε*. Est praeterea lenis et elegans correctio, cuius simillimum habemus exemplum in Hesiodi fragmento:

Digitized by Google

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃσι,
νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δ' ἔπορ' Ἀτρείδῃσι,

sed apud Nicolaum Damascenum legebatur olim satis inepte πλοῦτον δὲ παρ' Ἀτρείδῃσι, quod Osannus ad Philemonem p. 147 frustra corrigere conatus est. Sed hoc manet incertum qui canes οὐάτιοι dicti fuerint; deinde si vel maxime *auritos* intelligas, qui scilicet pendulas aures habeant, facile tamen senties adiectivum requiri quod ad colorem referatur ut duo πηγοί et unus αἰόλος ab his tribus recte distinguantur. Contulit autem Hauptius Aristotelem Hist. Anim. IX 45, ubi describit βόναssον sive μόναπον sicuti in Paeonia nominatur: τὸ δὲ χρῶμα ἔχει μέσον τι τεφροῦ καὶ πυρροῦ, οὐχ οἷον αἱ παρῶαι ἵπποι καλούμεναι ἀλλ' αὐχμηρότερον, quocum conveniatne Hesychius haud satis scio an discrepet: παρῶαι· ἵπποι μεταξὺ τεφροῦ καὶ πυρροῦ χρώματος. Item Photius: παρῶαι λέγονται ἵπποι τινὲς τὸ χρῶμα πυρροί. His locis fretus rescripsit Hauptius: τρεῖς δὲ παρωαίους, ï. e. *tris subrufos*, pro quo Schneiderus maluit formam παρουαίους, quam etiam in textum intulit, sed, quod supra dixi, verbum deest quod aegre desideramus, nec mihi persuadere potui ut missum facerem Ruhnkenianum ἔπορε. Denique etiam minus fero adiectivum οὐατίους, quoniam Callimachus ipse in fragmento 320 usurpavit adiectivum οὐατόεις.

Quidquid tandem est πηγός, quidquid αἰόλος, certe non *album* canem significat; experiar num huius coloris mentionem revocare possim. Adiectivum est βαλιὸς sive φαλιός· hanc formam Callimachus usurpavit frgmt. 176:

εἰδυῖαν Φαλιὸν ταῦρον ἰηλεμίσαι,

et quantumvis ea verba obscura sint, hoc tamen satis constat taurum hic dici album vel certe eum qui albos crines in fronte habeat. Magis dubitatur de potestate adiectivi βαλιός, quod satis creditur significare ποικίλον. Hoc plane constat non significare ξανθόν, quum Homerus Achillis equos Ξάνθον et Βαλίον appellaverit. Euripides hoc nomine plurimum usus est: Rhes. 356 βαλιαὶ πῶλοι sunt qui Iovem vehunt; Alcest. 579 βαλιαὶ λύγκες sunt; Hippol. 218 et Hecub. 90 βαλιαὶ ἔλαφοι dicuntur; denique Iph. Aul. 221 Eumeli πῶλοι sunt λευκοσίκτῳ τριχὶ βαλιοί, ut de colore haud incertam coniecturam capere possis. Convenit quod βαλιὰς λύγκας Virgilius appellavit *maculosas*

Digitized by Google

tegmine, Aen. I 327. Quid autem si Callimachus dedit: τρεῖς δ' ἔπορεν βαλιούς? Certe propter notas literarum confusiones haud nimis violentam mutationem esse dices.

Ibid. vs. 102. Cervi dicuntur μάσσονες ἢ ταῦροι. Risit hoc Cobetus: „Callimachus dicit quasi μάσσονες et μείζους idem esset, sed quia μάσσονες est μακρότεροι, errasse eum apparet." Ut hoc refellat, laudat Schneiderus *Iliad.* H 155: τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον κτάνον ἄνδρα et *Odyss.* λ 309 de Aloeadis: τοὺς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα. „Neque aliorum", sic scribit, desunt loci in quibus μακρὸς pro μέγας, μῆκος pro μέγεθος valet." Nempe de hominibus, credo, quorum erecta statura, non de belluis quae τετραποδητὶ incedunt. Ut tamen Callimachum hoc crimine absolvam, correxerim: πάσσονες. Cf. Arist. *Hist. Anim.* IX 5 de cervo: ὁ ἄρρην ὅταν γένηται παχύς, οὐδαμοῦ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἐκτοπίζει, ὡς διὰ τὴν παχύτητα εὐάλωτος ὤν. Fit autem hoc auctumnali tempore: γίγνεται δὲ σφόδρα πίων ὀπώρας οὔσης.

Ibid. vs. 146:

τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων
ἕσηκε πρὸ πυλέων ποτιδέγμενος εἴ τι φέρουσα
νεῖαι πῖον ἔδεσμα.

Cobeto nunc ἄκμων idem est quod ἀκάματος eumque abusum lepide exagitavit l.l. p. 429. Poetam suum excusat Schneiderus p. 230, sed frustra est. Verum quidem est Nonnum qui Callimachum perpetuo imitatur, Vulcanum plus semel dixisse Λήμνιον ἄκμονα: certo scire mihi videor quid Cobetus, hoc si cognovisset, repositurus fuisset: *Un sot trouve toujours un plus sot qui l'admire.* Sed Schneiderus imprimis confidit Aeschyli loco Pers. 51: Μάρδων Θάμυρις λόγχης ἄκμονες, ad quem locum fuerat ei operae pretium contulisse scholiastam, qui interpretatur: ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων ὑπὸ σφυρῶν. Blomfieldus adscripsit tum duos alios locos tum Apoll. Argon. γ 1252:

κόψε κατ' οὐρίαχον μεγάλῳ ξίφει· ἄλτο δ' ἀκωκή,
ῥαιστὴρ ἄκμονος ὥς τε παλιντυπές.

Ut concedam in stataria pugna Herculem recte ἄκμονα dici posse, cum λόγχης ἄκμονες apud Aeschylum sint, qui hastae

Digitized by Google

ictus incudis instar inconcussi ferant, tamen ridicula comparatio est helluonis et praedae inhiantis cum incude.

Ibid. vs. 197: ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
δίκτυα, τά σΦ' ἐσάωσαν.
Equidem scripsissem: τοί σΦ' ἐσάωσαν.

Ibid. vs. 249 de templo Dianae legimus:
τοῦ δ' οὔ τι θεώτερον ὄψεται ἠώς
οὐδ' ἀΦνειότερον.
Malim certe: οὔθ' ἱερώτερον, sed me quodammodo retinet *Hymn.* II vs. 93: οὐ κείνου χορὸν εἶδε θεώτερον.

Ibid. vs. 255:
ἆ δειλὸς βασιλέων ὅσον ἤλιτεν.
Optimi codices βασιλεύων habent, quod magis ducit ad βασιλεύς.

Hymn. IV, in Delum, vs. 65:
ἐπτάμυχον Βορέαο παρὰ σπέος ηὐλίζοντο.
Cum Meinekio longe malim κατὰ σπέος, ne equi sub dio dicantur pernoctari.

Ibid. vs. 78:
ὁ δ' εἶπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.
Secundum Schneiderum p. 271 πεπάλακτο significat: fulmine inquinatus erat, i. e. turbidus; deinde Lobeckium *Pathol.* p. 88 laudat, cui πεπάλακτο = ἐπέπληκτο. Quod ad verbi significationem attinet, Schneidero cum Kuipero concedo flumen turbidum esse factum; sed longe malo cum Lobeckio intelligere flumen fulmine ictum fuisse ac proinde tardigradum fuisse. Quod si probabitur, nonne verius fuerit πεπάτακτο? Habemus apud Homerum formam ἐκπεπαταγμένος *Odyss.* σ 326. Id solum miror non multos alios ante me in eam suspicionem incidisse, cum praesertim Lobeckius ἐπέπληκτο interpretatus sit. Nec sane Asopus βαρύγουνος factus est quoniam aqua turbida erat, sed postquam fulminis ictu debilitatus fuit.

Digitized by Google

Ibid. vs. 89:

μήπω, μή μ' ἀέκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι.

Solent Graeci: μή, μήπω. Exempla ubique prostant.

Ibid. vs. 98:

εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.

Conferunt interpretes personatum Theocritum XXVII 30:

αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἄδοιμι.,

quae notabilis συνέμπτωσις est, cf. Kuiper. p. 132. Nec tamen Schneiderus propterea proponere debuerat εὐαγέοιν. Perperam quoque idem cum Nauckio frgmt. 291 rescripsit: ἔχοιν δέ τι παιδὸς ἐφολκόν. Ostendisse mihi videor *Mnem.* 1881 p. 99 optativos in -οιν, qui hic illic ab doctis viris in textum illati fuerunt, ad unum omnes commenticios esse nullaque fide dignos. Nondum vidi qui me refelleret.

Ibid. vs. 140. Mars concutit arma et omnia fragore resonant: τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔβραμεν ἦχος. Edebatur olim cum deterioribus codicibus ἔβραχεν, sed vere Schneiderus p. 282 observavit βραχεῖν dici solere de rebus, quae strepitum edant, non de strepitu ipso. Mox ipse Callimachus vs. 144:

θερμαῦςραί τε βρέμουσιν ὑΦ' Ἡφαίςοιο πυράγρῃ.

„Aoristum autem alibi non lectum non corrigendum quisquam sed notandum esse putabit." Sic vere Schneiderus, nec tamen minus me legere memini *Hymn.* III 245: ἔδραμε δ' ἠχὼ Σάρδιας, ut plane non habeam inter tres aoristos quem praeoptem.

Ibid. vs. 185. Hic locus admodum memorabilis est de Gallico tumultu. Barbari partim in ipsa Graecia caesi fuerunt eorumque scuta Delphis in templo suspensa sunt; pars quaedam in Aegyptum transiit ibique postquam dolo circumventi fuerunt, itidem scuta in perpetuam rei memoriam asservata sunt. Apollinis in utero matris verba sunt vaticinantis:

τέων αἱ μὲν ἐμοὶ γέρας, αἱ δ' ἐπὶ Νείλῳ
ἐν πυρὶ τοὺς Φορέοντας ἀποπνεύσαντας ἰδοῦσαι
κείσονται, βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος.

Hoc alibi nusquam traditur itaque quantivis pretii sunt Scholiastae verba: ὀλίγων οὖν περιλειΦθέντων (ἐν ΔελΦοῖς Κελτῶν) Ἀντίγονός τις Φίλος τοῦ ΦιλαδέλΦου Πτολεμαίου, προξενεῖ αὐτοὺς

Digitized by Google

αὐτῷ ὥϛε ἐπὶ μισθῷ ϛρατεύεσθαι. καὶ γὰρ ἔχρηζεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου τοῦ ϛρατεύματος. οἱ δ' ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ ϛόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικόν καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖ. Memorabilis est lectio Parisini codicis scriptura κατέκαυσεν, quam Schneiderus recte reiecit: „hoc", inquit, „ne quem transversum agat, moneo videri hanc coniecturam hominis parum perspicacis esse, qui κατακλύζειν putabat repugnare πυρὸς mentioni a Callimacho factae. At parum ille attendebat ad participium aoristi ἀποπνεύσαντας, quo non significatur scuta vidisse dominos ἐν πυρὶ morientes, sed mortuos illos esse in flumine ac deinde scuta eos vidisse in rogum illatos." Contuli equidem Pausaniam I 7. 2, ubi sermo fit de bello quod Ptolemaeus Philadelphus gessit adversus Magan fratrem suum uterinum qui Cyrenaicam tenebat: ἡνίκα παρεσκευάζετο ἀπιόντα ἀμύνεσθαι Μάγαν, ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐϛ τετρακισχιλίους· τούτους λαβὼν ἐπιβουλεύοντας κατασχεῖν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σΦᾶϛ ἐϛ νῆσον ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο ὑπό τε ἀλλήλων καὶ τοῦ λιμοῦ. Hinc sequi dixeris in scholio scribendum esse: καὶ κατέκλεισεν αὐτοὺς ἐκεῖ, quam coniecturam Kuipero probavi *Mnem.* 1891 p. 67. Si Galli in flumine periissent — sed vide ἐπὶ Νείλῳ scriptum, non ἐνὶ Νείλῳ — etiamsi fortasse cadavera in ripam eiecta forent, scuta tamen fluctibus hausta fuissent neque ea rex recuperavisset. Sic Simois correpta sub undis scuta virum galeasque et fortia corpora volvit, ut apud Virgilium est. Res in aperto est: dolo malo, vel si hoc mavis iusto proelio in terra continenti Galli superati fuerunt; cadavera rogo imposita sunt et scuta, postquam circumcirca in triumphum ducta sunt, in templo sunt reposita. Sed quoquo te verteris ἀσπίδες illae ἰδοῦσαι nimis ridiculae sunt. Quis *oculatum scutum* umquam ausus est dicere?

Ibid. vs. 238 de Iride legimus:

οὐδέ ποτε ζώνην ἀναλύεται οὐδὲ ταχείας
ἐνδρομίδας· μή οἵ τι καὶ αἰΦνίδιον ἔπος εἴπῃ
δεσπότις.

Nonne verum est ἦν οἵ τι? Metrum certe non obstat.

Digitized by Google

Hymn. V, Lavacr. Min. 12:

ἐφοίβασεν δὲ παγέντα
πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στόματος.

Mire dictum; quidni χαλινοδάκων?

Ibid. vs. 22:

Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἐλοῦσα
πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Incongruum est iungere adverbia πολλάκι et δίς. Contuli equidem *Hymn.* I 44:

τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἄπ' ὀμφαλός.

Hymn. V 116:

ἀλλ' αὐταὶ τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες
τουτάκι δειπνησεῦντι.

Hymn. VI 32:

τουτάκις ἁ χείρων Ἐρυσίχθονος ἅψατο βωλά.

Vides quid suspicer.

Hymn. VI, in Cererem, vs. 45:

κατωμαδίαν δ' ἔχε κλᾶδα.

Video esse qui hoc minus intelligant, quum tamen in India Orientali nulla matrona sit quae matutino tempore non idem quotidie faciat, dum properat ad „dispensanda" ea quibus ad victum opus est. Heckerus hoc ignoravit et in alia omnia abiit. Graevius iam laudarat Isaiam XXII 22: καὶ δώσω αὐτῷ τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυὶδ ἐπὶ τῷ ὤμῳ αὐτοῦ καὶ ἀνοίξει καὶ οὐκ ἔσαι ὁ ἀποκλείων καὶ κλείσει καὶ οὐκ ἔσαι ὁ ἀνοίξων.

Ibid. vs. 56:

εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.

Invenerit hoc ipsum Nonnus in suo Callimachi codice, sicuti Schneiderus autumat p. 379, sed nimis ridicula scriptura est. Correctum fuit ἐδράξατο vel ἐπεμάξατο· equidem incideram in ἐκδέξατο.

Ibid. vs. 89:

ἤσθιε μυρία πάντα· κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστήρ
αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι.

Digitized by Google

Quae μυρία πάντα intelligenda sint, cum cura suscepi ostendere *Mnem.* 1880 p. 250, 1885 p. 65 et 1899 p. 192; sed maior oritur dubitatio circa illud ἐξάλλετο, quod omnibus displicuit necdum verum repertum fuit. Equidem commendabo: ἐξαίνετο.

Epigr. 3:

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε
οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Inelegantер πάρελθε iteratum est; corrigam:

ἀλλ' ἀπάτερθε
οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Fragment. 37:

ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐπ' ὀΦρύσιν ἱερὸν ἰχθύν
ἢ πέρκας ὅσα τ' ἄλλα Φέρει βυθὸς ἄπλετος ἅλμης

Malo: ὅσα τ' ἄλλα τρέΦει.

Ridicula est populi Milesii acclamatio, quam servavit Apollodorus Corcyraeus itemque Callimachus memoravisse videtur, fragmentum est 75:

βέδυ, ζάμψ, χθώ, πλῆκτρον, σΦίγξ,
κναξβί, χθύπτης, Φλεγμώ, δρόψ.

De hoc loco Bentleius egit ad Malalam p. 47 et ad Phalarin p. 132 Ed. Lenn. Versus sunt satis recentes, quorum uterque viginti quatuor elementis literarum constabat, sed in altero versu deest τὸ Z. Olim scribebatur κναξζβί, quod humano ore ne potest quidem efferri; legendum est: χθύπτζης, sed res tanti non est. Fuisse autem olim qui insulsum lusum ad Thespidis tempora referrent!

Fr. 134:

ἄσυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Imo: τό κεν Φυγάδων τις ἐνίσποι.

Fr. 1036:

καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα
ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἄκρα λίπη σεΦάνοις,

Digitized by Google

ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ὀδόντων
ἔνδοθι νειαίρην τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον, ὅσσα δ' ἀκουαῖς
εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεσι τάδε.

Languet illud μοῦνα· eleganter rescribi poterit οὖλα.

Fr. 110:

τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔ τι Φέρονται
μούνῃ ἔνι πολίων.

Absonum est verbum medium; scribe Φέρουσι vel, quod multo lenius: Φέροντι.

Fr. 134: οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν
ἐλπίδες, ὥς' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι.

Illud ἐμόγησαν non intelligo; satis convenit ἐμάτησαν. Similiter fr. 487: ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν, primum dixerim locum non esse valde accommodatum ad id probandum quod agit Choeroboscus, qui locum laudavit; praeterea dum furimus, non ἔχομεν μανίαν, sed μανία habet nos. Conieci: ματίην ὀξυτάτην ἔχομεν.

Fr. 231 docet Antigonus de Mirabilibus τὸν αἴγιθον αἶγα θηλάζειν προσπετόμενον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι· τὸν δὲ μαζόν, ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ, ἀποτυφλοῦσθαι. Ultimum vocabulum non intelligo; nonne praestat ἀποσιφλοῦσθαι?

Amstelodami,
d. 14 m. Dec. 1904.

CICERO.

Cic. Verr. IV. 55: *Pugna erat equestris Agathocli regis in tabulis picta, iis autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Nihil erat ea pictura nobilius, nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur.*

In his verbis interpolatis narratio male interrumpitur, sc. *iis autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur*, quae, ab homine ἀρχαιολογίας studioso olim in margine adnotata, postea falso inserta esse videntur. P. H. D.

Digitized by Google

AD LIBRUM DE BELLO AFRICANO.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

C. 8. 1: „Caesar interim in Sardiniam nuntios cum litteris et in reliquas provincias finitimas dimisit, ut sibi auxilia commeatus frumentum simulatque litteras legissent, mittenda curarent."

Schneider [1]) monens auxilia hoc loco significare non posse copias auxiliares cl. C. 24. 3, pro frumentum edidit frumentique. Potius credo vocabulum tamquam glossema delendum esse, quandoquidem utriusque vocabuli apud nostrum significatio prorsus eadem est. Cf. C. 21 i. f.: „classes circum insulas portusque disposuit, quo tutius commeatus supportari posset"; C. 24. 3: „gravi annona sunt conflictati, ideo quod nondum neque ab Sicilia neque ab Sardinia commeatus supportatus erat."

C. 14. 1: „subito adversariorum equitatus sese extendere et in latitudinem promovere collesque complecti et Caesaris equitatum extenuare simulque ad circumeundum comparare se coeperunt."

Schn. qui pro promovere probabiliter porrigere dedit, lectionem extenuare ferri non posse iure observat neque aliter Wölfflin censuit; altera lectio extenuari, quam Schn. quamvis asteriscis cinctam exprimendam curavit, vix melior

1) Bellum Africanum, herausgegeben und erklärt von Rudolf Schneider, Berlin 1905.

Digitized by Google

esse videtur. Si quid video, contextus rerum flagitat exsuperare. Labieni equites, numero superiores, primum se extendunt et in latitudinem porrigunt, quo facto complectuntur colles atque Caesaris equitatum exsuperant (overvleugelen), quem iamiam circumventuri sunt.

C. 18. 4: „Caesarisque equites iumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad insequendum hostem perseverandumque cursum tardiora haberent."

Editores paucitate, quod W. tamquam male additum uncinis inclusit, Schn. asteriscis saepsit, iniuria suspectum habent. Scripturam tuetur C. 15. 2, ubi haec leguntur: „Equitatus interim Labieni suorum multitudine confisus Caesaris paucitatem circumire non cunctatur: atque equites Iuliani pauci multitudine hostium defessi equis convulneratis paulatim cedere." Nimirum ut equites hostium multitudine defessi, ita equi sua ipsorum paucitate defatigati dici possunt. Nempe sitis et languor e recenti navigatione — ipsorum paucitas et vulnera e proelio modo facto lassitudinis atque tarditatis causae fuerunt.

C. 18. 4: „cohortatur, ut uno ictu contenderent neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes reppulissent atque eorum essent potiti. Itaque signo dato ‹in› hostes iam languide tela neglegenterque mittendi, subito immittit cohortes turmasque suorum."

Haec Schn. dedit pro varia codicum mss. scriptura iam hostes iam — iam hostes — cum iam hostes — hostes iam, qua varietate adducor ut hostes e versu superiore in hoc versu male repetitum esse credam, legendum vero:

„Itaque signo dato iam languide tela neglegenterque mittendi" e. q. s.

C. 19. 3: „quippe qui idcirco nimium sibi confideret, primum, quod audierat ad Romam legiones veteranas dissentire neque in Africam velle transire, deinde, quod" e. q. s.

Schn. verba idcirco nimium refinxit e servatis verborum reliquiis in illorum — illorum — non illorum. Ad scripturae traditae similitudinem propius accedere puto lectionem

Digitized by Google

meam: „quippe qui initio mirum sibi confideret." Cf. C. 97. 3: „initio per dissensionem principum societatem cum Iuba inierant." Quod ad Romam editor scripsit pro romae (in ac romae π litterae ac haud dubie e dittographia natae sunt, cum antecedat audierat), ita eum non librarium, sed ipsum scriptorem correxisse opinor.

C. 22. 4: „Atque ille non ita amplis rebus patris gestis neque tam excellenti dignitate [maiorum] parta neque tantis clientelis nominisque claritate praeditus in rempublicam est ingressus."

Vocabulum, quod uncinis saepsi, tamquam lectoris additamentum delendum censeo, qui cum voc. dignitate ad patris pertinere non perspiceret, illi quoque suum genitivum deberi credidit. At vero, credo, maiores haud ita multo plures filio quam patri sunt. Ceterum tam locus incertus, quem in codd. mss. vox obtinet (maiorum dignitate — dignitate maiorum), quam verba, quae continuo sequuntur: „Tu contra et patris nobilitate et dignitate ..... praeditus," rem comprobant.

C. 26. 5: „Atque ipse in tanta erat festinatione et exspectatione, ut postero die, quam misisset litteras nuntiumque in Siciliam, classem exercitumque morari diceret, dies noctesque oculos mentemque ad mare depositos derectosque haberet."

Post verbum diceret excidisse videtur: et, ut in C. 28. 2 post esset excidit et a Schn. repositum est.

C. 29. 1: „Turmae interim equitum, quae pro vallo in stationibus esse solebant ab utrisque ducibus, cotidie minutis proeliis inter se depugnare non intermittunt."

Schn. verbo conlocatae ante esse inserendo — Nipperdey verbis ab utrisque ducibus secludendis locum restituere conatus est. Cl. C. 21. 2: „Opera interim ipse cotidie circumire et alteras IIII cohortes in statione habere propter hostium multitudinem" librarium in compendio explicando errasse suspicor atque scribendum: „quae pro vallo in stationibus haberi solebant ab utrisque ducibus."

Digitized by Google

C. 32. 1: „Scipio ..... de terrore [suo] desperationeque exercitus Caesaris facit verba et cohortatus suos victoriam propriam se iis brevi daturum pollicetur."

Vocabulum, quod uncinis inclusi, inducendum est tamquam e versu inferiore hoc loco male repetitum et post ita mutatum ut cum ablativo terrore conveniret.

Numidae Gaetulique cotidie e Scipionis castris diffugientes partim in Iubae regnum se contulisse, partim in Caesaris castra catervatim perfugisse dicuntur. Sequuntur deinde haec:

C. 32. 4: „Quorum ex numero electis hominibus inlustribus Gaetulos et litteris ad suos cives datis cohortatus, uti manu facta se suosque defenderent, neu suis inimicis adversariisque dicto audientes essent, dimittit."

Editores fere Morum sequuntur, qui primus nomen Gaetulos seclusit. At nescio an traiciendum sit post cohortatus, quo facto haec evadet sententia: „Quorum ex numero homines elegit illustriores et litteras iis dat ad suos cives, quibus litteris cohortatur Gaetulos, uti ..... essent." Cf. C. 55. 1: Gaetuli interim perfugae, quos cum litteris mandatisque a Caesare missos supra docuimus, ad suos cives perveniunt."

C. 33. 1: „legati Achulla ..... ad Caesarem veniunt seque parato, quaecumque imperasset, et libenti animo facturos pollicentur; tantum orare et petere ab eo, ut sibi praesidium daret, quo tutius id et sine periculo facere possent: se et frumentum et, quaecumque res ei suppeteret, communis salutis gratia subministraturos."

Schn. iter et pro id et scripsit, at locum optime se habere demonstrant

C. 35. 4: „quo id sine periculo minus faceremus impediebamur."

C. 36. 2: „legati interim ex oppido Thisdra ..... ad Caesarem venere, quantaque copia frumenti apud se sit, docent simulque orant, ut sibi praesidium mittat, quo facilius et frumentum et copiae suae conserventur."

C. 51. 4: „et si qui perfugere vellent, id quod antea saepe

Digitized by Google

accideret magno cum eorum periculo, tum facile et sine periculo fieret."

C. 74. 1: „Legati interim ex oppido Vaga ..... veniunt; petunt et obsecrant, ut sibi praesidium mittat: se res complures, quae utiles bello sint, administraturos."

Ex hoc loco vel maxime patet, legatos praesidium non petivisse, quo se tuerentur in itinere sed ut Caesaris imperata sine periculo exsequi possent, nec non in sequentibus videmus, datum praesidium C. Messio duce revera Achullam profectum esse ad urbem a Considio Longo defendendam.

C. 37. 3: „Inde parvula proclivitate degressus sinistra parte [campi] propter mare legiones ducit. Hic campus mirabili planitie patet milia passuum XV."

Vocabulum uncinis inclusum delendum est. De campo enim illo ante mentio facta est nulla. Lectorem, qui locutionem sinistra parte legiones ducere non bene intellexerit atque in vocc. hic campus non viderit, hic adverbium loci — non pronomen demonstrativum esse, illud inseruisse suspicor. Cf. C. 75 i. f.: „Labienus per iugum summum collis dextrorsus procul subsequi non destitit."

C. 46. 1: „Scipio ..... adnuit centurionibus, quid fieri vellet, atque ante pedes centurionem interficit reliquosque veteranos a tironibus iubet secerni."

Ut interfici scribatur tam ratio monet quam C. 4. 4: „deinde in conspectu suo statim captivum interfici iubet" et C. 64. 2: „quem ob periurium perfidiamque Caesar iussit necari."

C. 47. 4: „In Africa autem non modo sibi quicquam non adquisierant aut paraverant, sed etiam propter annonae caritatem ante parta consumpserant."

Negatio non ante adquis. in codd. TV et in omnium vetustissimo (S) deest, qua de causa W. nihil scribere maluit post verba non modo atque permultis exemplis e compluribus poetis ac scriptoribus allatis ostendit nihil quicquam saepis-

Digitized by Google

sime copulari. At tamen non facilius excidere potuisse credo, non vero post quicquam, ubi nunc fere legitur, sed post non modo: ipsam vocabuli repetitionem omissionis causam fuisse puto, ut fuit C. 58. 3: „non sine ratione non", ubi Aldus alterum non restituit.

Ineunte capite 48 Iuba rex, a Scipione evocatus, cum grandi copiarum numero e regno suo ad eum profectus esse traditur. In hac narratione Schneiderum asteriscis verbis secum ipse et ac terrore Caesaris appositis significasse, locum sibi corruptum videri, valde miror, quoniam Oudendorpium locum probabiliter restituisse mihi quidem persuasum est (adderet — exercitui; de verbis ac terrore dubito: fortasse melius scribitur a terrore). Sed ad rem! Iuba igitur, postquam ad Scipionem pervenit, haud procul ab eo consedit. Iam haec sequuntur:

C. 48. 3: „Erat in castris Caesaris superiore tempore magnus terror, et expectatione copiarum regiarum exercitus eius magis suspensiore animo ante adventum Iubae commovebatur; postquam vero castra castris contulit, despectis eius copiis omnem timorem deponit."

Nomen Iubae in codice S abest idque iure, opinor, nam ad voc. adventum, quod haud dubie ad verba copiarum regiarum in versu superiore spectat, regis nomen ferri posse nego. Non tamen prorsus id inducere sed in versu sequenti ponere velim sc. ante verbum contulit, unde propter verborum commovebatur et contulit initia similia nomen male traiectum esse arbitror. Pro iis igitur, quae W. scripsit: „Iubae si cum cod. A (i. e. Schn. cod. S) deleveris, in sequentibus scribendum erit: postquam vero ‹rex› castra castris contulit", ego malim: „si cum codice vetustissimo Iubae deleveris, in sequentibus id ita reponas: postquam vero castra castris ‹Iuba› contulit."

C. 49. 1: „Caesar postquam animadvertit Scipioni auxilia [fere], quae exspectasset, omnia convenisse neque moram pugnandi ullam fore," e. q. s.

Vocabulum, quod uncinis inclusi, deleatur quippe quod e dittographia sequentis *fore* natum ab hoc loco quam alienissi-

Digitized by Google

mum sit. Neque aliter monet codicum dissensio, qui praebent: fere — ferre — fore.

ibid.: „Caesar .... per iugum summum cum copiis progredi coepit et bracchia protinus ducere et castella munire propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit."

W. verbum capiendo uncinis inclusit, Schn. verbum occupare obiectum requirere contendens quod satis certo reperiri non posset, lacunae signum post id verbum collocavit. At loca excelsa verbi occupare esse obiectum, totus narrationis contextus me quidem docet; corruptelam igitur latere puto in scriptura capiendo atque conicio: „propiusque Scipionem copi‹as admov›endo loca excelsa occupare contendit." Cf. C. 51. 3: „Id hac ratione opus instruebat, ut, cum propius urbem copias admovisset oppugnareque coepisset," e. q. s.

C. 52. 5: „Interim incredibiliter ex legione IIII et VI Scipionis milites diffugere partim in castra Caesaris, partim in quas quisque poterat regiones pervenire; itemque equites Curioniani diffisi Scipioni eiusque copiis complures se eodem conferebant."

In hisce ordinem turbatum coarguunt:

a. adverbium eodem, quod non ad verbum regiones referendum est, ut e verborum ordine nemo non colligat, sed castra Caesaris denotat, ut recte Schn. observat; *b.* quod verbum diffugere ad in quas quisque poterat regiones apte dici potest — pervenire autem ad illa minime, optime vero ad loci certi notionem, qualis est in verbis in castra Caesaris; *c.* quod verbum diffugere cum vocabulo castra coniungi non licet, ut Nipperdey et W. fecerunt, sed cum substantivo tantum quod vere plurali numero positum est. Est haec Schneideri acuta observatio.

Fuit Wölfflini medendi ratio, ut pervenire, tamquam a grammatico additum, secluderet — Schneideri, ut copulam et post diffugere insereret, qua recepta manent difficultates, quas modo sub *a.* et *b.* indicavi.

Verba partim in quas quisque poterat regiones de loco suo deturbata esse dico, ita vero locum ordinandum:

Digitized by Google

„Interim incredibiliter ex legione IIII et VI Scipionis milites partim in quas quisque poterat regiones diffugere, partim in castra Caesaris pervenire; itemque equites Curioniani diffisi Scipioni eiusque copiis complures se eodem conferebant."

C. 56. 1: „Caesar bracchiis perfectis promotisque usque eo, quo telum ex oppido adigi non posset, castra munit, ballistis scorpionibusque crebris ante frontem castrorum contra oppidum conlocatis defensores muri deterrere non intermittit eoque quinque legiones ex superioribus castris deducit."

Eoque .... deducit! An in oppidum? Fabulae: in sua castra scilicet modo posita ac perfecta. Ergo tam hanc ob causam quam propterea quod copias prius in castra deducere necesse est quam inde ballistis scorpionibusque hostes de moenibus eorum depellere liceat, verba eoque quinque legiones ex superioribus castris deducit post verba castra munit traicienda puto. Verborum munit, deducit, intermittit exitus similes effecisse suspicor ut scribae oculi ab altero ad alterum aberraverint.

C. 58. 2: „Caesar item producit copias celeriterque iis instructis ante suas munitiones, quae erant in campo, constituit, sine dubio existimans" e. q. s.

Schn. recte monuit hoc loco verbum constituit significare debere: „er liess Halt machen", hac vero significatione verbo semper fere addi solere obiectum, qua re motus ille signa inseruit. Quidni potius legimus: consistit? De Caesaris enim adversariis modo legimus § 1: „non longe a Caesaris castris aciem constituunt atque ibi consistunt," in quibus aciem constituere idem valere necesse est quod loco nostro copias instruere: mirum igitur videretur, si post pauca verba scriptor verbo constituendi usus esset significatione prorsus diversa. Accedit quod verbi consistere apud nostrum usus frequentissimus est. Cf. C. 6. 2, C. 30. i. f., C. 31. 1, C. 42. 1, C. 44. 3, C. 45. 3 („eiusque exercitum .... adversus armatusque consistam?"), C. 71. 4 („simulatque .... constiterat in eosque impetum fecerat"), C. 75. 1 („in acie constitit"), C. 77. 3

Digitized by Google

(„itaque cum his copiis et omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus .... constitit in campo"), C. 78. 5, C. 85. 6.

C. 59. 5: „Praeterea Numidas levisque armaturae infinitam multitudinem ad dextram partem suae aciei opposuerat .... longiusque ab adversariorum suisque copiis promovebat, id hoc consilio, ut, cum acies duae inter se concucurrissent, initio certaminis paulo longius eius equitatus circumvectus ex improviso clauderet multitudine sua exercitum Caesaris atque perturbatum iaculis configeret."

W. annotavit: eius equitatus = suus. Non credo. De Scipionis equitatu sermo fuit in § 4, hoc loco de Iubae equitibus agitur, quod insuper comprobant verba: Numidas levisque armaturae infinitam multitudinem verbis suae aciei et suisque copiis haud dubie opposita, nec non C. 61. 2: „subito universus equitatus ulterior Numidarum Gaetulorumque sine frenis ab dextra parte se movere .... coepit, frenatus autem Labieni eques in loco permanere legionesque detinere." Quae cum ita sint neque regis nomen in antecedentibus occurrat, pro 'eius equitatus' scribas quaeso: 'regius equitatus.' Cf. Schneideri nota ad C. 68. 4: „Um des Königs Eigentum zu bezeichnen, braucht der Verf. stets das Adjektivum" et loci, qui ad C. 92. 4 ab eodem afferuntur, sc. C. 8. 5: „regium enim equitatum Scipio ex provincia Africa alebat" et C. 56. 3: Gaetuli ex equitatu regio nobiliores."

Obiter moneo, verba initio certaminis glossae speciem prae se ferre eorum quae proxime antecedunt: „cum acies duae inter se concucurrissent."

C. 65. 4: „ipse cotidie existimans Caesarem eadem saepe frumentandi gratia commeaturum .... considit."

Quod Schn. in apparatu critico annotat, Wölfflinum in his saepe inclusisse, fallitur, cum non hoc loco, sed sequenti capite ineunte id vocabulum delendum censuerit. Quem ne sequamur, locus noster admonet, nam ut C. 66. 1 cotidiano — saepe, sic hoc loco cotidie — saepe iuxta collocata sunt.

Digitized by Google

C. 71. 3: „quia et equites deterrebat proelium inire propter equorum interitum, [quod eos iaculis interficiebat,] et legionarium militem defatigabat propter velocitatem."

Ut verba, quae uncinis saepsi, interpretatori reddantur, qui ita verba propter equorum interitum illustrare voluerit, tam sententiae concinnitas imperat quam C. 70. 1: „equitatu suo propter equorum interitum ab extremo agmine remoto legiones in vicem ad extremum agmen evocabat."

Interpretamenta eiusdem generis duobus locis aliis indicabo, sc. C. 73. 2: „contra Gallos, homines apertos minimeque insidiosos, [qui per virtutem, non per dolum dimicare consuerunt]" et C. 85. 4: „Qui postquam ad ea castra, quae petebant, perfugerunt, ut refecti castris rursus sese defenderent ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, [cuius auctoritate imperioque rem gererent]: postquam animadverterunt" e. q. s.

C. 76. 1: „Postquam Caesar ad oppidum Sarsuram venit, inspectantibus adversariis interfecto praesidio Scipionis, cum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio, evocato Scipionis, qui ibi praeerat, atque a multitudine circumvento interfectoque oppido potitur."

Verba inspectantibus adversariis cum male nunc separata sint a sententia causali cum suis auxilium ferre non auderent, dubium non est, quin verba interfecto praesidio Scipionis transponenda sint ante ablativum absolutum inspectantibus adversariis.

C. 77. 3: „Eodem tempore ex legionibus omnibus milites.... ad milia IIII, equites CCCC, funditores sagittariique mille uno commeatu Caesari occurrerunt."

Quod Schn. quarto scripsit pro lectione tradita uno, temere eum scripsisse puto. Verum id quidem, quod annotavit, quartum fuisse commeatum, sed hoc nihil ad rem de qua nunc agitur; codices cum ad unum omnes uno exhibeant, non primo, scriptorem significare voluisse satis constat, tantam militum, equitum, funditorum, sagittariorum multitudinem nihilominus uno commeatu, i. e. una, in Africam transiisse.

Digitized by Google

C. 83. 2: „A dextro interim cornu funditores sagittariique concita tela in elephantos [frequentes] iniciunt. Quo facto bestiae stridore fundarum, lapidum perterritae sese convertere et suos post se frequentes stipatosque proterere" e. q. s.

Vocabulum a me inclusum — codd. mss. partim frequentes, partim frequenter praebent — e dittographia vocabuli, quod in versu proximo est, ortum videtur.

C. 83. 4: „Item Mauri equites, qui in eodem cornu elephantis erant praesidio, deserti principes fugiunt."

Schn. verba deserti principes corrupta putat „principes wird erklärt 'sie ergriffen zuerst die Flucht'; dem widerspricht jedoch item .... fugiunt, und deserti gibt keinen Sinn."

Nimirum lectori medii aevi haec verba debentur, qui de Maurorum equitum fuga inconsulta ac praecipitata cum legeret, facere non potuit quin cum irrisione acerba ascriberet: deserti principes! i. e. reges illi solitudinis!

AD HOMERI X 126 sqq.

Omnes memoria tenemus Hectoris Achillem manentis verba:

οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης
τῷ ὀαριζέμεναι ἅ τε παρθένος ἠίθεός τε,
παρθένος ἠίθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν.

De quibus multi multa disputarunt: obscura esse omnes concedunt. Quid si ad litteram nec nisi contextus ratione habita sic vertamus: *„non ex arbore neque e rupe cum eo confabulari licet nunc, qualia virginum cum iuvenibus solent esse colloquia"*. Puella, quam persequitur amator, audaciam virilem verita e tuto loco, eminus cum eo verba serit: — mihi cominus alloquendus est qui in me irruit.

Haec simplicia et apta videntur; si vero ita — quod fieri solet — hos versus interpretari conamur ut gentis humanae ex arboribus saxisve prognatae respiciatur origo, nihil prodit quod possit intellegi.

v. L.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e pag.* 223.)

XXVII.

DE HEROUM HOMERICORUM CURRIBUS BELLICIS.

„Es giebt keine bessere Probe auf die Richtigkeit einer sachlichen Erklärung homerischer Bezeichnungen und Schilderungen, als die Beleuchtung, die durch sie die Gleichnisse gewinnen." REICHEL.

In capite proximo vidimus Helenam versus moenia properantem

ἵνα θέσκελα ἔργα ἴδοιτο
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων [1]).

Neque est quisquam nostrum quin Iliadis partem illam dulcissimam probe teneat memoria. Vivunt illic omnia, vivunt singula verba, nihil temere dictum, sed magno poeta digna sunt omnia.

Ergone et suam sibi vitam illic vivunt epitheta, quibus Troum Achivorumque illustrata sunt nomina?

Ineptus fere mihi videor tale quid rogans. Nam hoc si rogandum videtur, id quoque rogetur coloribusne scientes utantur pictores, lucemne ab umbra, viride pigmentum a rubro distin-

1) Γ 130 sq., cf. vs. 251 et Θ 71.

Digitized by Google

guant illi. Fuit quidem nuper qui spisso libro sibi — fortasse et aliis — probasse videretur eo oculorum morbo cunctos laborasse Graecos quotquot fuerunt ut caeruleum colorem a luteo discernere non possent; cras fortasse surget qui Rembrandtio lucem caliginis instar fuisse demonstratum eat vel Archimedem miscuisse quadrata rotundis. Sed aegrarum mentium eiusmodi somnia donec pro certis et exploratis habeantur inter philologos, pergemus opinor putare vates priscos scivisse quid dicerent et cur id dicerent, non temere iactasse quicquid in mentem veniret, sed sollerter duxisse lineamenta imaginum quas exhibituri erant et suis luminibus coloribusque temperasse.

Quod si firmiter persuasum habemus, dubium videri non potest quin is qui in turrim Scaeam deduxit Helenam, ut inde prospectans illa cerneret Troas essedarios et Achivos aere tectos in planitie ante urbis moenia inter se oppositos, neque Achivos bigis vectos mente sibi informaverit neque Troianorum tunicas aere resplendentes [1]). Alterum exercitum ab altero his epithetis distinxit poeta; utrumque ita indicavit ut id ipsum agnosceretur quod proprium sibi haberet. Adspicimus hinc peditum aciem aere fulgurantem, illinc equorum capita micantia. Sic pictor peritus lineis una et altera in tabulam raptim coniectis certi hominis vultum, animal aliquod rarius, locum olim adspectum, non minus clarum e memoriae nostrae latebris evocat subito quam si elaborasset illam imaginem et coloribus exornasset. Pingit poeta cum epitheto aliquo utitur. Viventia dicimus epitheta, quae suo tempore in animo artificis gignit musa; nam si quis epithetis utitur mortuis, — quae ornantia dici solent, — is non poeta est, sed versifex; neque exornat carmen, sed verborum versuumque fucat cadavera [2]). At verus fuit poeta qui ἱπποδάμους vocavit incolas Ilii, verus fuit poeta qui Agamemnonem vocavit ποιμένα λαῶν et ἠύτε ταῦρον ἀγελῇφι μέγ' ἔξοχον πάντων dixit, qui Ulixem κτίλον ὥς ante aciem incedere; quae qui audiunt, ante horum mentem versatur imago regis strenuo

1) A prisca arte abhorrent versus E 180 P 485, ubi et Troiani dicuntur χαλκοχίτωνες. — *Tunicas aereis laminis ornatas* intellegenti Valetoni (Mnemos. 1904 p. 112) assentior (cf. caput sequens).

2) Non loquor nunc de nominum quorundam propriorum epithetis, quae neque pulcra sunt neque languent, sed in nomina propria et ipsa paene abierunt.

Digitized by Google

eodemque gravi ingressu agmen suorum antecedens et in hostes ducens.

Neque est quod miremur, his potissimum adiectivis inter se a poeta distinctos esse Achivos et Troianos. Nam scimus in Troadem Atridas cum copiis suis non curribus vectos venisse, sed ἀλὸς ἵπποις illis, qui equis terrestribus aut nullum praebent locum aut perincommodum. Quos si tamen secum adduxissent principes — nam de his utique solis iam sermo esse potest, et omnino solorum principum in carminibus epicis habetur ratio; copias quoque adesse scimus, certe credimus, non videmus: — bigas igitur si reges Achivorum in bellum trans mare secum duxissent, non tacuissent de ea re cantores, qui iter illud maritimum carminibus celebrarunt, sed aliqua, opinor, νεῶν ἱππαγωγῶν in secundo Iliadis libro, ut apud Thucydidem Atheniensium expeditionem Siculam describentem, fieret mentio. Et vel sic — ut in Sicilia equitum Atheniensium — perexiguus fuisset numerus equorum Achivorum neque contra creberrima Troianorum esseda [1]) plus hi valuissent quam trecenti illi Niciae equites contra equitum Syracusanorum turmas densissimas; τούτῳ γὰρ μάλιστα προεῖχον ἐκεῖνοι.

Scimus praeterea non eo consilio venisse Agamemnonem ut celeri itinere in Asiae interiora penetraret, sed ut urbem oppugnaret firmis muris munitam marisque orae proximam [2]).

Scimus denique ex Asiae interioris campis inhospitalibus oriundos esse equos [3]), in Asia domitos esse primo, curribus bellicis primos inter homines, quorum quidem memoria ad nos pervenerit, usos esse Assyrios; eo tempore, quo Egypti Arabiaeve incolae equos nondum haberent cognitos, in bellum iis vectos esse reges Mesopotamiae; ex illis regionibus in Aegyptum, in Asiam quam minorem dicimus, tandem in Europam pervenisse currus bellicos. Itaque Europae incolae cum Asiae bellum

1) Cf. Θ 503, 548, 564 Π 370 Φ 16, 521.

2) Digna quae hic afferantur sunt verba Hehnii: „der assyrische König zeigt sich „nicht zu Fuss, auch nicht reitend, sondern immer zu Wagen, ausser bei Bela„gerungen fester Plätze, wo es der Natur der Sache nach auf Flüchtigkeit der Bewegung nicht ankam" (Kulturpfl.⁴ p. 30).

3) „Ein Steppenthier" (Hehn).

Digitized by Google

inferunt, peditum cum turmis equestribus id fore expectamus, quale fuit Israelitarum bellum cum Chanaanitis, quorum invadebant regionem [1]), et potius rogabimus reges Achivorum ullosne equos habuerint quos trans mare in bellum secum ducerent quam cur currus suos domi, ut Pandarus Troianorum socius, reliquerint cum in oras longinquas inirent expeditionem maritimam. Agamemnoni καὶ ἕνδεκα ἅρματα stabantne domi, ut Pandaro Zeleae? [2]) esto: — minime tamen mirabimur si non secum traxerit trans mare currens; sed haud ita certum videtur habuisse eum quae secum traheret [3]). Non rogamus igitur qui factum sit ut inter mulos canesque Achivorum in Troadis littus egressorum saevierit pestilentia, equis — quorum mors aliquanto maius damnum dominis illatura erat — pepercerit Apollo. Non percussit deus equos ... qui nulli adessent [4]). Sic in decalogo Israelitae iubentur abstinere a vicini uxore mancipio bove asino: non iubentur ab equis alienis, quippe qui non essent inter domestica eorum animalia.

Firmiter igitur solo innisi Achivi χαλκοχίτωνες καὶ ἐυκνήμιδες expectant hostium mobilium turmas irruentes. Nam κέντορες ἵππων sunt Troiani [5]), sunt ἵππων ἐπιβήτορες, οἵ τε τάχιστα ἔκριναν μέγα νεῖκος ὁμοίοο πτολέμοιο [6]). Ipsis nominibus testantur avitum equorum studium. Ut postea Hippiis Hipparchis Hipponicis Hippocratis atque adeo Phidippidi illi quem meminimus

---

1) Ios. XI 4 XVII 16 Iud. I 19 IV 3 V 22, 28.

2) E 193.

3) „Die Griechen sind zu allen Zeiten im wesentlichen Fussvolk gewesen" (Reichel Hom. Waffen² p. 38). — Non obliviscor nunc stelarum Mycenaearum quae bellatores currum agentes ostendunt.

4) „Als ob gar keine Rosse im Lager wären" E. H. Meyer Indogermanische Mythen II, Achilleis, p. 190. — Ad versum K 84 similia possunt annotari.

5) E 102.

6) Identidem suspicatus sum — et quis non suspicetur! — locutionem ἵπτων ἐπιβαίνειν ceterasque quae sunt huiuscemodi errore aliquo recentiorum ita esse detortas ut ἵπποι *currum* significarent. Non tamen habeo argumenta quibus confirmem hanc suspicionem, in quam ipsa lingua urgemur et cogimur. Inveniet fortasse huius aenigmatis solutionem novus aliquis Reichel. Nam solutio quam ipse Reichel protulit: „man sagte ἀφ' ἵππων .... weil die Pferde eben das Charakteristische des Fuhrwerkes waren" (Hom. Waffen² p. 120) vereor ut sufficiat. *Equitesne* fuere Troes in carminibus nostra Iliade vetustioribus, ut Amazones Troum sociae in Aethiopide carmine?

Digitized by Google

τῷ Κικυννόθεν nomen dederunt equi bellatores, quibus praepollebant eorum patres, sic ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας denominati sunt Troiani Hippodamas, Hippodamus, Hippasus, Hippothous, Hippomachus, Hippolochus, Hippotion, Hippodamia, Melanippus, Echepolus [1]), eorumque socii Hippothous, Hippolochus, Euippus [2]).

Nempe egregiis divinaeque adeo stirpis equis gaudet Τίλιος ἠ ἐύπωλος [3]). Ipse pater hominumque deumque Troi gentis Troianae patri praebuit olim ἵππους ἀρίστους ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠόα τ' ἠέλιόν τε [4]). Dardano prisco regi tria milia equarum erant vento velociorum [5]), quibus ut poteretur Hercules olim urbem cepit [6]); nunc Priamus plurima earum armenta alit Abydi [7]). Huius filius Troilus dicitur ἱπποιοχάρμης [8]), — et nominis proprii id fere est instar; fortissimos autem Troum heroes Hectorem Paridemque levi superboque ingressu per planitiem properantes cui assimulet poeta unum invenit equum luxuriantem [9]), animal illud quod prae ceteris illis carum erat. Non Achillem Antilochumve, non Oilei filium quantumvis pernices ferocesque equis assimularunt poetae epici.

Etiam socii Troianorum Phryges sunt ἱππόμαχοι [10]), αἰολόπωλοι [11]), Lyciorum — id est Phrygum [12]) — rex Lycaon undecim currus habet [13]), Thraces, quos ducit Rhesus [14]), dicuntur ἱππο-

---

1) Δ 458. Alter quidam Echepolus Ψ 296 Sicyonius quidem est Agamemnonis socius, sed ... *Anchisiades* vocatur, e Troade igitur in Graeciam nescio quomodo aberravit. — Fortasse etiam *Lampus Xanthus Pedasus* hic commemorandi sunt, nam et equorum inclutorum haec sunt nomina.

2) »Die meisten" [immo duobus versibus Λ 303 Τ 240 exceptis omnes] »der mit Hippos gebildeten Eigennamen ... fallen den Troern oder Thrakern zu" Meyer l. l. p. 191.

3) Ε 551 sqq.

4) Υ 221—234.

5) Ε 265 sqq.

6) Ε 640.

7) Δ 500.

8) Ω 257.

9) Ζ 506 sqq. Ο 263 sqq.

10) Κ 431.

11) Γ 185.

12) Cf. Δ 90 sq.; Aesepus Phrygiae fluvius ex Ida oriundus est. Aliena hinc est illa quae postmodo ita vocata est regio Lycia procul a Troade dissita.

13) Ε 193.

14) Κ 436, 472 sq.

Digitized by Google

πόλοι [1]), Maeoniae Cariaeque mulieres eburnea ornamenta arte parant maritorum fratrumve equis [2]).

Haec habuerunt prisca carmina rerum pridem gestarum memoriam servantia, multifariam quidem mutatam et exornatam, veri tamen memoriam aliquam. Asia fuit equorum patria, in Asia bellantibus Agamemnonis militibus occursarunt turmae curruum hostilium, quemadmodum multis saeculis post in Clearchi hoplitas irruerunt currus falcati Artaxerxis.

Sed non Ilii expugnationem canit Ilias nostra: canit iram Achillis. Cum Achille heroe Thessalo priscam fabulam quae erat de Troia ab Argivis capta invaserunt multa quae ab ea aliena erant. Thessalia diu ante aevum, quo carmina Homerica condita sunt, bigarum cognitum habuit usum; in Thessaliae campis laetis, apertis, Thraciae vicinis lasciviebant equi quo tempore saltuum Laconicorum incolis vix essent notiores quam Pyrrhi olim „boves anguimani" [3]) fuerunt rusticis Lucanis. Itaque non est quod miremur poetam, qui cecinit Patroclum in hostes irruentem Achillemque mortem amici ulciscentem, non distinxisse Achivos pedites a Troianis essedariis. Tros Phthiusque illi nullo discrimine habentur. Manebat etiamtunc ἱπποδάμοι Troianorum epitheton, sed languescere coeperat et vix etiam erat vitale, cum cuilibet bellatori nobili strenuoque satis haberetur aptum; erat et Diomedes ἱπποδάμος fueratque Tydeus eius pater, erant Nestor eiusque filius Thrasymedes. Dicuntur iam Achivi quoque ταχύπωλοι et κέντορες ἵππων et ἱππόται et ἱππηλάται, — et quidni dicantur? Nam reges, quorum patria ἱπποβότος audiat [4]), domi equis usos esse non est cur negemus; utitur iis Diomedes, utuntur ceteri reges Achivorum, ipse Achilles eiusque sodalis Patroclus ὁ ἱππεὺς καὶ ἱπποκέλευθος equis utuntur immortalibus, venti prole [5]), e communi igitur rerum natura exem-

1) N 4 Ξ 227.

2) Δ 142—145.

3) Lucret. V 1301 etc.

4) Ἄργος ἱπποβότον primitus dictum esse *Thessaliam* acutissima est Busolti suspicio, cui adstipulati sunt Beloch et Cauer (Grundfr. p. 153).

5) Π 150. De *tertio* illo Patrocli equo κρεῖττον σιωπᾶν ἢ μηδὲν λέγειν, itaque id unum nunc observatum esto, duas videri coaluisse fabulas, quarum altera Xanthum Baliumque nosset Achillis equos divinos et fortasse alatos, altera Pedasum Patrocli equum inclutum, ut Agamemnonis Aethen illam vel Arionem Adrasti.

Digitized by Google

tis [1]). Quos perficere id quod Hector fieri posse dixerat [2]), non probaverat [3]), ut urgente nimirum Patroclo cum curru fossam transsiliant [4]), non est quod magis miremur quam fiere eos atque ad dominum suum verba facere [5]): id unum miramur quod in Troade Achilles iis utatur, quo classe pervenerit ad urbem expugnandam.

Et quid tandem illic Achivis prosunt bigae? Ipse Balius equus et Xanthus ille vocalis quid prosunt, quid agunt? Domi suam iis fuisse utilitatem testatur Nestoris prolixa narratio, qua ἱππότου epitheto dignum se probat [6]); sed in ora Troadis quid perficiunt? Id unum quod iumenta hodierna, — si qua etiam reliquit aevi novi machina αὐτomobilis, — quae currus nostros ... non in bellum trahunt, sed homines sarcinasque ex alio in alium locum vehunt. Carpenta sunt, plaustra sunt birota, non vera esseda. Fugae potissimum, non victoriae sunt instrumentum; in fugam aptissimos se praestant Achivorum equi, nam nulli a Troianis captantur, neque ullum fere bigis fugientem heroem Achivorum assequuntur hostes. Semel et iterum eiusmodi quid dicitur in transitu [7]), non data opera pingitur, ut crebri illi Troiani, qui in curribus stantes occupantur a Diomede Agamemnone ceteris Achivorum regibus. E curru vero pugnans heros Achivus unus tantum uno longi

---

1) *Deorum* Iovis Iunonis Martis Neptuni (Orci) bigas nunc mitto, id unum hoc loco de iis annotasse satis habens, vix iis esse utiles, nunquam certe necessarias, neque unquam iis uti cum mortalium pugnis se immisceant.

2) Θ 179. Contemnentis sunt haec verba, quibus Hector suos milites exhortatur ad vile illud quod ait hostium munimentum strenue adoriundum.

3) Cf. M 108—113.

4) Π 380—382. Altera haec mihi videtur forma fabulae τῆς περὶ τοῦ Τρωικοῦ πηδήματος, quo Achilles tum, cum in littus Troadis appulerunt Achivi, ἀπὸ τῆς νεὼς ferebatur desiluisse inter hostes obstantes (cf. Eur. Andr. 1139 sq.). Hic quoque ὁ δούρειος ἵππος, *equus* ille *Neptunius*, factus est quadrupes: navis abiit in bigas.

5) Itaque in praestantissimo capite libri cuivis noti, quo Helbig egit de veterum curribus bellicis, satius fuerit delevisse ultima verba enuntiati sequentis: „die Streitwagen waren sehr leicht gebaut; denn ... sie setzen selbst über Graben" (p.[1] 89). Sic de medii aevi equitibus disserens quispiam perhibere possit levissimae armaturae illos fuisse videri, Bayardum enim illum celsissimam aliquando rupem transsiluisse, ictu ungularum saxum diffissum etiam hodie stare in ripa Mosae. — Ceterum ipsam rem minime nego.

6) Λ 680—761.

7) Ε 608 Π 810 Ρ 614.

Digitized by Google

carminis loco commemoratur, ibi autem deam habet aurigam ipsumque belli deum vulnerat [1]). Diomedes ille duce Minerva Martem hasta percutiens non ex Asiatico bello sed ex antiquissimis Thebanorum mythis desumtus est: cum Troianis vero pedes ille pugnat ceterique pugnant reges, postquam bigis usque ad hostes sint vecti. Ipse Achilles immortalibus suis equis non ad assequendum profligandumve Hectorem utitur, sed ad corpus eius laniatum per pulverem in castra raptandum. — Mulorum in tauromachiis hodiernis tale est officium: satisne id dignum prole Zephyri rapidaeque Podargae?

Minus acerbis verbis uterer nisi persuasissimum haberem a prisca Achillis fabula talia esse aliena et nativam prisci carminis simplicitatem isto fuco turpiter esse infectam. Nam illi quem novimus Achilli pristinos poetas bigas non tribuisse satis testantur epitheta πόδας ὠκύς, ποδώκης, ποδάρκης, quae Iliade nostra esse antiquiora nemo non sentit, quoniam inde ab initio carminis [2]) ei tribuuntur, licet in extremo demum carmine causa adiectivi appareat [3]). Non equi eius sunt ποδήνεμοι, ipse est θεῖειν ἀνέμοισιν ὁμοῖος. Qui postquam e castris proruit Patrocli caedem ulturus et in Hectorem stimulavit equos furore stimulatus ipse, adspecto hoste e curru prosilit, pedibus velocibus fugientem circa urbis moenia persequitur, tandem assecutus obtruncat [3]). Non nescio etiam multis saeculis post in Britannia ita pugnatum esse „ut essedarii primo per omnes partes pere„quitarent, dein ex essedis desilirent et pedibus proeliarentur, „aurigae interim paullatim ex proelio excederent atque ita cur„rus collocarent ut, si a multitudine hostium premerentur, ex„peditum ad suos receptum haberent" [4]), itaque in carminibus Homericis ex vero depictos esse crebros illos heroes, qui e curru egressi pedites hostem invadunt, minime nego; sed in Achillis τοῦ ποδάρκεος fabulam sero ea sunt invecta.

Itaque, ut illuc unde exorsi sumus redeamus, postquam ad manus venerunt ἱππόδαμοι Τρῶες καὶ ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί, non

1) E 829 sqq.
2) A 58.
3) Etiam Υ 189 hic est commemorandus.
4) Caes. Bell. Gall. IV 33.

Digitized by Google

possumus non expectare singulas quas poeta descripturus est principum pugnas huiusmodi fore ut τὼ μὲν ἀφ' ἵπποιιν dimicent, bellator Troianus eiusque auriga, ὃ δὲ πεζὸς ἀπὸ χθονὸς in eos obversus, heros Achivus [1]). Et ita est; plurimi ab Achivis feriuntur Troianorum proceres in curribus stantes: a Diomede Phegeus, Echemmon et Chromius, Pandarus, Axylus et Calesius, Thymbraeus et Molion, Meropis filii [2]); ab Agamemnone Odius, Bianor et Oileus, Antiphus et Isus, Pisander et Hippolochus [3]), ab Idomeneo Phaestus [4]), ab Antilocho Mydon [5]), a Menelao Adrastus [6]), a Patroclo Thestor et Cebriones [7]), ab Achille Laogonus et Dardanus, Rigmus et Areithous [8]), et bigas Troianorum eorumque sociorum complures captas in castra abducunt Achivi: Diomedes Phegei et Idaei, Echemmonis et Chromii, Aeneae et Pandari, Meropis filiorum et Ulixe adiuvante Rhesi [9]), Antilochus Mydonis et Asii [10]), Patroclus Sarpedonis [11]).

Frustra autem urbe tentata Achivi fossa valloque circum naves et tumulum, quo militum caesorum ossa sepeliverunt, ductis ab hostium celerum incursionibus se tutantur auctore Nestore rerum bellicarum peritissimo [12]). Quod quam prudens fuerit consilium postero die patet. Nam duce Hectore audacter denuo proruunt turmae hostiles [13]), et nisi arcuisset eos nova fossa sudibus praeacutis munita, in castra penetrassent [14]). Transsiliri eam posse speraverat Hector [15]), sed secus est. Repellitur qui aditum petit tamen Asius [16]), dein curru egressus

1) E 13. Cf. etiam O 386.
2) E 13 sqq., 160 sqq., 291 sqq. Z 18 Λ 320 sqq., 329.
3) E 39 Λ 92 sqq., 104 sqq., 122 sqq.
4) E 46.
5) E 581 sqq.
6) Z 38 sqq.
7) Π 402 sqq., 737 sqq.
8) Υ 460 sq., 487 sq.
9) E 25, 165, 323 Λ 328 K 481 sqq.
10) E 589 N 400.
11) Π 506 sq.
12) H 342.
13) Λ 289, 320, 503, 522—538.
14) M 50.
15) Θ 179.
16) M 110 sqq., 124.

Digitized by Google

caeditur [1]); ceteri Polydamanti statim obtemperantes curribus relictis pedites vallum Achivorum adoriuntur et duce Hectore per portam in castrorum interiora tandem penetrant [2]). Repelluntur tamen, sed denuo castra aggressi per viam quam ipse Apollo iis stravit quo tendebant perveniunt pedites, subsequentibus bigis [3]). At Patroclus postquam fessis navium defensoribus opem tulit, denuo fugantur Troiani multaeque in fossa pereunt eorum bigae [4]). Cadit dein Patroclus et fortuna etiam mutata Achivos cum eius corpore recedentes denuo invadunt Aeneas Hector ceterae turmae Troianae [5]). Quominus tamen in castra iterum penetrent deterret Achilles in vallo conspectus [6]), qui mox per planitiem eos persecutus in Xanthum pellit fluvium, cuius alveus oppletur equorum militumque corporibus [7]). Caesus dein Hector finem facit carminis quod erat de ira Achillis, et ipsi Ilio perniciem iam instare sentimus.

Hactenus quae demonstratum ivi quo redeant facilius fortasse apparebit inspectis thesibus quas subiuncturus sum tribus:

I. Priscum carmen, quod erat de Troiae obsidione et excidio, bigas [8]) tribuebat Troianis eorumque sociis, — si quos etiam in carmine illo socios Troiani habebant, — Argivis non item [9]). Praecipua illius carminis pars erat — et est! — Hector *ὁ ἱπποδάμος, κορυθαιόλος ἱπποκορυστής* cum turmis suis irruens in

---

1) M 392.

2) M 50—85, 462.

3) O 258—457. Summas res strictim nunc tango; nam singula esse clara et perspicua aut optime inter se cohaerere haec omnia minime perhibeo.

4) Π 367, 371—393.

5) P 740, 754 Σ 153.

6) Σ 223 sq., 244.

7) Φ 16, 521.

8) Cautius fortasse loquentis fuerit *equos* dixisse (cf. pag. 254, 6).

9) Ex parte igitur convenit mihi cum E. H. Meyero (Achilleis p. 190), qui in Achilleide (Iliadis illo iudice parte antiquissima) currus bellicos „offenbar den Griechen noch nicht so vertraut wie den Troern" esse statuit et „in Masse nur im troischen Heer" inveniri. Sed aliorsum quam ego vir ille doctus tendit cum in *recentibus* tantum Iliadis partibus „nur noch die Troer, nicht mehr die Griechen" curribus uti statuit (p. 209), novi igitur aevi vestigia agnoscens ubi et genuina et prisca mihi videntur omnia.

Digitized by Google

Argivorum castra fossa valloque protecta [1]), ab Aiace autem Argivorum fortissimo repulsus.

II. In Achilleide — ut in Argonautarum fabula — bigarum non fiebat mentio. Huius carminis partes praecipuae fuerunt — et sunt! — Achivi Troesque de corpore Patrocli pugna stataria contendentes et pernix Achilles Hectorem pedibus persequens. Pugna illa nihil habet quod Metti Fuffetii crudele supplicium in mentem nobis revocet, sed corio a viris circumstantibus distento miserum caesi herois corpus assimulavit poeta vivida imagine usus [2]): Achillis autem Hectorisque cursus non certaminis equestris praebuit speciem, sed accipitri columbam canique hinnuleum persequentibus poeta similem dixit Achillem τὸν πόδας ταχύν.

III. Achivorum bigae in Iliadem invectae sunt praesertim e fabulis Thebanorum [3]). Hinc fit ut prae ceteris iis utatur Diomedes [4]) et melius quam alii Achivorum heroes sciat quomodo iis sit utendum. Praeterea recentiores poetae Achivos Troianis et hos illis assimulantes quaedam huiuscemodi finxerunt imprudentes.

Sed erunt fortasse qui hanc disputationem satis firmo fundamento inniti certam ob causam negent.

Nempe propter scutorum priscorum ingens pondus heroas bigis usos esse multi hodie arbitrantur [5]); tum cum loricati

---

1) Desinamus censeo quaerere fossamne prius quam vallum noverint carmina Homerica, — nisi rogandum videtur etiam priusne corpus fuerit an eius umbra, angulus an eius supplementum. Nam fossa dum fit, sponte fit et agger sive τεῖχος ἀμφίχυτον, quale fuit illud quod Herculi fecere Troiani (T 145). Dux si terram effossam multo labore per planitiem vicinam a militibus dispergi iuberet potius quam exaggerari, desiperet profecto. Tum demum vero dissimile videtur illud τεῖχος Ἀχαιῶν, cum cogitamus *lapideum* ... invitis poetis vetustis. Quos ἀμφίχυτον revera voluisse τεῖχος luculenter testantur verba minime obscura O 364, ubi Apollo vallum illud ῥεῖα αὖτις συγχεῦαι ποσί dicitur. Itaque postquam Achivi e Troade abierunt, dei non vi deiecerunt illud vallum sed aquae vi liquefactum ἠμάλδυναν (M 32, cf. H 463).

2) P 389–395.

3) Ita igitur acceptum velim id quod Ed. Meyer adstipulante Cauero (Vorfragen p. 178) his verbis enuntiavit: „der Wagenkampf ist eine Antiquität des traditionnellen epischen Stils."

4) „Diomedes ist aus einer Fortbildung der grossen Sage des thebanischen Krieges in die des troianischen herübergenommen" E. H. Meyer l. l. p. 394.

5) Sic Reichel Hom. Waffen² p. 38 eumque secutus Leaf Ilias² I p. 573: „It

Digitized by Google

essent milites et levioribus clipeis uterentur minus necessarias vel etiam inutiles factas esse bigas, sed fieri non potuisse ut in antiquissimis Iliadis partibus Achivorum principes iis non uterentur.

Cui igitur heroi scutum longe gravissimum tribuit epos? Non diu quaerendum, nam novimus omnes: Aiax est ille, cui et pater Τελαμών et filius Εὐρυσάκης procrevit e scuto illo septemplici. Hic autem bigis nunquam, quod quidem sciamus, usus est. Et tamen ἕρκος Ἀχαιῶν vocatur, neque usquam in pugna frustra desideratur, sive robore opus est sive agilitate; non solum a navibus propulsat turmas hostium, sed etiam in medio campo, procul a castris, Patrocli caesi corpus tempestive servat inter pugnantium tumultum, item postea servat corpus Achillis. Cum recedendum est, asino tardo et pervicaci similis est, at minime tardus immanique illo scuto haudquaquam praepeditus in hostes irruit pedes. Vel sic igitur satis celer erat Aiax ὁ φέρων σάκος ἠύτε πύργον, cuius tum demum exhaustae sunt vires cum hostes irruentes per diei partem haud exiguam ingenti conto a navibus propulsavit [1]). Neque Ulixi bigae tribuuntur in Iliade.

— „Quippe ex insula exigua venit uterque" [2]).

Esto. Sed Arcadibus naves commodavit Agamemnon: bigas regi Ithacae — si et hic ad Troiam pugnavit — vel regi Salaminis — si Salaminius dicendus videtur Aiax Homericus — commodare non poterat aut nolebat? nolebat Menelaus, qui vel dono eas obtulit Ulixis filio se visenti? Et tam maligni si erant Atridae, quidni Rhesi igitur bigis postquam potitus est Ulixes in bellum est vectus, ut Diomedes equis Aeneae? Cur sub immani illo scuto etiam desudare maluit? Quidni

---

„was the great weight of the shield which led to the use of the war-chariot ... If „Odysseus and the Salaminian Aias have none either, the want is to be explained „by the fact that their homes are small rocky islands."

1) O 676 sqq. Π 102—111. Id quod nollem his verbis enuntiasset Reichel: „gelegentlich unter der Wucht des Schildes leiden" (Hom. Waffen² p. 39).

2) Hercher Herm. I p. 262 sq., cui Reichelium et Leafium aurem praebuisse modo vidimus. Equidem potius sequor nunc E. H. Meyerum (l.l. p. 191) Herchero his verbis oblocutum: „Nein! als Homer die ältesten Iliasgesänge dichtete, war der Wagenkampf den Griechen noch neu und fremd, während die asiatischen und thrakischen Stämme ihn schon länger kannten."

Digitized by Google

Aiax, postquam plurimos Troianorum equos Achivi in castra abduxerunt, duos horum sibi expetivit facinorum strenuorum iustum praemium, ne etiam exinde mole scuti sui suffocaretur paene et elideretur, sed alacrior irruere posset in aciem hostilem? An deerant aurigae?

Inepta rogantis haec censes? Ego censeo. Nempe ostendere volui ad quam insulsas quaestiunculas detrudamur si concedamus prisca scuta tam gravia fuisse ut satis facile gerere ea non possent heroes. Quae si ita habuisset res, mansissent potius in curribus, ab hostium adversorum telis satis ibi tuti. Sed quae levi manu versare poterant scuta [1]), etiam gestare poterant aliquantisper, et rectius ut opinor statuerit quispiam curruum usum aliquando effecisse ut gravioribus quam antea scutis bellatores uterentur quam propter scutorum nimium pondus primum adhibitos esse currus bellicos.

Sed quae de pondere ingenti scutorum ἀμφιβρότων perhibentur omnino mihi videntur reicienda. Ponderosa fuisse non nego: erant etiam scuta militum Romanorum [2]), nec tamen curribus hi vehebantur in aciem; — tam ponderosa fuisse quam hodie creduntur, ita ut satis commode gestari nequirent, nego praefracte. Aut enim mera haec est coniectura — nam oculis cerni possunt eiusmodi scuta in vetustis imaginibus delineata, in libra exigi non possunt, — aut nititur auctoritate Homeri. Propter magnum igitur ambitum si tam gravia fuisse dicuntur, nego id inde effici; si propter Homeri versus quosdam, poetae verbis ita utendum esse nego. Qui quod scutum e septem taurinis pellibus confectum et praeterea lamina aerea obductum tribuit Aiaci, ingentes vires huius herois sic significavit; quem si quis poetae aequalium imitatus cum eiusmodi scuto hostem invadere conatus esset, extemplo concidisset armorum suorum mole obrutus, ut clipeorum Sabinorum Hersilia. Scuta quibus septenorum boum pelles inserviissent nulla in terris vidit aetas; destinata ea fuere viris tantae staturae quantae fuit heros ille, cuius ossa Tegeae effodit olim Lichas [3]). Aut huic viro Herodotove fidem habentes credamus septem cubitorum fuisse Orestem, aut

1) Id quoque a multis negari hodie non nescio, sed iure negari nego ipse.
2) Romana scuta erant pedum $4 \times 2\frac{1}{2}$ (Polyb. VI 23).
3) Herodot. I 68.

Digitized by Google

septem pellibus protectum olim fuisse scutum ullum credere recusemus [1]).

Sed hoc si reicitur testimonium, quid restat? Hector, cuius tantum fuit scutum ut et collum et suras percuteret currentis [2]), poterat tamen ἀμφίβροτον illam ἀσπίδα νωμῆσαι et ἐν σταδίῃ μέλπεσθαι Ἄρηι [3]), poterat in tergum reiecta in urbem rapido cursu ruere [4]). Quorsum igitur ei bigae? — non ad arma transportanda, sed ad hostes invadendos, fugandos, persequendos!

Si quis autem sumat essedarios Homericos maioribus, pedites minoribus scutis fuisse instructos, — nam eodem tempore maiora minoraque in usu fuisse cum per se satis intellegitur tum testantur imagines Mycenaeae, — ne haec quidem opinio satis firmo nitatur fundamento, quoniam Hector, ut vidimus, etiam pedes cum magno scuto cursu ferebatur celerrimo et Aiax, qui scuto omnium longe maximo onustus fuit, semper pugnavit pedes.

In gravissimum denique errorem incidat qui solos principes scutis clipeisve armatos fuisse sumat. Fuerunt velites in exercitu Achivorum, multi fuerunt, — sed etiam ἀσπισταὶ plurimi erant pedites. Induciae dum fiunt, hi „*stant clipeis innixi*", ἕαται ἀσπίσι κεκλιμένοι [5]); pugna autem coorta συμβάλλουσι ῥινούς [6]).

---

1) „Sieben Häute und eine Metallage, das giebt niedrig geschätzt ein Gewicht von 140 Kilogramm. Niemand wird im Ernste annehmen, dass es solche Schilde wirklich gegeben habe" (Robert Studien zur Ilias p. 13). Ipsa vita cuiusmodi habuerit scuta „turribus similia" Reichelii verbis (Hom. Waffen² p. 4) dicere liceat: „diese Art wird, da sie kürzer ist, leichter im Gewichte gewesen sein [quam scuta figuram 8 referentia]". Breviora scuta σάκεα vel „Thurmschilde" dixerim equidem, maiora ἀσπίδας vel „Kuppelschilde", non vero maiora utroque nomine auctore Reichelio designaverim. Qui quod scribit: „die Angaben des Epos erlauben keine Unterscheidung der beiden Haupttypen des mykenischen Schildes" (l.l. p. 18), vereor ut recte sic statuerit. Sed haec nunc in medio relinquenda est quaestio.

2) Z 117 sq.

3) H 238—241.

4) Z l.l.

5) Γ 134. Quo versu infeliciter usus est Robert l.l. p. 26, sic interpretatus: „Die Krieger legen ihren gewaltigen Schild ab und lehnen sich mit dem Rücken dagegen, wie an die Lehne eines Sessels". Qui lapsus videtur scribentis; vix enim credibile videtur virum doctum serio finxisse sibi aciem militum coram hoste ... humi ita considentem ut qui in littore apricantur. Immo (καθ)ῆσθαι *movendi*, non *standi* notionem hic sibi habet oppositam. Cf. Ar. Pac. 473 vel similem verbi στῆναι usum E 309: „ἔστη γνὺξ ἐριπὼν καὶ ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ γαίης.

6) Δ 447.

Digitized by Google

Tunc *ἀσπὶς ἀσπίδ' ἐρείδει ... ὡς πυκνοὶ ἐφέστασ' ἀλλήλοισι, φράξαντες σάκεϊ σάκος* [1]). Magnus igitur horum fuit numerus, et tamen solis principibus Achivorum poetae tribuerunt bigas. Nisi credibile videtur finxisse eos milia aliquot equorum in apertis illis navibus ab Achivis *αὐτερέταις* trans mare vecta. An et *equi* Atridarum *αὐτερέται* trans mare cucurrerunt, ut equi Attici teste comico? Etiamne Xanthus Arionque *„ἵππαπαῖ, τίς ἐμβαλεῖ;"* clamarunt sodalibus quadrupedibus? Erant certe vocales!

Nae ludicra mera fiunt omnia, in satyricum tragoedia vertitur, in iocos scurriles abire videtur poema immortale, dum persuadere nobis conamur vatem cum ratione insanivisse. Non insanivit ille — nobis cavendum ne insana e priscis carminibus efficiamus.

XXVIII.

DE THORACIS IN CARMINIBUS HOMERICIS USU.

Quadraginta sunt anni et amplius per quos carminibus epicis operam dedi, puer prius et discipulus, dein alios docens ipse; nihil autem per temporis illud spatium vidi prolatum quod plus prodesset ad prisci aevi reliquias recte intellegendas quam Wolfgangi Reichelii *τοῦ μακαρίτου* — nam sexto abhinc anno morte immatura abreptum dolent omnes quibus bonae litterae cordi sunt — de armis Homericis liber [2]). Egregia multi in poëseos Homericae verbis et rebus illustrandis dederunt sagacitatis et eruditionis specimina, sed felicius nihil est inventum quam id quod nunc discunt etiam pueri in gymnasiorum subselliis, ante annos duodecim ne doctissimi quidem magistri suspicabantur, heroibus non fuisse thoraces. Quod postquam docuit Reichel, centum pluresve loci Iliadis nec non Odysseae

---

1) N 130 sq.

2) Ueber Homerische Waffen. Archäologische Untersuchungen von W. Reichel Wien 1894, ed.[2] (opus postumum) 1901.

Digitized by Google

unus et alter melius quam antea intelleguntur, et omnes iam miramur id quod mirari solent homines cum veri quid est repertum, non dudum id aut ab aliis aut a se ipsis fuisse perspectum. Pergere autem per viam indicatam quoniam multo est facilius quam indagare viam et aperire, quaedam in hac provincia postmodo ab aliis melius quam ab ipso Reichelio administrata esse non est quod miremur.

Non cunctis versibus Iliadis — Odysseae nullus repugnat — convenire Reichelii doctrinam vix est quod dicam; scimus enim antiquiora et recentiora in carminibus epicis esse commixta [1]). Sed longe plurimis locis, ubi Argivorum cum Troianis canuntur proelia, milites cogitari ἔχοντας

πήληκά καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε [2]),

non thorace vel lorica indutos, γυμνοὺς igitur esse si sint ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος [3]), id postquam dixit Reichel, nemo negaturus est, aperta enim est res. Itaque quod nimiae imperitiae et vere barbarae videbatur olim, caesos pugna aestuante extemplo ἐξεναρίζεσθαι sive σκυλεύεσθαι, id fieri quomodo potuerit nunc demum intellegitur; nam hoc est quod volunt poetae: galeam scutum ensem hastam hosti necato erepta a victore ministris suis tradi, id quod per brevissimum temporis spatium et veluti in transitu fieri potuit. Si vero fingimus nobis militem etiam thoracem corpori prostrato circumdatum inter hostium tela solventem, id non potest non videri ineptum. Talia sicubi leguntur, debentur aetatis recentioris cantoribus, quibus heroes *armati* erant heroes *thorace induti*, tales enim milites norant ipsi; lumen autem postquam nobis praetulit Reichel, nullo negotio discernimus versus insiticios a vicinis. Sic — neque eum latuere quae dicturus sum — Menelai cum Paride pugna singularis ubi enarratur, haec habet textus traditus:

---

1) Certe perpauci sunt hodie qui negent. In his est Guilelmus Ridgeway, quem honoris causa nunc nomino. Qui vir acutissimus et impense doctus nisi prorsus nihili faceret quae de origine et compositione carminum epicorum ab aliis philologis sunt disputata, in fine libri egregii, cui titulus „The Early Age of Greece" (primum volumen solum prodiit), non hoc modo conclusisset argumentationem: „the Homeric period is the fully developed Iron Age".

2) α 256. Cf. K 76 sq. N 714 sq. σ 377 sq.

3) Φ 50. Cf. M 428 Ξ 371 sq. Π 312 X 124.

Digitized by Google

διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε Φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος,
καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο,
ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα
ἔγχος· ὃ δ' ἐκλίνθη καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν [1]).

Haec discipulo paulo acutiori neque — quod puerorum est! — alia omnia agenti interpretari conare ... et mirum ni rogaturus sit quomodo Paris hastae hunc ictum vitare potuerit, quo perruptis scuto thorace tunica peterentur ilia. Olim respondendum erat: „tam laxos igitur fuisse thoraces epicos ut a latere militis corpus inflectentis aliquantum distarent", vel, etiam absurdius neque lingua favente: „retraxisse Paridem corpus, ita ut cuspis hastae scuto et thorace retardatae non posset pervenire usque ad ipsam eius cutem", vel id quod nunquam non responderunt magistri ad incitas redacti: „bonum Homerum nunc quoque dormitasse", vel ... aliud quid. Sed suspicor multos iuvenes talia audientes in sinu vel etiam aperte risisse, et si pergerent rogare quomodo deinde se movisset heros, cuius thoraci firmiter iam adhaereret scutum hasta transfixum, nullus Orbilius tam dicax, opinor, vel tam garrulus erat ut eam quoque quaestionem posset solvere. Deleto vero versu illo

καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο,

quem inseruere qui regem nudo pectore pugnantem fingere sibi non poterant, clara et simplicia fiunt omnia, fiunt Homero condigna.

Neque minus aperta est res ubi Patrocli caedem poeta canit. Apollo Troiae deus tutelaris manu percutit cervices herois: caligant huic oculi, humi cadit galea, hasta fracta excidit manu, scutum quoque balteo de humero titubantis delapso humi cadit. Quae postquam versibus gravissimis pulcherrimisque sunt narrata, additur:

λῦσε δέ τοι θώρηκα ϝάναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων [2]).

Cetera ante oculos veluti fieri videmus: hoc quoque fingere nobis possumus, solvi a deo thoracis fibulas? Ergone „non urgenda sunt talia"? Immo delendum esse versum molestum omnique ornatu poetico carentem sensit Reichel et omnes iam sentimus.

---

1) Γ 357 sqq. (= Η 251 sqq. Λ 435 sqq.).
2) Π 804.

Digitized by Google

Sed post Reichelium, Leafium [1]), Robertum [2]), Valetonem nostratem [3]) de thorace Homerico fusius etiam disputare quid attinet! Satis enim iam compertum habemus magnis olim scutis armatos fuisse milites, postea clipeis multo minoris ambitus: olim non habuisse thoraces, postea habuisse; et sensim quoniam res humanae in alia solent abire, subit rogare an et armatura epica sensim et pedetentim abierit in eam quae fuit postea [4]). Qua in quaestione *mitrae* illius [5]) habenda est ratio, quae tanta olim Aristarcho — et cui non usque ad Reichelium! — facessivit negotia. Mitra sive balteo aereo praecordia et ilia protegenti [6]) utuntur heroes, certe nonnulli heroes mitra utuntur [7]), posteriore aevo milites thorace fuerunt armati: nonne rectius statuamus excrevisse mitram in thoracem, quam abiecta mitra milites recentiores thoracem induisse? Ita est, opinor: mitra est thorax eam tantum corporis partem protegens *μάλιστ' ὅθι καιριόν ἐστιν*, thorax est mitra quae ita excrevit ut etiam pectus humerosque tegat [8]).

Ita si nobis informamus rem, synonyma fere fiunt *μίτρη* et *θώρηξ*, verbum autem *θωρήσσεσθαι* id quod *περὶ Φρένας δύνειν τι* significat, et vetusti sermonis vestigium servat locutio quaedam, quae inde a Theognidis certe usque ad comicorum aetatem vixit inter Graecos, nam *θωρήσσεσθαι* sive *θώρηκα* (*-ρακα*) *ἔχειν* [9]) dicuntur etiam quibus *„περὶ Φρένας ἦλυθε τοῖνος"*, — ut cum Homero [10]) loquamur.

---

1) The Iliad by Walter Leaf ed.[2] 1901 append. B (Vol. I) p. 576—579.

2) Studien zur Ilias von Carl Robert, Berlin 1901 (passim, praesertim autem p. 27—44).

3) M. Valeton in Mnemosyne 1904 p. 105—128 et 151—208.

4) „The change must in all probability have been gradual" Leaf l.l. p. 579. „In der Zeit, da das Epos noch im Fluss war, hat es vielleicht schon eine Art von Panzerung gegeben" Reichel l.l. p. 93 (in editione secunda addita).

5) Δ 137, 187, 216 Ε 707, 857, cf. Π 419.

6) Non omnibus heroibus mitram fuisse suspicatur Leaf, quod rarius eius fiat mentio. Quae probabilis videtur opinio, sed non ita firma sunt argumenta e silentio ducta, cf. autem pag 271, 2.

7) Pedem fere in fronte latae sunt mitrae quae in sepulcris vetustis sunt repertae, ita decrescentes ut in tergo nonnisi quartam huius mensurae partem aequent.

8) „The metallic *μίτρη* is a rudimentary half-cuirass" Leaf l.l. p. 580.

9) Theogn. 413, 470, 508, 842, 884 Pind. fr. 50 Ar. Ach. 1135 Vesp. 1195 Pac. 1286 Diphil. fr. 46.

10) ι 362.

Digitized by Google

Itaque non est cur θωρήσσειν verbum priscae dictioni abiudicetur; quod *armare* [1]) recte vertit Reichel indicato Iliadis quodam loco, ubi de Minerva quae dicuntur:

τεύχεσιν εἰς πόλεμον θωρήσσετο [2])

significant: „*aegidem et galeam sumebat*". Etiam Melanthii ad procos verba indicavit Reichel:

ὔμιν τεύχε' ἐνείκω θωρηχθῆναι
ἐκ θαλάμοιο [3]),

quae postquam Melanthius dixit, *scuta et galeas* iis affert. Apparet igitur solam *protegendi* vim huic stirpi propriam fuisse primitus, dein id quo *corpus* potissimum sibi protegebant milites dictum esse θώρηκα [4]), quemadmodum ὅπλα quodvis *instrumentum*, ὁπλῆσαι vel ὁπλίσαι *instruere* significat, hinc de apparatu bellico haec dicta *arma* et *armare* valent, singulare autem ὅπλον — apud posteros certe — unum *clipeum* significat. Et similis fuit usus stirpis κορυθ, cui *instruendi* sive *armandi* propriam esse vim docet verbum κορύσσειν [5]), substantivum autem κόρυς id quo *caput* muniunt milites sive *cassidem* significat [6]).

Etiam melius sic apparet cur a prisco poeta mitra thoraxque coniunctim commemorari non potuerint [7]), et probe iam sentimus versuum, quibus narratur Menelaus a Pandaro vulneratus, spurium esse secundum:

διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο,
καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο
μίτρης θ', ἣν ἐΦόρει ἔρυμα χροός, ἔρκος ἀκόντων,
ἥ ῥοι πλεῖστον ἔρυτο· διὰ πρὸ δὲ ῥῖσατο καὶ τῆς,
ἀκρότατον δ' ἄρα χαλκὸς ἐπέγραψε χρόα Φωτός [8]).

---

1) „*Rüsten*".

2) E 787.

3) χ 139. Non minus luculentus est quem affert Valeton K 78.

4) *Indumentum bellicum* bene interpretatus est Valeton.

5) Aptum exemplum φ 434 Valeton l.l. p. 165 indicavit.

6) A nomine κόρυς ductum est κορυστής, quocum conferenda sunt αἰχμητής, ἀσπιστής, alia; ἱπποκορυστής igitur non est is qui κορύσσει ἵππους, sed qui ἱππόκομον κόρυν ἔχει, et χαλκοκορυστής is cuius galea aere refulget.

7) Si potest melius; nam etiam Reichel disertis verbis prolocutus est: „niemals werde ich glauben dass man jemals Mitre und Plattenharnisch übereinander getragen hätte" (l.l. p. 93).

8) Δ 135 sqq.

Digitized by Google

Neque ipse mox thoracis mentionem facit Menelaus fratrem bono animo esse his verbis iubens:

οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ 'πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθε
ἐρρύατο ζωστήρ τε παναίολος ἠδ' ὑπένερθε
ζῶμά τε καὶ μίτρη, τὴν χαλκῆες 'κάμον ἄνδρες [1]).

Quamquam ne haec quidem genuina videntur omnia, sed prisco poetae haec sola tribuerim:

οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ 'πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθε
ἔρρυτο μίτρη, τὴν χαλκῆες 'κάμον ἄνδρες,

quae autem delevi neque personae loquentis satis conveniunt, vulnerati enim hominis et omnino huius loci non est laudare cinguli *colorem*, neque intellectu sunt facilia, nam ζῶμα illud nisi thoracis partem significat inferiorem, nihil significat, neque post πάροιθε adverbium enumeranda sunt singula vestimenta per quae penetravit cuspis, sed ea sola armaturae pars est commemoranda in qua haesit *priusquam ad cutem perveniret*. Mitra nisi retinuisset hamos, nihil praeterea obstabat quominus in corporis interiora cuspis penetraret.

Quae si recte sunt disputata, sequitur ut eadem verba deleamus in versibus sequentibus, ubi Machaon medicus advocatus

ἐκ ζωστῆρος ἀρηρότος εἷλκεν ὀιστόν.
[τοῦ δ' ἐξελκομένοιο πάλιν 'ϝάγεν ὀξέες ὀγκοί.]
'λῦσε δέ ϝοι [ζωστῆρα παναίολον ἠδ' ὑπένερθε
ζῶμα τε καὶ] μίτρην, τὴν χαλκῆες 'κάμον ἄνδρες [2]).

Quo loco et alterum officit emblema, quod olim seclusit Heyne, utpote cum priore narrationis parte non congruens.

Sed vocem ζῶμα *cingulum* vel *subligaculum* fortasse interpretetur quispiam, quae revera alibi [3]) eius est vis. Satisne probabiliter? Tunica utique induti semper fuere heroes: haec cingebatur igitur debuitque cingi, quoniam inter varia pericula versantibus nimis molestum fuisset vestimentum fluxum; itaque Nestor e. g. ζωστῆρα παναίολον

'ζώννυθ' ὅτ' εἰς πόλεμον Φθισήνορα θωρήσσοιτο [4]),

---

1) Δ 185 sqq.
2) Δ 215 sqq.
3) Ψ 683 ξ 482.
4) K 78. Praeterea militum ζωστήρ commemoratur Δ 132, 134 sq., 186, 213, 215, E 539, 615 Z 219 H 305 Λ 236 M 189 P 519, 578 Υ 414.

Digitized by Google

quemadmodum etiam in vita communi qui foras prodibant *ζωστῆρι συνέεργον χιτῶνα* [1]). Praeterea ilia protegebat mitra; dein vero etiam tertia aliqua fascia circumdari, id non herois, non bellatoris, non sani fuisset hominis, sed relinquenda sunt talia medicis aegrotantium rhumatismos vel peritonitidas curantibus.

Ergone in nudo corpore gestabatur mitra, huic superinducebatur tunica, huic *ζωστήρ* sive cingulum laneum vel loreum, purpura aliisve coloribus insigne, *πορφύρεον, παναίολον*? Sic statuere cogunt nos verba poetae quae attulimus. Vix tamen probabilis res videtur, sed sana ratione eo adducimur ut sumamus milites tunicam *aut mitra* aerea *aut cingulo* loreo laneove adstrinxisse, certe *apertam* gessisse mitram. Hoc enim testantur epitheta *αἰολομίτρης* et *ἀμιτροχίτων*, quae mire languerent si mitra sub tunica soleret abdi.

Insoliti autem aliquid fuisse tunicam mitra carentem docet *ἀμιτροχίτων* illud militum Lyciorum epitheton [2]); quorum dux Sarpedon nisi *ἀμιτροχίτων* et ipse fuisset, solam igitur tunicam cingulo constrictam gessisset, fortasse Patrocli hasta non penetrasset in eius praecordia,

ἔνθα Φρένες εἵρχαται ἀμΦ' ἀδινὸν κῆρ [3]),

sed haesisset in mitra, ut sagitta Pandari in mitra Menelai.

Medicis cum curandum est vulnus aliquod maius, sanae viventisque cutis particulas exiguas corio inflammato imponere solent aliunde detractas, quae postquam adhaeserunt, procrescunt sensim et mox inter se contingentes laesam corporis partem nova cute vestiunt. Haud alia ratione milites, qui *ἐυμιτροχίτωνες* erant olim, sola igitur mitra corpus protectum habebant, postea *χαλκοχίτωνες* sunt facti, tandem *χαλκεοθώρηκες* [4]). Nam *χαλκοχίτωνα* epitheton non significare eum qui *thoracem aereum* sed

1) Ξ 72. Locos etiam Reichel attulit.

2) Π 419. Cunctos Troianos intellegit Robert Studien z. Il. p. 41, 1, sed vereor ut recte. Quicquid id est, ceteris militibus mitram tribuebat poeta qui hunc versum fecit.

3) Π 481, cf. etiam vs. 504.

4) Quod epitheton apud Homerum nonnisi Δ 447 Θ 61 legitur in versibus manifeste interpolatis.

Digitized by Google

eum qui *tunicam aere munitam* gerat, neque recentioris sed prisci aevi hoc esse adiectivum, optimo iure statuit Valeton [1]), et nisi alia omnia inde a pueritia didicissemus, dudum intellexissemus omnes. Nam *tunicam* cum dicit poeta, non aliud quid significare vult, sed veram *tunicam* sive vestimentum corpori proximum; quae tunica cuiusmodi sit cogitanda indicat altera compositi poetici pars [2]); *aere* igitur *fulgentes tunicas* gerunt Achivi. Non ornamenti autem sed tutaminis causa additas fuisse aereas illas laminas sive maiores sive minores quivis sentit [3]). Quae laminae postquam et inter se et cum mitra concreverunt, *thoracem* sive *indumentum bellicum* effecerunt *aeneum*. Etiam *loricas* et thoraces *linteos* fuisse olim, ut fuere postea [4]), et melius intellegi poetae verba θώρηκος γύαλον [5]) et κρταιγύαλον [6]), si cogitentur laminae aereae in corio vel linteo illigatae, quam si una solidaque superficies thoracis ex aere confecti, optimo iure statuit Valeton. Id quod admodum luculenter declarant versus quibus narratur Dolopis cum Megete pugna. Medium adversarii scutum alter ferit cominus,

πυκινὸς δέ τοι ἤρκεσε θώρηξ,
τόν ῥ' ἐΦόρει γυάλοισιν ἀρηρότα [7]).

Quo loco particula ῥα testatur rei insolitae, certe rei quae minime per se intellegatur, fieri mentionem, quod autem γυάλοισιν ἀρηρώς dicitur Megetis thorax, vana haec forent verba si omnes thoraces ita fuissent instructi ipsaque γύαλα thoracem effecissent. Cavendum vero ne confundamus inter se vocabula θώρηκα et

1) L.l. p. 112. Cf. Ridgeway p. 421 sq. et 435. — Interpolatori vero debetur χιτὼν χάλκεος N 439; idem intellegendus est fortasse Λ 100 in versu corrupto aut spurio.

2) Verum sensit Reichel, non tamen dixit totum, sed *aere vestitum* interpretatus est infelicius collata „tunica" illa „lapidea" (Γ 57), quam Paridi minatur Hector. Epitheto χαλκοχίτωνι non subest *comparatio* („aere ita vestiti ut alii homines tunica"), sed *ex vero* pinguntur milites quorum tunicae aere resplendent.

3) Reichel[2] p. 94 confert militum „Schardana" loricam duabus tribusve vel quatuor laminis aereis („2—4 Blechstreifen") ornatam ... sed e manu plura addituri excidit calamus: „cetera silentium".

4) B 529, 830 Alcaei fr. 15 Herodot. III 47 Xen. Anab. IV 7 § 15 Liv. IV 20 Nep. Iphicr. § 4.

5) E 99, 189 N 507, 587 P 314.

6) T 361.

7) O 529 sq.

Digitized by Google

χιτῶνα sive indumenta *externum* et *internum* [1]), id quo ictus arcentur et id quo frigus.

Paucos Iliadis versus, nullum Odysseae discrepare ostendit Reichel. Exempli causa Diomedis commemoratur quidem thorax [2]), sed ita ut a contextu alienum quivis suspicetur [3]). Menelai Paridisque thoraces quam sint molesti iam vidimus, sed vix usquam clarius apparet quantopere a prisca poesi thoraces abhorreant quam loco sequenti:

Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Ϝοινόμαον βάλε γαστέρα μέσσην,
ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
ἤφυσ'· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἔλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Ἰδομενεὺς δ' ἐκ μὲν νέκυος δολιχόσκιον ἔγχος
ἐσπάσατ', οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ
ὤμοιιν ἀφελέσθαι, ἐπείγετο γὰρ βελέεσσι [4]).

Idne credibile videtur, Idomeneum ducem gravem et prudentem a corpore hostis prostrati detracturum fuisse thoracem, nisi institissent ceteri Troiani? Solos vero specta versus ultimos, qui et alibi leguntur [5]), et id significabunt quod unum fert res: „*hastam quidem Idomeneus retraxit e caesi hostis abdomine, sed arma* — id est galeam et scutum — *adimere ei non potuit*".

Item Diomedes cum dicitur a Paride vulneratus esse dum

θώρηκα Ἀγαστρόφου ἰφθίμοιο
ἤνυτ' ἀπὸ στήθεσφι [6]),

non possumus non rogare fueritne igitur mente captus Diomedes, qui talia illo temporis articulo moliretur: at versus vicinus, ubi Ulixes hastam suam ἔξω τε χροὸς hostis percussi ἔλκει καὶ ἀσπίδος [7]), nulla thoracis facta mentione, docet non ipsi poetae deberi verba quae attulimus, sed postmodo esse interpolata.

Ergo χαλκοχίτωνες καὶ αἰολομίτραι qui dicuntur, eosdem tho-

---

1) Hac in re sequendus non videtur Valeton.
2) E 99 sq., 189 Θ 195 Ψ 819.
3) Coll. E 113, 796.
4) N 506—511.
5) E 621 sq.
6) Λ 373 sq.
7) Λ 457.

Digitized by Google

racibus — sive aereis sive scorteis sive linteis — indutos cogitare neque ars poetica sinit neque ipsa vis verborum, et ut verum sit quod scripsit Robert: „voces θώρηξ et χιτών aevo Mycenaeo idemne an diversa significarint sciri iam non posse" [1]), — cui minime obloquor, quoniam linguam prisci illius aevi ignoramus, — in epicis certe carminibus et in dictione priscorum cantorum non eandem utriusque esse vim pro certo affirmare licet.

Ubi autem τεύχεα vel ἕντεα milites dicuntur δύεσθαι, ὤμοισιν ἐνεγκεῖν, ἐκδύεσθαι, ἀποθέσθαι, vel hostium caesorum ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων ἑλεῖν [2]), poetae verba quomodo sint accipienda clare docet Hector sic secum reputans: „*ut mulierem imbellem necabit me Achilles*

ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω" [3]),

quae verba sic interpretatur ipse: „ἀσπίδα καταθέσθαι καὶ κόρυθα βριαρήν" [4]). Nec minus aperta sunt verba, quibus saepius usi sunt poetae epici:

ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε [5]),

vel quae de Ulixe aciem suorum obeunte dicit Priamus:

„τεύχεα μέν τοι κεῖται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ" [6]),

vel verba poetae de Menelao a pugna singulari desistente:

γηθόσυνοι θεράποντες ἀπ' ὤμων τεύχε' ἕλοντο [7]).

Nam nimis inepti profecto fuissent milites, si in acie adstitissent non solum scuto hastaque innisi sed etiam posito thorace [8]). Et ipsa verborum vis idem docet; nam *ab humeris auferri* recte dicitur *scutum* vel *ensis*, thorax vero *solvendus* erat; *humeris* gestatur balteus scutum sustentans, thorax vero *circa pectus*. Item ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες iacere ubi dicuntur milites [9]), cum

---

1) L.l. p. 42.

2) E. g. Π 663; ubi de *Sarpedone* est sermo, cui thoracem non fuisse patet vs. 504. Cf. etiam Ε 7 Ρ 205.

3) Χ 125.

4) Ibidem vs. 111 sq.

5) Ε 494 al.

6) Γ 195.

7) Η 122. Cf. etiam Δ 222 Ζ 285 sq. Ξ 474 al.

8) „Das hiesse doch die Gemüthlichkeit zu weit treiben" suo iure iocatur Reichel (p. 65, 1).

9) Ξ 474.

Digitized by Google

versus qui sequitur ἡῦδον δ' εὔκηλοι σάκεσιν τετλυμένοι ὦμους docet quid significet τεύχεα, tum ipsum quod huic vocabulo adiunctum est verbum πτήσσειν. Cuiusmodi locis si quis armatis non solum πλευρὰν βαθυτάτην καὶ χέρας καὶ λαγόνε tribuat sed etiam θώρακα, respondeat iam quilibet: „παῦε, παῦ', οὐδὲν λέγεις!" — meliora enim edocuit nos Reichel. Non omnis ille est mortuus: vivet eius nomen, immo opus eius vivet dum vivent litterae Graecae; gratias ei agunt habentque omnes quibus cordi sunt carmina Homerica et ipsa poesis.

XXIX.

DE THETIDE PELEI UXORE.

„Tune Herculem illum laudas, qui Virtutem vitae ducem sequi maluit quam Voluptatem? Bardus fuit: lateribus et lacertis valebat, non mente!

ἐπεὶ σὺ διὰ τὸ σωφρονεῖν τῷ πώποτ' εἶδες ἤδη
ἀγαθόν τι γενόμενον; φράσον, καί μ' ἐξέλεγξον εἰπών!"

Sic Ἄδικος ille, quem in Socratis Φροντιστηρίῳ verba facientem fecit comicus. Cui adversarius: „πολλοῖς!" magna cum indignatione respondet, dein secum reputans exemplum quaerit quod e sacris mythis proferat, nam vitae bene instituendae exempla inde potissimum petenda esse in schola didicit puer. Mox exclamat:

„ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ τὴν μάχαιραν!"

— *„Bellum scilicet donum fortunae, quod ut assequatur quis non lubens multa ferat faciatque! Aliud est lucrum eorum qui lingua sunt prompti:*

μάχαιραν; ἀστεῖόν γε κέρδος ἔλαβεν ὁ κακοδαίμων!
Ὑπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ ἑκατὸν τάλαντα
εἴληφε διὰ πονηρίαν, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν!"

— *„Etiamne hoc parum, quod Thetidem uxorem duxit?"*

Iam vero in claros cachinnos erumpens orator Improbus:

„κἄτ' ἀπολιποῦσά γ' αὐτὸν ᾤχετ'! οὐ γὰρ ἦν ὑβριστής,
οὐδ' ἡδὺς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα πανυχίζειν."

Digitized by Google

Nec habet Probus orator quod etiam reponat, obmutescit, mox hoc similibusque argumentis devictus Improbi istius magistri petit scholam, Voluptati patronae et ipse in posterum se addicturus.

Novimus omnes faceti dramatis locum facetum. Ubi ridendo verum dicens comicus docet quam turpiter priscis fabulis abutantur qui exempla inde ducant ad suam ipsorum nequitiam defendendam. „Iovis furta novimus omnes ... egone homo improbem quae deum pater perpetraverit? — Herculem balneo aliquando refecit lassum Minerva ... et molliorum hominum esse dicitur calidis balneis uti? — Oratorem mellifluum celebravit Homerus ... et dicendi peritia iuventuti nocere creditur? — Pudicitiam colendam aiunt ludorum magistri ... Peleo autem quid profuit illa pudicitia? Nempe Acasti uxorem dum fugit abstinens alter Bellerophon vel Iosephus, per saltus montium inermis oberrans a Mercurio deorum ministro accepit ... quid? Castitatis quodnam praemium caelites decreverunt continentissimo mortalium? Cultrum quo feras arceret videlicet!" — „At etiam Thetidis ei concessae sunt nuptiae!" — „Bellum nimirum id fuit matrimonium, in quo uxor habitaret maris fundum, coniuge in toro frigido relicto. Nimis fuit ille continens, mihi crede: minus si fuisset, melior fuisset maritus. Cui non risit Mater cupidinum, nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Gravioribus verbis quam sunt poetarum comicorum idem potest dici: apertius dici non potest. Thetis nova nupta non permansit apud maritum mortalem. Causam rei relinquimus scurris iocosis, ipsam rem tenemus.

Et omnes idem clamant: a Peleo in littore Sepiade vi domitam Nereidem peperisse filium Achillem. Cuius fabulae originem si quis repetat, perveniat ad piscatorem cum ingenti loligine luctantem, qualem Victor Hugo loco nemini non cognito celebravit.

Casca illa parumque epica mittenda nunc videntur? Quamquam et de Hugonis illa loligine haud immerito dixerit quis: „cette pieuvre est épique!" Sed libens equidem mitto, unum Homerum nunc curans. Itaque mitto etiam nuptias illas Pelei Thetidisque a posterioribus poetis et pictoribus certatim celebra-

Digitized by Google

tas [1]), mitto dona caelitum [2]) et Discordiae illud malum, etiam Peleum mitto Euripideum τῶν πάρος νυμφευμάτων χάριν immortalitate donatum [3]), unus Homerus quid habeat scire cupiens, Thetidem Homericam nunc curans solam.

Hactenus postquam in disquisitione progressi sumus, quis est nostrum quin aperiat, quem e manibus philologi raro deponimus, librum Lehrsii de Aristarchi studiis Homericis. Scimus enim ibi inventuros nos quae hac de re docuerit Aristarchus. Paucis igitur verbis illic indicata sunt quae huc faciunt:

„Thetis non duodecimo postquam Achillem enixa erat die Pelei domum relinquit, quae recentiorum fabula est, sed permansit; ipsaque Achillem educavit, non Chiron. Ab hoc secundum Homerum nil nisi medicinam edoctus est. I 486, 489, Π 222, 574 Σ 57, 60, 90, 332, 438. Imo educatorem ei dedit Phoenicem, Λ 832".

Recte sic Lehrs [4]): etiamne recte Aristarchus?

Nego atque pernego.

Non quo perhibeam falsa esse omnia quae de Thetide docuerit Aristarchus. Absit! Utilia utique de ea quoque docuit. Sed veris falsa admixta aio. — „Phoenix educavit Achillem, Chiron solam medicinam eum docuit": quis non assentiatur! — „Thetidem duodecimo die post filium natum reliquisse maritum non ait Homerus": recte observatum. Sed nego, Homerum si sequamur, sumendum esse Thetidem apud Peleum habitasse, nego ab ea educatum Achillem, nego poetam in poeta sic agnosci.

Enarrabo quae de matre Nereide filioque recens adulto habet Ilias nostra; non enim de Iliadis fontibus nunc disputo, sed de eo carmine quod manibus tenemus, olim tenuit Aristarchus. Odysseam autem mittere nunc licet, non enim in ea inveniuntur

---

1) Vas quod Francisci dici solet („Françoisvase") hic commemorandum.

2) Commemorantur hae nuptiae — sed in transitu — Ω 62 sq.; *dona* autem Peleus — ut alii heroes multi — a diis accepisse dicitur equos (Π 867 Ψ 278), hastam (Π 143 Τ 390), arma (Ρ 194—197); sed *nuptiale* donum arma fuisse uno tantum versu, qui recentioris fortasse est aevi quam vicini, dicuntur Σ 85. Immo alia omnia ex Ω 535 effeceris.

3) Cf. Andromachae fabulae finis.

4) L.l. p. 190.

Digitized by Google

quae ad rem faciant. Mitto etiam διδάσκαλον illum Chironem, cuius mentio apud Homerum nonnisi uno fit loco et in transitu [1]). A nostra disputatione ille locus alienus est. Alii poetae Chironem fecerunt Achillis τροφέα [2]), et antiqua procul dubio pulcraque fuit fabula [3]) de Achille illo, quem Iasonem alterum iure vocaverit quispiam; nam et Iasonem οὔρεσιν ἔτρεφε Χίρων [4]). Sed non pertinent haec ad eum de quo nunc loquimur Achillem Homericum huiusque matrem. De his quae habet Ilias paucis complexuri sumus.

Achivi pervenerunt in littus Troadis, ubi mox rixa inter Achillem et Agamemnonem coorta eum quem novimus habuit finem. Iamque tristis Achilles incedit per littus desertum. Brevis fuit spes illa laudis bellicae, ad quam adipiscendam iuvenis vixdum exuta pueritia in bellum nuper profectus est! Solum se sentit infelicemque, et matris recordatus, apud quam nunquam frustra conquestus sit dolores luctusque aetatis imberbis, ὁράων ἐπὶ ροίνοπα πόντον χεῖρας ὀρεγνὺς flebilibus verbis eam invocat. Audit eum mater

> ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι,
> καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠύτ' ὀμίχλη,
> καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο [5]),

— dein flentem consolata abit. Quo abeat non dicit poeta, Achillem nunc pingens succensentem, non matrem in sedes solitas redeuntem; sed nemo dubitare potest quin redeat illuc unde venerit, in maris igitur penetralia, κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης χρύσεα

---

1) Λ 832. Quem versum postmodo insertum esse (ut et versum 831) Knightii est suspicio haud improbabilis.

2) Sic Pindarus Nem. III 75—111, antiquius poema se sequi professus, fortasse Aethiopidem. Item Euripides Iphig. Aul. 708—710.

3) «Jeder wird einräumen, dass, wie Mannhardt sehr richtig hervorhebt, der Bericht wornach Chiron den Achill mit Eber- und Löwenleber und Bärenmark aufzieht und ihn lehrt, Eber und Hirsche schnell wie der Wind einzuholen, ohne Hund zu fassen und auf starkem Arm seinem Meister zuzutragen, die frischeste Kraft höchsten Altertums athmet, was man von jener viel weicheren Erziehungsmethode in der Ilias, an deren Ende Thetis ihren Sohn mit Röcken gegen den Wind versieht, wahrlich nicht behaupten kann". E. H. Meyer, Achilleis p. 427.

4) Hesiod. Theog. 1001 et fragm. 19.

5) A 358 sqq.

Digitized by Google

μαρμαίροντα [1]). Mox, memor promissorum quae dedit filio, denuo

ἀνεδύσετο κῦμα θαλάσσης [2])

Olympumque petit, ubi postquam cum deorum patre in remoto montis cacumine est collocuta,

εἰς ἄλ' ἔλατο βαθεῖαν [3]).

Illic habitat in aedibus spatiosis, ubi et ceterae degunt Nereides quaeque plura numina pontus habet. In alto maris fundo iis est domus: in alto autem Olympi montis vertice, supra mare nubium, habitant numina quorum dominium est terra firma. Degit nunc Thetis cum sororibus in aedibus paternis, ut olim ibi degit, priusquam ἔτλη ἀνέρος εὐνήν. Sic Venus Olympum habitavit etiam postquam filium Aeneam peperit regi Anchisae. Fingimusne nobis Venerem cum Anchisa habitantem, in eius megaro lanificantem, cum filiolo ludentem? Fingimusne ambrosia in domo mortalis hominis vescentem, dum iuxta eam marito apponitur ἐδωδὴ ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρες ἔδουσι? Quae si inepta videntur et ab hymno illo in quo Veneris cum viro amores celebrati sunt nimis absurde discrepant [4]), minusne absurda videtur Thetis in regia Pelei degens filiumque educans? Immo multo etiam absurdior haec foret fabella! Nam sponte volensque ad Anchisam quae venisset, etiam aliquantisper apud eum permansisse fortasse fingi potuit: quam vero vir invitam nec nisi vi adhibita sibi iunxit, — sive illam vim cogitamus, quam recentiores certe poetae [5]) cogitarunt, qui in littore deserto cum ea colluctantem fecerunt Peleum, ut Menelaum cum Proteo Homerico, sive adamantinam illam vim fati, quod e viro mortali eam matrem fieri iussisset, — quidni illa abierit ut primum posset?

„ὁ Εὐριπίδης ἅπαξ φησὶ μιγῆναι Πηλέα τῇ Θετίδι ἐν τῇ Σηπιάδι." Quis ait? Tzetzes [6]). Qui si non satis luculentus videtur testis, aut de Homero disputantibus parum valet auctoritas

1) De *Neptuni* aedibus haec dicta sunt (N 21 sq.), sed parum similem his fuisse Nerei domum non est cur putemus.

2) A 496.

3) A 532.

4) „Πολλάκις" vero Venerem „πρὸς Ἀγχίσην κατελθεῖν" quae dicit in dialogo quodam apud Lucianum, eam „σκώμματι" uti ipsa ait Venus (Lucian. VIII 20 § 5).

5) Sed perantiquam hanc fabulam fuisse libentissime concedo E. H. Meyero.

6) Ad Lycophr. Alex. 178 (Eur. fr. 1078).

Digitized by Google

Euripidis sero nati poetae tragici, ipse assurgito Homerus ad interpretandum Homerum, ipsa Thetis Homerica de sorte sua narret. Quae *„Pro pudor!"* ad Vulcanum ait: *„Iuppiter*

ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἀλιάων ἄνδρ' ἐδάμασσε
Αἰακίδῃ Πηλῆι, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν
πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα" [1]).

Interpres autem horum verborum esto priscus legislator Cretensis, qui si quis virginem *„κάρτει δαμάσαιτο"*, gravissimam huiusmodi flagitio statuit poenam [2]). Hoc ibi est *δαμάσασθαι*: vim inferre puellae nolenti; hoc est quod criminatur Thetis: Iove iubente vim sibi illatam a viro mortali [3]). *Ἀνέρος εὐνὴν* [4]) ... non sponte volensque expetivit, ut Venus, ut Calypso Circeque, sed *ἔτλη*. Non *φιλότητι καὶ εὐνῇ*, non animo et corpore ei iuncta est, sed corpore solo. Vim perpessa est invita et frustra obnixa.

Idem aiunt recentiores, Pindarus: *„Πηλεὺς ἄναξ ... ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν ἐγκονητί"* [5]), *„πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμάχανός τε λεόντων ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων ἔγαμεν ὑψιθρόνων μίαν Νηρεΐδων"* [6]), Herodotus: *„ἡρπάσθη ἡ Θέτις ὑπὸ Πηλέος"* [7]).

Estne igitur cur fidem etiam denegemus Euripidi asseveranti Peleum *semel* tantum Thetidem brachiis tenuisse? Immo verum ille poetam se praestitit. Nam licet ob oculos haberet imagines Pelei Thetidisque splendidas illas nuptias exhibentes, recentiora illa priscae fabulae ornamenta reiecit sprevitque, sensit enim terram firmam *τῇ ἀργυροπέζῃ* sedem non praebuisse, sed illuc unde venerat illam rediisse, ut primum liberam se sensisset ex amplexu viri plus quam humanum ausi [8]).

---

1) Σ 432 sqq.

2) Leg. Gortyn. I[12].

3) Non mortalem sed deum primitus fuisse Peleum minime nego, sed de Peleo Homerico nunc loquimur solo.

4) Non *cubile* sed *concubitum* vocem *εὐνήν* hic significare vix est quod dicam.

5) Pind. Nem. III 60, ubi scholia afferunt duos Sophoclis locos (fr. 163 et 548) idem testantes.

6) Ibid. IV 101 sqq.; ubi in scholiis conferuntur Homeri quos excripsimus versus.

7) Herodot. VII 191.

8) Priorem igitur partem enuntiati sequentis libenter meam faciam, non vero posteriorem, quam signo || inde secrevi: „der Dichter kannte die Sage von den Eltern des Achilleus schon in der Gestalt, wie wir sie in dem ... Handbuch des Apol-

Digitized by Google

In aedes igitur paternas et dicionem sub maris fluctibus abditam redit Thetis mater futura — nam *θεῶν οὐκ ἀποφώλιοι εὐναί*. Etiamne enixa ibi est filium et per primos vitae menses lacte suo [1]) enutrivit? Fortasse: potuit certe eius filius ibi vivere ubi vivebat ipsa, et Theseus Neptuni filius si aedes Nereidum in maris fundo visere et incolumis inde in communem hunc aërem denuo emergere potuit [2]), quidni potuerit etiam filius Thetidis? Sed inde a pueritia degit Achilles in terra firma et in aedibus patris. Habuit ibi Pelei filiolus custodem sibi adiunctum Phoenicem, qui *ὄψον προταμὼν καὶ ποῖνον ἐπισχὼν* infantulum enutriebat *ἐν νηπιίῃ ἀλεγεινῇ* multa sibi negotia facessentem [3]), talia dicimus negotia qualia Orestis nutrix Cilissa commemorat apud Aeschylum. Nonne matris potius videtur fuisse genibus tenere infantem imbecillum, fortasse etiam edentulum? Ita sane! Ergone fingimus nobis Thetidem cenae communi in megaro Aeacidarum assidentem tum cum hospes bellator ancillari officio functus eius filiolo escam praeberet *οἶνον ἀποβλύζοντι καὶ ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνά οἱ καταδεύοντι*?

An insulsiora videntur talia quam quae vel scribantur hic?

Mihi quidem videntur. Quod si ita habet, certum est poetam qui Phoenicem cecinit notam non habuisse Thetidem apud Peleum degentem. Et sic demum suo pretio possunt aestimari haec Phoenicis ad Achillem verba: „*σὲ παῖδα ἐποιεόμην*" [4]). Puerum, qui matre vivente matre tamen careret, pro sua prole habuit, ipse prole orbus.

Ergone nihil filium suum curavit Nereis?

Immo tenerrima cura prosecuta est eminus. Quoties opus est adest, neque unquam ei deest; audit vocata, etiam non vocata

---

lodor lesen und auf den Monumenten finden: nicht nur den Mythus, dass der sterbliche Held die Meeresgöttin im Ringkampf überwältigt hat, ‖ sondern auch den, dass diese ihr Kind im Feuer zum Gotte läutern wollte, aber dabei von ihrem Gatten überrascht und in ihrem Vorhaben gehindert wurde, worauf sie grollend zu ihrem Vater zurückkehrt (Robert Studien zur Ilias p. 354).

1) Faciunt huc Myrmidonum ad succensentem Achillem verba: „*χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ*" Π 203. „*Felle*" ... *non lacte!* A matre suo lacte nutritum infantem cogitabat qui hunc versum fecit.

2) Cf. Bacchyl. XVII 100 sqq.

3) I 488—491.

4) I 494.

Digitized by Google

identidem eum visit. Quoties id fecerit nescimus: nempe iurisconsultorum, non poetarum est praestituere quam saepe post divortium parentes visuri sint liberos. Sed *saepius* venit teste filio. Qui πολλάκι πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἀκοῦσαι se ait εὐχομένης Iovi aliquando opitulatam esse ipsam [1]). Non „domi" ait Achilles se id e matre audivisse saepius, sed: „in patris aedibus". Poteratne clarius distingui Pelei domus a sede Thetidis? clariusne dici potuit domum patris non fuisse et matris domum? [2]).

Itaque tunc quoque, cum multo etiam graviore dolore quam antea perculsus est filius, tum cum clamoribus horrificis non honorem laesum luxit sed caesum amicum, σμερδαλέον οἰμώζοντος ἤκουσεν

ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι [3]).

Cum ceteris Nereidibus reliquit tunc pelagi penetralia — ἀργυφέον σπέος earum domum vocat poeta [4]), — et filium dolore prostratum postquam moestis verbis affata atque ita ut potuit consolata est, Olympum adiit, unde arma a Vulcano facta mox ei attulit. Dein rediit in spatiosas suas aedes. Inde mox a Iove in Olympum est arcessita [5]); inde brevi post, cum et ipse Achilles ante Troiae moenia cecidisset, luctu confecta emersit denuo, ut cum sororibus exequias ei iret [6]).

Certane sunt haec et aperta? Opinor.

At Aristarchus, non imperitus tamen iudex, alia omnia statuebat. Qui factum?

Nempe θρέψαι se filium ait Thetis [7]).

At *eminus* dei curam habent mortalium, ἀπόντες πάρεισιν, praesentissimum eis ferunt auxilium dum in suis sedibus commorantur. Itaque Iuno cum ait se Thetidem ipsam θρέψαι καὶ ἀτιτῆλαι [8]), neque cogitanda est in Olympum eam abduxisse

---

1) A 396.
2) Amico Mendesio hanc debeo observationem.
3) Σ 36.
4) Item Ω 83 γλαφυρὸν σπέος.
5) Ω 80—83.
6) ω 47—59.
7) Σ 57 et 438.
8) Ω 60.

Digitized by Google

aliquando neque sub undis cum ea vixisse, sed ita eam fovisse ut Thetis postea fovit suum filium, eminus ei mittendo quaecunque bona habet aetas florida. Minime vero θρέψαι illud verbum nos cogit ut in Pelei aedibus Thetidem a poeta collocatam censeamus. Id unum incertum etiam videtur, ipsum Achillem ibine educatum sumserit poeta cui Iliadis haec pars debetur, an in Chironis spelunca littorali. Sed ne hoc quidem manet dubium postquam cetera Thetidis verba moesta audivimus:

τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
ποίκαδε νοστήσαντα δόμον Πηλήιον εἴσω [1]).

Sic loquitur dea quae e maris undis modo emersit, mox illuc reditura. Itaque hoc est quod dicere debet, quod dicere vult, quod dicit revera, modo ne errore quodam impliciti perperam eius verba interpretemur: „*filium, quem vixdum adultum in belli pericula misi nuper, non videbo inde reversum in regiae paternae pacem et quietem.*" — Redditum sibi dictura erat filium e tanta caede reducem: at non rediturus est in patriam, instat ei mors: in littore Troiano corpus defuncti mox ὑποδέξεται mater funusque obibit cum sororibus [2]).

At in bellum proficiscenti Achilli praebuit arcam καλὴν δαιδαλέην,

ἐὺ πλήσασα χιτώνων
χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων πούλων τε ταπήτων.
ἔνθα δέ ποι δέπας ἧσκε τετυγμένον —

cetera quae novimus [3]). Quae si cui tenuioris videntur curae et matre divina filii robustissimi non satis digna [4]), minime obloquor, sed ab argumento in quo versamur aliena est haec quaestio. Id vero nego, cogitari nunc Thetidem quo tempore in bellum profectus est Achilles in Pelei domo etiam habitantem. *Arcam* illam quis confecerit nescio sane, sed *poculum* et *vestes* venisse ex Nereidum aedibus confidenter statuo, memor Vulcani, qui in illis aedibus per novem annos integros fabricatus est δαίδαλα

1) Σ 59 sq. et 440 sq.

2) Etiam Σ 332 igitur ita est interpretandus; quamquam fortasse is postmodo est insertus.

3) Π 221 sqq.

4) Cf. p. 278, 3.

Digitized by Google

πολλά, ut Thetidi gratum se praestaret [1]), et Aethrae matris Thesei, cui χρύσεον κάλυμμα Nereides dono dederunt [2]); ipsi autem Theseo Nereidum sedes visenti maris regina Amphitrita

ἀμφέβαλε λάδιον πορφύρεον [3]).

Et Thesei si procul hinc habenda videtur fabula, ex Homero novimus nymphas in littoris speluncis vestes nentes splendidas [4]): — quidni in ἀργυφέῳ illo σπέεϊ vestes νεκταρέας — sic ab ipso poeta vocantur [5]) — filio neverit Thetis adiuvantibus sororibus? Matrum utique id munus, et facilius eam fingimus illic quam in Pelei megaro cum ancillis mortalibus telam obeuntem. Priscae fabulae sonum genuinum percipere mihi videor.

An satius est non tam anxie talia perpendere? Fortasse, neque obloquar si quis perhibeat poetam, cui debetur Patroclea, non rogasse unde dea marina arcam habuisset, unde vestes et poculum. Ipse poeta requirit illud poculum, ergo suo tempore sibi parat, quemadmodum in scena comica adesse solent quaecunque requiruntur, etiamsi non satis liqueat unde tam subito potuerint peti. Ne id quidem fidem videtur superare, carminis hanc partem postmodo esse interpolatam; certe non spissas adeo atque densas vestes expectaverit quisquam ab illis ἱστοῖς λιθέοις περιμήκεσιν, ἔνθα νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, sed pellucidas potius, aerias, tenuissimas ἠύτ' ὁμίχλας. Utut id est, omnino nego Patrocleae hos versus quicquam valere ad corrumpendam imaginem deae marinae filium terrestrem eminus studiosissime tuentis et prolis voce querula audita identidem e maris aestu emergentis.

Sed fuere qui putarent eam tum quidem, cum filius iter suscepit, etiam in Pelei aedibus degisse, dein vero maritum reliquisse [6]).

---

1) Σ 400. De quo loco mox plura dicemus.

2) Bacchyl. XVII 36 sq.

3) Si recte interpretor papyri litteras vitiosas ΑΜΦΕΒΑΛΛΕΝΑΪΟΝΑΠΟΡΦΥΡΕΑΝ Bacchyl. ll.. vs. 112.

4) ν 108.

5) Σ 25.

6) Etiam in Elardi Hugonis Meyeri, viri sagacis, de Achilleide libro eruditissimo quaedam huius fabellae percipitur echo: „Thetis wohnt wieder bei ihrem Vater"

Digitized by Google

Cur putarunt?

Propter decem scilicet belli annos istos! *τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο!* Dum protrahitur belli tempus, succrevit Achilli filius Neoptolemus [1]), Peleus autem — cum ceteris regibus ipsoque Achille! — in diem senior est factus. Itaque iam visus est ille *γήραϊ λυγρῷ ἀρήμενος κεῖσθαι ἐνὶ μεγάροισι* [2]), — *οὐκέθ' ἡδὺς ὢν τὴν νύκτα παννυχίζειν!* Quid mirum si tunc refugit eum Nereis, ut Tithonum Aurora ... non in priscis quidem carminibus [3]), sed in hymno quem meminimus Homerico [4]).

At nihil ista ad Homerum! Is quem novimus Peleus non est senex capularis. Nondum *γήραϊ στυγερῷ ἀκαχημένος* fuit is cuius filio unico intonsa etiam esset caesaries, sed vitae culmen vixdum attigerat. E fabula quae est de bello Troiano exime decem annorum illud intervallum, quo poesi maiora illata sunt damna quam ipsi Ilio, — et quicquid fundamenti illi opinioni subesse fortasse videbatur simul subducitur. „Thetidem *συμβιῶναι* Πηλεῖ num recte statuerit Aristarchus potest dubitari" prudenter, sed nimis caute, scripsit Giseke in Ebelingi Lexico Homerico: dicamus potius, *οὐδὲν ὑποστειλάμενοι ἀλλὰ παρρησιαζόμενοι*, non posse dubitari quin perperam Aristarchus ita statuerit.

Aristarchum vero sequere ... et mox subibit rogare cur non plures igitur Thetis liberos pepererit Peleo? Respondebit autem Lycophron „septem enixam filios, sed sex igne conbussisse; septimum Achillem felici casu servatum" [5]). Et fortasse Lyco-

---

(Achilleis p. 414) „nachdem ihr Sohn vor Troja gezogen ist" (p. 424); „die Ilias erklärt in allerdings höchst ungenügender Weise die Trennung der Eltern aus dem Wegzug des Sohnes in den Krieg" (p. 426). — Immerito nunc culpari Iliadis poetas, nihil enim eiusmodi in illo carmine legi, ostendisse me spero.

1) Ita tamen ut in Iliade *puer* dicatur (T 326—333 Ω 467), non iuvenis *adultus* (ut λ 492 sqq.).

2) Σ 434 sq. T 326—336. Itaque poetarum recentiorum, quibus annorum multorum fuit bellum Troianum, hic deprehenduntur vestigia et in capite XXV harum Quaestionum indicare hos locos debebam.

3) Cf. Λ 1 ε 1.

4) H. Ven. 226—231.

5) Lycophr. Alex. 178. Aegimiine carminis poeta fuit primus rei auctor? Cf. Hes. fr. 185. Invito Homero (Ω 540) hanc fabulam fictam esse vix opus est hic observari. Alienus autem hinc est versus Π 175, ubi quae commemoratur Polydora Pelei quidem (si sanum illud nomen!) dicitur filia, sed matrem ea quam habuerit non apparet. Thetidis filiam nemo, ut opinor, eam dixit, nemo dicet.

Digitized by Google

phron, vel potius fontes turbidi unde et has delicias et alias bene multas ille hausit [1]), crebram hanc Thetidis prolem duxerunt ex ipsius Thetidis ad Vulcanum verbis, quae supra attulimus, male intellectis: „ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα". Ubi si quis πολλὰ μάλα illud non cum verbo οὐκ ἐθέλουσα iungebat sed musis invitis interpretabatur μάλα πολλάκις, fieri vix poterat quin ex illo errore μάλα πολλοὶ mox nascerentur Thetidis liberi.

Nos istis nugis missis redeamus ad Thetidis aedes marinas, unde dura sorte aliquando abrepta βροτῷ ἀνδρὶ ἐδαμάσθη. Quo mox rediit contumeliam sibi illatam indignata; ubi vixit virgo, vixit mater futura, vixit mater filio gaudens praestantissimo, vixit mater filio orbata, postquam vitae terrestri aliquantisper intermixta cognitas habuit mortalium aerumnas. Illic, in fluctuum avitorum latebris, hospitium aliquando praebuit Vulcano. Quem ad uxorem de ea re audiamus referentem:

ἦ ῥά νύ μοι δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἥ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς σὺν σκύτηι κυνώπιδος, ἣ μ' ἐθέλησε
κρύψαι χωλὸν ἐόντα. τότ' ἂν πάθον ἄλγεα θυμῷ,
εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τε Θέτις θ' ὑπεδέξατο κόλπῳ,
Εὐρυνόμη, θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.
τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους,
ἐν σπέϊ γλαφυρῷ, περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο
ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος· οὐδέ τις ἄλλος
ἤιδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλὰ Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν, αἵ μ' ἐσάωσαν [2]).

Hos versus excripsi nunc eam potissimum ob causam, quod melius etiam inde cognoscuntur Thetidis aedes; simul tamen ut manifesto quod quidem videtur contagio eos liberem. Paratissimum se ait Vulcanus ad gratiam si possit referendam deae quae ipsum olim servaverit. Quid autem altera illa dea, cuius fit mentio in textu tradito? Eurynomen spatiosissimae dicionis

1) Cf. schol. Apoll. Rh. IV 814.
2) Σ 394 sqq.

Digitized by Google

dominam novimus; quam sive dicionis terrestris sive marinae dominam dicere lubet, haud difficulter agnoscimus Matrem illam, quae e gremio feraci viventia quaevis edit et edita recipit rursus; agnoscimus etiam in Odyssea, licet in ancillam thalami herilis custodem illic abierit [1]). Sed nunc quid sibi vult illa? Nonne hinc facessat? Nil hic habet quod agat. Thetidi rependentur gratiae: de Eurynome tacendum, ut de Thetidis sororibus, de Amphitrite, de ceteris maris numinibus.

Nempe alia fabula ab Eurynome in ora Oceani, alia a Thetide in maris recessu ignis deum ferebat servatum: hanc poeta noster epicus aut solam notam habuit aut sola ea usus est, cantor recentior invexit Eurynomen invito Vulcano ipsaque invita grammatica! An satis tolerabilis videtur „numerorum enallage" illa: *„Eurynome et Thetis me servavit"*? Expulsis demum verbis quae omittam simplex fit narratio et huic loco apta:

ἦ ῥά νύ μοι δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἥ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς εἵνεκα κυνώπιδος, ἥ μ' ἐθέλησε
κρύψαι χῶλον ἐόντα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ.
τῇ δὲ παρ' εἰνάετες 'χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους,
ἐν σπέϊ γλαφυρῷ, κόλπῳ ἁλός [2]). οὐδέ τις ἄλλος
'τείδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

Et nunc demum prorsus congruunt hi versus cum Diomedis de Dionyso verbis:

Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
'δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
δεδιότα [3]).

Tunc quoque, cum Lycurgus deum iuvenem eiusque comitatum femineum 'σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήιον, mare habitavit Thetis, neque unquam alibi habitasse eam crediderunt prisci poetae [4]).

---

1) Cf. quae in libro „de Boogschutter en de Weefster" hac de re scripsi pag. 84—87 et annot. 303—315.

2) Hoc exempli tantum scripsi gratia.

3) Z 135 sqq.

4) Ergo Π 574—576, ubi de Epigeo haec scripta leguntur:
εἰς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ εἰς Θέτιν ἀργυρόπεζαν·

Digitized by Google

XXX.

DE NOMINE ACHILLIS.

Dicaeopolidem meminimus Aristophaneum in foro suo dapibus succulentis veluti obrutum. Cui offertur etiam quaedam

πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορῶν,

sic enim a mercatore Boeotio vocatur anguilla bene pinguis. Effuso ut opinor risu spectatores olim acceperunt versum Aeschyleum

πρέσβειρα πεντήκοντα Νηρεΐδων κορῶν

tam ludicre detortum, et rident qui hodie Acharnenses fabulam legunt, simul tamen indignantur fortasse chorum Nereidum in prolem paludis Copaidis mutatum. Thetidi quid cum anguilla!

Quid vero si ipsum Thetidis flavum illum filium anguillam vocasset comicus! Absurdum profecto, turpe, ineptum, quid non esset visum!

Ineptusne igitur sum equidem, qui eiusmodi quid sustineam? Fere ipse mihi videor et vix audeo in medium proferre quae diu in scriniis pressi, veritus ne aemulari crederer etymologos illos qui *Ilii luctum* vel *labiis carentem* Achillis nomen sunt interpretati; ἀλλ' οὐ γὰρ τρέσσαι μ' ἐάει γλαυκῶπις Ἀθήνη, dicam quod verum duco.

Paucis abhinc annis etiam peritissimi zoologi penitus ignorabant anguillarum natales neque ova matura viderat quisquam. Itaque Aristoteles olim „ἐγχέλυς ὡὰ ὅλως οὐκ ἔχει" scribebat [1]) et reiectis aliorum erroribus docebat anguillas nasci e vermibus terrestribus qui vocantur γῆς ἔντερα, αὐτόματα δὲ ταῦτα συνίστασθαι ἐν τῷ πηλῷ [2]). Quid mirum igitur quod veteres animalia,

---

οἳ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι πέμπον ἕπεσθαι
Γίλιον εἰς εὔπωλον,

aut manui interpolanti debetur Thetidis nomen, — potuit autem dici e. g.:

εἰς Πηλῆ' ἱκέτευσ', ὃ δέ μιν πρόφρων ὑπέδεκτο
καί ῥ' ἅμ' Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι πέμπεν κτέ., —

aut sic haec sunt interpretanda ut Thetidis *sacellum*, τὸ Θετίδειον illud cuius mentio fit in Euripidis Andromacha dramate, supplex adierit Epigeus, dein Thetide iubente a Peleo receptus.

1) De Animal. Hist. III 10.

2) Ibid. 16, cf. de Animal. Gener. III 11.

Digitized by Google

quae neque specie neque moribus aliis piscibus sunt similia et quadamtenus terrestria dici possunt, — solent enim prima iuventute per prata humida longa itinera facere, ut e mari, ubi nata sunt, perveniant in locos sibi convenientes, — pisces esse rati non sunt. Etiamnunc a piscibus eas discernere solent piscatores et proxima meae domui sunt duo fora, quorum alterum „forum piscarium" alterum „forum anguillarum" nomen habet [1]), ita ut urbem, quam Athenas Batavas fuere qui vocarent, hac certe in re a priscarum illarum Athenarum legibus non recessisse appareat, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐν τῷ ἀγορανομικῷ νόμῳ διέσταλτο ἰχθύων καὶ ἐγχελέων τέλη [2]) et alia macelli pars οἱ ἰχθύες dicebatur, alia αἱ ἐγχέλεις [3]).

Ergo homines specie ducti neque rerum naturalium curiosi, quibus delphines ceterique ceti sunt pisces, anguillas non inter pisces recensuerunt sed vocarunt . . . *anguillas* sive angues exiguas.

Haud aliter priscus poeta, apud quem „ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες" arrodunt Asteropaei corpus, mox ipsi Vulcani ignibus oppressi [4]).

Proxime igitur inter se cognatas esse voces ἔγχελυν *anguem anguillam* neque mirari potest quisquam neque ipsam rem in dubium est vocaturus.

Conferentibus autem vocabula, quae aliae linguae his habent cognata, apparet stirpis Indogermanicae **engh-* formam debiliorem *ŋgh-* extitisse aliquando. Testes sunt voces Skr. *ahi-* et Avest. *-aži-* [5]). Expectabatur igitur Graeca vox **ἄχις*, sed non extat haec: extat ἔχις. Quam peperisse videntur voces **ἄχις* et **ἔγχις* contaminatae.

Nimiaene audaciae videtur Graecas has voces finxisse? At alteram certe non finximus. Nam ἔγχελυς unde nisi a stirpe ἐγχ-? Et integrius illud ἔγχις pridem agnoscere mihi visus sum notissimo quodam loco Homerico. Unicum poesis epicae dico versum, quo anguis non δράκων vocatur, sed alio nomine designatur:

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν [6]).

1) „*Vischmarkt*" et „*Aalmarkt*".
2) Schol. Oxyrh. et T ad Hom. Φ 203.
3) Cf. Ar. Pac. 1006.
4) Φ 203 et 353.
5) Harum rerum imperitior cum interrogassem collegam amicissimum Uhlenbeck, pro sua comitate hic certiorem me fecit. Cui ex animi sententia gratias ago.
6) M 208.

Digitized by Google

Hunc hexametrum *μείουρον* vocabant veteres, foedum vitium nomine specioso velantes, *οὖφιν* scribebat Bentley, *ὄπφιν* scribi hodie sunt qui iubeant, sic explicari videlicet vel excusari rati quicquam. Multo prudentior fuit Brandreth, qui *ὕδρον* substituerit, nimis tamen ille audacter. Equidem *αἰόλον ἔγχιν* olim fuisse suspicor [1]).

Stirpes autem si gemellae olim fuerunt *ἐγχι* et *ἀχι*, eo deducimur ut vocis *ἐγχελυ* sororem fuisse vocem *ἀχιλυ* suspicemur. Huic adiungatur terminus *-εύς*, qui sollemnis est in propriis priscorum heroum nominibus, — *Ἀτρεύς*, *Τυδεύς*, *Ϝοινεύς*, *Ἐρεχθεύς*, *Πηλεύς*, *Ὀδυσσεύς* alia in mentem statim veniunt cuilibet — et fiet *Ἀχιλυ-εύς* sive *Ἀχιλϝεύς*, *Ἀχιλ-(λ)εύς*.

Anguem comitem habuit Aiax [2]), alter ille Aeacida clarissimus, Achilli suppar et veluti vetustior quidam Achilles, Thetidem autem in anguem mutatam priscae fabulae celebrarunt [3]): filium ab angue nomen duxisse mirum parumve credibile videtur?

Accedit autem quod fidem faciat. Gens Achillis unde venit? Dixit ipse tum cum pro sodalis salute preces faciens *Iovem* invocavit *Dodonaeum* [4]). Ut Thesprotiae incolae invaserunt eam Thessaliae partem, quae Argos Pelasgicum dicitur in Iliade [5]), sic olim ex iisdem regionibus in Phthiotidem pervenerunt Achivi illi, quorum filios nepotesve in bellum adversus Troianos duxit Achilles [6]), huius autem nepos Molossus illuc rediit ibique regnavit.

At in regione, unde originem habuit Achilles, postea vixerunt *οἱ Ἐγχελεῖς* sive *Ἐγχελέαι* [7]). Quorum reges a Cadmo et Har-

---

1) Neque *ἔχις* apud Homerum invenitur neque *ὄφις* apud eum legitur alibi.

2) Cf. Usener Archiv f. Religionswissenschaft 1904 p. 328.

3) In Cypseli arca cernebatur *Πηλεὺς Θέτιδος λαμβανόμενος καὶ ἀπὸ τῆς χειρὸς τῆς Θέτιδος ὄφις ἐπὶ τὸν Πηλέα δρμῶν* (Pausan. V 18), „diese Schlange ist nach Analogie ... Thetis selbst" (Bloch in Roscheri Lexico Myth. s. v. Peleus p. 1884).

4) Π 233 sq.

5) Cf. B 681 cum Herodot. VII 176 Thucyd. I 12. — Ceterum Iliadis hunc locum contaminatum duco, quam tamen quaestionem nunc movere nolo.

6) Cf. Ridgeway Early Age of Greece I p. 389 sqq.

7) Cf. Strab. p. 326, Steph. Byz. s. v. — Etiam in Boeotia fuisse *Ἐγχελεῖς* gentem ex Hellanici in Boeoticis fide ait schol. Ar. Lys. 36. Quod nomen ab anguillarum

Digitized by Google

monia repetebant gentis suae originem; Cadmum Thebis pulsum cum uxore et civibus illuc migrasse [1]), dein ibi regnasse, tandem in angues et ipsum et uxorem esse mutatos [2]), narrarunt posteri, et erat Cadmi Harmoniaeque sepulcrum in saxis orae Illyricae, haud procul ab Acrocerauniis promunturio [3]).

„In Epirum abiisse" Cadmum et Achillis nepotem fabulati sunt posteri: ipsas eorum gentes inde fuisse oriundas dicamus potius et hoc teneamus, in priscis fabulis ἔγχελυν id quod δράκοντα valuisse. Sic igitur Cecropi „τῷ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ" aliisque daemonibus vel heroibus permultis anguium figuram indutis proxime cognatus fit Ἀχιλλεύς ille, cui in poesi Homerica veteris vestigia limi vix ulla praeter nomen remanserunt.

Fabula quae est de Cadmi Harmoniaeque excessu aenigmatis cuiusdam solutionem videtur praebere. Cadmus anguem sacri fontis custodem interemit iuvenis et in anguem ipse mutatus est senex: fuit igitur arcis Cadmeae daemon tutelaris sub anguis specie cultus, qui nisi in saxis Cadmeae, ut Atheniensium ὄφις οἰκουρὸς in horum arce, habitare non potuit. Atqui eundem εἰς δράκοντα μεταβαλόντα „μακάρων εἰς αἶαν" sive εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐκπεμφθῆναι ferebat fabula recentior [4]). Haec conglutina atque contamina: quid habebis? Id quod apud lexicographos lectum portenti instar est: „μακάρων νῆσος· ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιόν" [5]). Ubi pro νῆσος scribe

---

Copaicarum captura deduci vix potuit. Potuit sane pagus *Enchelea* inde nomen habere (ut pagus nostras *Aalsmeer*), sed huius incolae Ἐγχέλιοι potius erant dicendi. — Attica nomina Ἔχελον et Ἐχελίδας nunc mitto utpote nimis incertae originis.

1) Herodot. V 61, cf. IX 43.

2) Eur. Bacch. 1336 sqq., Ovid. Metam. IV 563 sqq., Apollodor. III 5 § 4. E Catalogis Hesiodeis ductam esse fabulam suspicatus est Crusius (s. v. *Kadmos* in Roscheri Lexico Myth.).

3) Apoll. Rhod. IV 517 sqq., Callimachus apud Strab. p. 46, Phylarchus apud Athen. 462*b*, Eratosthenes apud Steph. Byz. s. v. Δυρράχιον, Nicandr. Ther. 607, Dion. Perieg. 390 sqq.

4) Eur. Bacch. 1339, Apollodor. III 5 § 4, schol. Pind. Pyth. III 153.

5) Phot. Hesych. Suid.; cf. Crusius in Roscheri Lex. Myth. II 890 et saepius. — Simile quid de sepulcro *Hectoris* scribit Lycophron 1194, 1204, 1208: heroem Cretam, inde εἰς μακάρων νήσους abductum iri, Thebis autem tumulum habiturum (cf. schol. Hom. N 1, Pausan. IX 18 § 5, Crusius Sitzb. d. bayr. Ak. 1905 p. 761 sqq.). — Non prodest collatus Herodotus III 26.

Digitized by Google

ἔδος [1]): habebis priscam fabulam Boeotiam. Scribe νῆσοι — nam singularis numerus hinc alienus — et abice sequentia: habebis fabulae recentioris initium. Iunge in unum et habes ... nugas meras.

Et aliud aenigma hic videtur indicandum, sive solvi id potest sive nequit. Draconteo quicunque genere nati erant in corpore insigne habebant hastam [2]). Cur „λόγχης" figuram Thebani illi γηγενεῖς in cute ferebant? Pro vocabulo a dictione epica alieno scribe vetustius illud ἔγχος vel ἐγχείην et mirum ni appareat nexus. Quemadmodum *serpentes* et *falcones* dicta sunt tormenta ignivoma et ratione inversa *lance de fer* vocatur hodie vipera quaedam venenosa, sic lanceas suas *serpentes* dixere prisci milites, *serpentem* autem in corpore ostendebant sparti Cadmei, veteris illius serpentis proles.

XXXI.

DE IUNONE TROIANIS INFESTA.

Saevam Iunonis ob iram expugnatum Ilium quis non dixit! Ex Iliade — nam Odyssea nihil habet quod ad hoc argumentum pertineat [3]) — probe cognitos habemus Priamum eiusque cives ab illa dea odio internecivo petitos. Intentissimo studio plurimoque labore copias Argivorum collegit:

ϝίδροα γὰρ ϝίδρωσε μόγῳ, ϝκαμέτην δέ ϝοι ἵππω
λαὸν ἀγειρούσῃ, Πριάμῳ κακὰ τοῖό τε παισί [4]).

Dein in ora longinqua versantes tuetur; κήδεται αὐτῶν ὅτε ὀρῷ θνῄσκοντας [5]) nec non cum rixantur duces [6]). Ceteris diis post-

---

1) Cf. Ω 544.

2) Aristot. Poet. 16, Dio Chrys. IV 23, Plut. Ser. num. vind. 21, Iulian. 81c, Hygin. 72.

3) In annotatione indico versum δ 513, ubi Agamemnonem incolumem in patriam reduxisse dicitur Iuno.

4) Δ 27 sq.

5) A 55.

6) A 195 sq.

Digitized by Google

quam persuasit ut dirui sinant urbem ipsi invisam [1]), claro clamore in pugnam vocat exercitum, qui se praeside in Asiam traiecit [2]). In eo cum est res ut dux Troianorum evadat superior, furore percita solium suum ipsumque Olympum tremefacit [3]), mox curru conscenso suis auxilium latura advolat, nec nisi vi coacta et invita recedit [4]). Palam Argivis succurrere vetita clam opitulatur, armis usa muliebribus, amoris enim illecebris pellicit Iovem; qui dum in eius amplexu iacet alto somno consopitus, Argivi denuo fiunt superiores.

Nihil igitur relinquit intentatum, strenue semper illum quem ante oculos habet finem appetens, vel crudos si possit Priamum eiusque prolem devoratura [5]), ne defunctis quidem mitior quam erga vivos [6]).

Cur Troianis adeo fuit infensa?

Non dixit id Homerus, ne illo quidem loco ubi de Paride haec sunt tradita:

νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἴκοντο,
τὴν δ' ἤνεσσ' ἣ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν [7]).

Nomen certe Iunonis illic non legitur, neque *νεικέσσαι* est idem quod laudem vel praemium denegare. Sed illos versus, ubi deae Iuno Minerva Venus intellegendae creduntur vulgo — et recte fortasse creduntur — si neglegimus, nullo Iliadis Odysseaeve loco Paridis iudicium commemoratur, neque alia odii tam immanis causa apud Homerum indicatur ulla, nedum apertis verbis enarretur.

Est quod primo adspectu miretur quispiam: simplex tamen et aperta est rei causa. Non dixit poeta id quod per se intellegi

---

1) Δ 14—64. Qui locus ut suo pretio aestimetur, teneamus oportet poetam, cui Iliadis haec pars debetur, neque Achillem habuisse cognitum neque „Iovis" illam „fraudem", sed ipsum belli exordium nunc enarrari, caelites igitur induci de Troiae sorte ex animi sententia deliberantes. Prisci autem carminis echo quaedam etiam percipitur in episodio quod est de Iovis fraude; illic enim Iuno dicitur *ἐπιγνάμψαι ἅπαντας ἀθανάτους* (Β 13—15).

2) Ε 784 sqq.

3) Θ 198—211.

4) Θ 350 sqq.

5) Δ 25 sq.

6) Ω 25.

7) Ω 29 sq.

Digitized by Google

putavit, id quod obscurum fore cuiquam ne suspicatus quidem est. Poteratne ille dubitare quin pro sua gente pugnarent hinc dea Argivorum, illinc numen tutelare Troianorum?

„πῶς δὴ ἐγώ γε
οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥάψειν;"

rogantem fecit Iunonem [1]): — dea Argiva cur faveret Argivis, hostes Argivorum cur odio inexpiabili insectaretur, eratne dicendum? Non opinor! [2])

Et falsa modo perhibebam odii causam in carminibus Homericis latere dicens, nam cum re ipsam rei causam Iuppiter prolocutus est in coetu deorum hisce verbis: „*Menelao duae deae opitulantur,*

Ἥρη τ' Ἀργεῖη καὶ Ἀλαλκομενηΐς Ἀθήνη" [3]).

Argivis adfuit Iuno *utpote Argiva*, et similis causa inest Minervae deae Boeotiae epitheto, similis causa Neptunum Troianis reddidit infestum.

Sed de Minerva Neptunoque disputandi posthac erit opportunitas, nunc id unum observatum esto, minime obscuram videri causam, ob quam Iovem vincire aliquando voluerint

Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη [4]),

qua occasione Iuppiter Thetidis opera servatus esse dicitur. Quod Thetidis auxilium ab Achilleidis poeta fictum esse, ut gratiam ab Iove Thetis iure suo reposcere posset, sunt qui sibi persuadeant [5]). Equidem non tales novi poetas epicos, et libentius sequar Berardum nihil omnino finxisse eos [6]) sed accepta refinxisse et exornasse perhibentem, quam eos qui talia pro re nata ab iis excogitata esse arbitrantur. Non quo ex asse adstipuler Berardo!

---

1) Σ 364.

2) „Hera, die Göttin von Argos, ist natürlich [in der Urilias] die Schützerin des Herren von Argos" (Robert, Studien zur Ilias p. 351).

3) Δ 8.

4) A 400, ubi mire turbatur prisci carminis ratio lectione Zenodoti, Minervae substituentis Apollinem. Cf. etiam Ω 25 sq.

5) „Das Streben nach einer sorgsamen ... Motivierung hat den Dichter ... offenbar über die Schranken der Volkssage hinausgetrieben ... Den Einfluss der Thetis auf Zeus erklärt er durch eine frühere Errettung desselben aus einem Götteraufstand, ... eine homerische Modificierung des Aufstandes der Titanen" (E. H. Meyer Achilleis p. 20).

6) „Ils n'inventent rien" (V. Bérard, les Phéniciens et l'Odyssée).

Digitized by Google

nimis enim angustis finibus artem vatum epicorum aut circumscripsit aut circumscripsisse videtur. Qui si id tantum dicere voluit non *de nihilo* ficta esse illorum inventa, sed aliquem prius adfuisse nucleum circum quem concrescerent, id contendit de poetis Graecis quod de omnibus omnium temporum gentiumque poetis valuit semper et valebit.

Manet igitur quaestio quam movebamus: cur Iuno Minerva Neptunus Iovem in vincula coniciendi inierunt concilium? In promptu autem est quod respondeamus: dei qui in Troiae perniciem conspirabant huius urbis deum tutelarem vincire sunt conati.

Nam Troiae deus tutelaris fuit Iuppiter:

ὅσσαι ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι
ναιετάουσι πόληες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
τάων τοι περὶ κῆρι τιέσκετο Ϝίλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμμελίης Πριάμοιο [1]).

In Iliade leguntur versus quos attuli; non tamen Iliadem nostram nunc cogito, in quam veluti in spatiosam aliquam *μισγάγκειαν* undique confluxerunt fabularum apud varias gentes natarum rivuli, sed priscum carmen vel prisca carmina, quibus celebratum olim fuit bellum ab Argivis adversus Troiam gestum. A quibus carminibus aberat Achilles, aberant numina Olympia; immo absunt. Nam licet cum carmine quod est de ira Achillis artius iam cohaereant vetustae poesis illa rudera quam ut inde possint solvi, facile tamen etiamnunc agnoscuntur et dudum sunt agnita. Et id quoque, quod modo statui, multis Iliadis locis claris verbis dictum legitur. In Gargaro Idae montis cacumine Iovi erant *τέμενος βωμός τε θυήεις* [2]); plurimae et illic et in ipsa Troia urbe ei mactabantur victimae [3]); ex illo monte *ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων* [4]) adspicit Troianos cum hostibus dimican-

---

1) Δ 44 sqq.

2) Θ 48.

3) X 168—172.

4) Δ 166 H 69 Λ 544 Σ 185. *Troianum* hoc est numen. Admodum autem notabilis est horum locorum primus, ubi Agamemnon claris verbis dicit Iovem Troianis favere, „*at*" pergit „*erit cum iis αὐτὸς ἐπισσείσσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι τῆσδ' ἀπάτης κοτέων*". Certa igitur nisi intercedat causa „*ipsum Iovem*" iis infensum fingere sibi nequit Agamemnon.

Digitized by Google

tes et consilio suo eos adiuvat [1]), μεγάλα κτυπέων, δαιόμενον δὲ σέλας ἰεὶς μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν [2]), adverso autem marte cum a Troianis pugnatur Hectorem Iovi ἐξ ἄκρης πόλιος χεῖρας ἀνασχεῖν velle suspicatur Hecuba [3]).

Ille igitur deus — *Iovem* dicere consuevimus, sed *sedis* potius quam proprio nomine nunc est indicandus — ille igitur deus, qui in *Ida* Phrygiae monte colitur, εἴτε Ζεὺς εἴθ' ὅπως δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος, favet suae regioni suaeque genti: pater Idaeus prolem suam omnibus viribus intentissimoque studio tuetur. Quapropter Argivorum horumque sociorum dei tutelares vincire eum sunt conati; postea Iuno in ipso monte Ida callida fraude circumventum aliquantisper detinuit quem catenis aheneis frustra fuerat adorta.

Prolem dei Idaei modo dicebam Troianos: Dardanus certe, gentis genitor, Iove satus fuit [4]); etiam fortissimi urbis defensores Hector et Sarpedon Iovis audiunt filii. Et de Sarpedone quidem plura dicere inutile, nam certa et aperta est res ubi lacrymis sanguineis filii caedem deflet pater:

„αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
παῖδα φίλον τίων" [5]).

Hector autem licet in Iliade nostra Priamides vocari soleat et in patris habitare dicatur regia, minime tamen priscae fabulae vestigia oblitterata sunt omnia, sed καὶ τυφλῷ δῆλα cernuntur in hisce versibus:

„λυσσώδης φλογὶ εἰκελος ἠγεμονεύει
Ἕκτωρ, ὃς Διὸς εὔχετ' ἐρισθένεος πάις εἶναι" [6]),

et: „*ut boves a leone sanguinis avido*,
ὥς τότ' Ἀχαιοὶ
θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί" [7]).

Hic ἐνδέξια σήματα φαίνει Troianis, Hector πίσυνος Διὶ hostes adoritur [8]), eius copiae τεθαρσήκασιν ἐπεὶ μάλα Ϝιλίου εὐρύοπα

1) Λ 186—194 Μ 174 Ο 59 sqq. etc.
2) Θ 75 sq.
3) Ζ 257.
4) Υ 304. Sic *avus* certe (vel abavus) Iovis fuerit Hector Priami Dardanidae filius.
5) Π 447, 459 sq.
6) Ν 53 sq. — Recentior vero cantor: Ἕκτωρ οὔτε θεᾶς υἱὸς φίλος οὔτε θεοῖο (Κ 50).
7) Ο 636 sq.
8) Ι 236 sq.

Digitized by Google

Ζεὺς χεῖρ' ὑπερέχει [1]). Neque admirationem movent huiuscemodi versus, quantumvis ab aliis Iliadis partibus discrepantes; nam aliter fingi primitus vix potuit fabula quam sic, ut bellator ille, ὃς οἷος ἐρύετο Ἴλιον ἱρήν, diceretur filius dei τοῦ ῥυσιπτόλιος. Ipse Hector deus olim fuisse videtur, hostes ab urbe sua propulsans; sed in carminibus epicis quoniam heroes certant, non numina, illa quaestio procul nunc est habenda, et sufficit perspexisse temporis vetusti aliquam in verbis allatis superesse memoriam. Etiam ex Hectoris ore sic gloriantis:

„αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς πάις αἰγιόχοιο
εἴην ἤματα πάντα ...
ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι" [2])

fabulae priscae percipitur echo, non clara quidem, sed tamen talis ut agnoscatur. Recentiori vero aetati, qua diversa inter se sunt coniuncta, debentur versus quales hi sunt:

„Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην
κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχύν" [3]).

Nam contaminantium est ita rationem reddere rei quae olim nihilo magis explicationem requirere visa erat quam Aeneas a matre Venere defensus vel Achilli favens Thetis.

Tria igitur numina Iuppiter Apollo Venus Troiam tuentur [4]). Quibus respondere videntur trium gentium nomina Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι [5]), plurium autem bellorum memoria in unum confluxisse; et fortasse ipsa Troiae rudera, quae plus semel incendio deletam testantur, originem ostendunt priscarum fabularum urbem saepius petitam et captam ferentium [6]). Sed haec, quae partim nimis incerta partim a nostro argumento aliena sunt, nunc mittamus, id unum tenentes quod manifestum est: ut primum Argivi regionem Idaeam infestarint, numen

---

1) I 419 sq.

2) N 825 sqq.

3) N 347 sq.

4) Quarta urbis patrona Minerva, quae noto Iliadis loco (Z 269 sqq.) commemoratur, in censum nunc non venit. Fuitne primitus *Apollo* vel *Venus*? Ut fuerit, fert ratio; certe eius nomen recenti aevo illic debetur. Ipsa illa Iliadis pars recentissima multis hodie videtur, equidem solum deae nomen postmodo invectum arbitror.

5) Θ 173. *Troes* igitur et Hector *Iovem* numen sibi habent propitium, *Lycii* et Pandarus *Apollinem*, *Dardani* et Aeneas *Venerem*.

6) Laomedontis urbem dico ab Hercule expugnatam et Telephum ab Achille victum.

Digitized by Google

Argivum necessario infestum fuisse numini Idaeo, sive Iovi Iunonem, ut cum poetis epicis loquamur.

At alium Iovem norant fabulae Thessalicae: illum qui in *Olympi* montis vertice sedem habet. Norant et tertium *Dodonaeum* [1]). Hic postmodo uxorem habuit Dionen, itaque idem intellegendus videtur in prisco carmine, quod est de virtute Diomedis, a quo vulnerata Venus confugit ad matrem Dionen in sedem caelestem [2]). *Olympii* vero Iovis uxor passim [3]) dicitur Iuno illa, quae Iovem Idaeum habet adversarium.

En igitur a se ipsa discordans dea et ipse sibi infestus Iuppiter: — quid mirum quod coniuges illos inter se discordes pinxit epos, quid mirum quod Iuno maritum

„αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικείει καὶ φησὶ μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν"! [4]).

Ab Achillis Achivorumque partibus stat ἐριγδουπος πόσις Ἥρης Ὀλύμπιος, a parte Troianorum πατὴρ Ἰδαῖος. Hectori eiusque patri caelesti nunquam non insidiatur πότνια illa Βοῶπις, at eadem Ζηνὸς ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύειν dicitur [5]), est enim Διὸς κασιγνήτη τ' ἄλοχός τε.

Quapropter in carmine, quod ad nos pervenit, profertur causa sollerter excogitata ad id explicandum quod quin necessario fieri debuisset prisci cantores ne dubitaverant quidem. Iuppiter Idaeus cur Troianis favisset olim nemo rogaverat, at in Olympo idem habitans Iunonis uxoris causam tueri Achillique favere censebatur: certa igitur causa debuit intercedere ut in partes adversas pertraheretur. Regum illa rixa Thetidisque preces iam effecerunt ut Achilli Achivorum duci benevolum se ostenderet Iuppiter ... Achivos occidendo. Quid autem est συγκλώθειν ἀσύγκλωστα nisi hoc est!

„τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι!"

— his verbis cum ad *Apollinem* precatur sacerdos *Troianus*, sincera percipitur priscae poeseos vox, neque quisquam mirari potest quod ratae fiant illae preces: *Achillis* nomine cum idem

1) Π 233. Cf. supra pag. 290, 4.
2) Ε 370 sqq.
3) Etiam in carmine de Diomedis virtute.
4) Α 518 sq.
5) Ξ 213.

Digitized by Google

ab *Iove Olympio* petit Thetis, stupemus et fortasse tam immanem iracundiam indignamur, artificium autem agnoscimus poetae ingeniosi, non artem nativam.

Neque ab omni parte verum est quod de Apolline modo dixi. Qui deus in *Pergamo* arce habitans — sive arcis *Troianae* id fuit nomen, sive ex alia fabula desumtum est, — non potuit non succensere hostibus urbem suam oppugnantibus: et tamen in Iliade nostra certam demum ob causam telis suis aggressus eos esse dicitur, mox precibus flexus iis pepercisse, idem tamen Hectorem Troianosque mox ciens in eorum aciem et intra ipsa eorum castra ducens. Nempe *Apollo Olympius* Achivis amicus fuit nisi ab ipsis laederetur, *Apollo Troianus* semper infestus. Quodsi etiam dubium cuiquam videatur, ipsa ars grammatica confirmare possit id quod doceat sana mens. Nam Iliadis initio, cum „Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός" Achivos telis suis letiferis insectatus esse fertur, addenda est causa qua veri similis ea res reddatur; sed priscae artis hunc versum non esse testatur syllaba -οῦς contractione nata. At ille Apollo, quem celebrarunt carmina antiquiora, Achivos ab ora suae regionis repulsurus erat, etiamsi creberrimis hostiis propitium sibi reddere fuissent conati neque quicquam adversus eum deliquissent praeter id unum quod bellum ipsius genti inferrent. Patrem eius Olympium neque mythi prisci admittebant neque nunc admittunt numeri [1]). Iovis filius ut sagittis peteret exercitum, quem ducerent Achilles et Atridae Iovi huiusque uxori carissimi, sacerdotis laesi querelis debuit permoveri: deus indigena hostes vel sua sponte arcebat. Potuit ab advenarum numinibus potentioribus superari, quemadmodum in ea parte Iliadis, ubi argumento vetusto pessime abusus est cantor aliqui τοῦ πονηροτάτου κόμματος [2]), revera cedit maiori Neptuno, — huius „patruelis" nimirum illic dictus, — sed donec licuit, ab urbe sua propulsavit malum. Leto dedit Patroclum, ipsum dedit Achillem: Hectorem

---

1) Neque priscae est dictionis duos alicuius dei commemorare parentes: talia debentur recentiori aevo deorum heroumque stemmata elaboranti. Aliquid igitur prodest lectio altera — aut coniectura — Λητόος ἀγλαὸς υἱός.

2) „Diese am Skamandros sich balgende Götterbande" Theomachiam vocavit E H. Meyer (Achilleis p. 397), duris verbis contemtum prolocutus. At suo loco similia dicta quantam habeant maiestatem vide apud Vergilium Aen. II 610 sqq.

Digitized by Google

servasset, nisi in fatis fuisset ut deleretur Ilium sacrum et Priamus et Priami gens bellicosa.

Prisci aevi vox — certe vocis imago — percipitur ubi in deorum Olympiorum concione Troiam servare conatur Iuppiter [1]), non *suam* quidem eam dicens urbem, sed tamen urbem sibi caram, utpote hominum singulari religione se colentium. Obloquuntur ei Iuno et Minerva. Tertius Troiae inimicus Neptunus ab illa concione abest ... cur abest? Credo quod non deus γαιήοχος iam cogitatur sed marinus deus in maris fundo habitans, qui a coetu Olympio alienior fuit. Sed hanc quaestionem nunc mittamus. Exposcunt igitur sibi urbem Troiam Iuno et Minerva, cedit eis invitus pater ... *Olympiumne* dicamus an *Idaeum*? Praestat dicere *patrem deorum*, nullo addito nomine quo locus indicetur, quoniam deorum in palatio caelesti degentium huiuscemodi concio fingi non potuit nisi ea aetate, qua numina Olympium et Idaeum in unum confluxissent.

Quippe cum fabula, quae erat de bello Troiano, concrevit alia, qua celebratur iuvenis navi regionem longinquam petens. Iasonem hunc voca: propitiam sibi habet Iunonem [2]). Achillem dic eundem, — sunt enim simillima sibi et fere consimilia quae de utroque inter gentem Thessalam sunt narrata: — fautrix ei est Minerva, mater Thetis. Nullum praeterea auxilium requisivit olim, sed in regis mortalis filium postquam abiit, propitium sibi habuit deum in vertice Olympi habitantem, qui fulmina torquet nubibus abditus, nutuque ipsum montem percellit. Propriumne requiritur huius dei nomen? Non requirebant fortasse qui unum deum, suum deum, colebant; sed requirebant posteri, requirebant poetae [3]), nos cum iis requirimus: *Iovem* igitur dicamus celsum illum hominumque deumque patrem. Hic Achillem diligit et tuetur [4]), hostibus igitur Achillis infestus, ut Menelai hostibus Iuno.

In fabula Thessala cur deus pater et dea mater inter se

---

1) L. l. (libri Δ initio).

2) μ 72.

3) Nec tamen semper aut omnes requirebant poetae, saepe enim etiam in carminibus Homericis Ὀλύμπιος vocatur, non addito alio nomine.

4) Cf. Achillis epitheton Διὶ φίλος et Τ 342 sq.

Digitized by Google

discordarent non erat causa; immo qui coniuges eos finxerunt, finxere concordes, rixantes fingere ne poterant quidem, quoniam eam solam ob causam sociabantur quod viventia quaevis in lucem protulisset eorum amor: Iovis ἄλοχος φίλη iis fuit Iuno [1]). Iurgia illa et minae et insidiae, Iuno maritum ligare conata, ab ipso in aere suspensa crudelique supplicio affecta, debentur recentioribus poetis fabulas contaminantibus.

Etiam *soror* Iovis Iuno dicitur saepius in carminibus epicis; Saturni proles audit uterque. Sed recentioris haec quoque sunt aetatis. Nam Patri hominumque deumque prisci homines patrem non tribuerunt. Voces Κρονίων et Κρονίδης sive cum Κάρνου Καρνείου dei vetusti nomine cohaerent [2]), sive aliam habent originem, multo utique sunt recentiores quam ipsorum Iovis et Iunonis cultus [3]), et soror Iovis Iuno dici coepta est diu postquam eius uxor est habita [4]).

Quam mire autem fabulae, quae inter gentes varias ferebantur, in carminibus epicis sint permixtae conglutinatae contaminatae, luculentissime apparet in Iliadis illa parte, quae Διὸς ἀπάτη solet inscribi. Nempe splendidi versus, quibus olim celebratus fuit Pater caelestis cum Terra Matre congressus, in eum iam detrusi sunt locum ubi Iuno Olympia Idam montem petit eo consilio ut coniugem suum item Olympium, quocum habitat vivitque, qui paucis horis ante eius cubile reliquit,... ad amores furtivos pelliciat. Poteratne fingi quidquam infelicius? Non facile reperias versus pulcriores minus apto loco collocatos! Solve telam fabularum traditarum, quae στήμονι ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα habet insertam, — ad Musam Rhapsodicam dic: „ὦ φίλη, λίαν σπαθᾷς!" — neglige nomina propria et deum

---

1) O 156. — Nolim cum Roschero (Lex. Myth. I 2105) Iunonis illam zelotypiam ex aevi heroici moribus repetere. Neque enim eiusmodi novi aevi heroici mores, neque zelotypa dicenda videtur Iuno Homerica sed Troianis infesta eamque ob causam identidem de urbis sorte cum Iove verbis disceptans.

2) De Boogschutter en de Weefster p. 143.

3) Fortasse potius statuendum est, priscas quidem esse, sed aliud alio aevo significasse: *epitheta* fuisse primitus, postea pro *patronymicis* esse habita.

4) Etiam serius πόσιν Ἥρης quam Κρονίδην dictum esse Iovem docent versus qualis est A 552, ubi Iuno „αἰνότατε Κρονίδη" eum increpat. Qualia non sunt uxoris maritum verbis sive mitibus sive acerbis alloquentis, multoque minus sunt *fratrem* carpentis.

Digitized by Google

Idaeum dic a dea Argiva deceptum: — habes fabulam ... sequiorem quidem, sed eam tamen fabulam quae possit intellegi, et aptissima iam videntur dei resipiscentis ad deam fallacem verba ultima:

„τῶν σ' αὖτις μνήσω, ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων,
ὄφρα ἴδῃς εἴ τοι χραίσμῃ Φιλότης τε καὶ εὐνή,
ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο καί μ' ἀπάτησας" [1]).

Versus autem quibus pingitur deus deam amplexus exime e contextu — et carminis, quo olim ὁ ἱερὸς γάμος mariti caelestis uxorisque terrestris est celebratus, habes fragmentum praestantissimum; quod nunc panni purpurei est instar, in veste attrita nimis late splendentis. Nam Iliadis librum Ξ quicunque perlegit, si modo sciat pulcra a turpibus distinguere audeatque suo stare iudicio, non potest non vehementer improbare quae illic narrantur et sentit diversissima utcunque esse coniuncta.

Neque sola est poetica ars ad quam provocare nunc liceat: tantundem fere auxilii est in humiliore aliquanto arte, dico geographicam. An carminis genuini poetaeve sua canentis haecce videntur [2]):

Ἥρη δ' εἰσέιδε χρυσόθρονος ὀφθαλμοῖσι
στᾶσ' ἐξ Οὐλύμποιο, ἀπὸ ῥίου, ...
Ζῆνα δ' ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος Ἴδης
ἥμενον εἰσέιδε —

Iuno stans in cacumine Olympi conspicit Iovem in Ida monte sedentem —? Non multis, ut opinor, talia placebunt. Sed etiamsi quam maxime placeant, sequitur id quod etiam *metrica* arte damnatur:

μερμήριξε δ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη
ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον αἰγιόχοιο.

Legitur sane et aliis locis compluribus illud πότνια Ἥρη, et notissima vocabula inter legendum praetermittere solemus vix animadversa. Sunt tamen vitiosa, certe suspectissima. Nam breve esse alpha vocis πότνια non est quod hic allatis exemplis demonstretur, cum certa sit ea res et aperta; illicitus igitur post hanc vocem est hiatus. Et verum hunc esse hiatum non minus

1) O 31–33.
2) Ξ 153 sqq.

Digitized by Google

certum est, nam nomen Iunonis in carminibus Homericis frequentissimum nulla usquam ostendit vestigia consonae initialis.

— Nempe pervetusta haec sunt epitheta, e priscis carminibus repetita, vetusta autem ars hiatum minus curabat.

Cras credam, et multo facilius mihi persuadeo alius numinis olim haec fuisse epitheta. Nam non numeri soli versiculi illius

„βοῶπις πότνια Ἥρη"

miserrime hiant, sed et ipsa hiat sententia. Iovis omnipotentis uxor ἐύθρονος λευκώλενος cum dicitur βοῶπις, facilius est rogare quid significet illud epitheton, quam recte respondere roganti. In carminibus epicis, quae ad nos pervenerunt, dea femina eo ornatur: nisi igitur inani verborum tinnitu gaudebant qui eo nomine eam designarunt, intellegebant eam quae facie bovem quodammodo referret, quod nisi oculis grandioribus fieri non potuit, neque his satis apte. At qui illud nomen olim crearunt, non imagine longius petita parumque venusta faciem muliebrem, immo divinam, laudare volebant, sed vocabulo usi viventi suamque vim servanti tribuebant deae vaccae faciem ipsumque fortasse corpus, quemadmodum in bovem mutata fertur Io Iunonis pelex. Item qui Minervam γλαυκώπιδα dixere primitus, non oculos fulgentes aut praegrandes aut colore nescio quo insignes tribuebant deae, sed facie noctuam referentem et cogitabant et dicebant: testis est noctua, quae ad nostrum usque tempus fida Minervae sodalis iuncta satis valet ad quaevis interpretum artificia confutanda. Appictum est animal cuius speciem dea induisse credebatur olim.

Quae si satis certa videntur, — et in vulgus nota nunc loquimur, — habemus priscam deam βοώπιδα sive sub specie vaccae cultam, ut culta est Hathor dea Aegyptia; habemus Terram Matrem, aut si quis mavult, Matrem Naturam. Haec fuit prisca dea Argiva.

Olim igitur in hymnis fuitne:

„βοῶπις πότνια Ϝιώ"?

an:

„βοῶπις πότνια μήτηρ"?

Utrumvis recte et salvis numeris potuit dici; utrumque olim dictum esse suspicari licet. Id quoque haud temere suspicetur quispiam, in carmina epica locutionem „βοῶπις πότνια Ἥρη" invitis poetis sero demum irrepsisse, et duobus certe locis ipsa

Digitized by Google

codicum varietas luculenter id testatur [1]). Textui nusquam non apta sunt: „*βοῶπις πότνια μήτηρ*" et: „*θεὰ λευκώλενος Ἥρη*".

Nempe quae uxor honorata fuerat Io postquam in Iunonis pelicem abiit, in priscis carminibus ei, ut in toro mariti, substituta est gentis potentioris dea tutelaris *Ἥρη ἡ λευκώλενος, ἡ εὐθρονος*. Neque ipse maritus sui mansit similis. In poesi epica celebratur *ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης*: in Iunonis locum substituatur *ἡ βοῶπις μήτηρ* sive Terra mater et habebimus *ἐρίγδουπον πόσιν Δήμητρος* sive *Ποσειδάωνα* illum *τὸν γαιήοχον, ἐνοσίχθονα, κλυτόπωλον* [2]).

Nunc vero in poesi epica regina caeli ipso metro invito cum capite bovino obambulat, tamquam si minotauri esset soror, non dei optimi maximi et soror et coniux. Satis credo placebant vocabula horrendae vetustatis, etiamsi non satis intellegerentur, et eo magis fortasse placebant quo minus intellegebantur. Itaque recentiores poetae etiam Nereides et puellas regias dixere *βοώπιδας*, absurda se dicere ne suspicati quidem.

Post Homerum Iliadem scribere velle in proverbio est. Non minus inepta molientis fuerit enarranda sibi sumere quae ante Homerum habuerit Ilias. Illud carmen de bello Troiano, in quo Iuno non uxor esset Iovis sed adversaria, neque Achillis mentio fieret ulla, quem ambitum, quale exordium, quemnam finem habuerit, quis dicat! Suspicari possumus multa, et plurima suspicati sunt plurimi, demonstrari aut nihil potest aut paene nihil. At tamen carmina Homerica legentibus mente semper tenendum est id, quod ut probe novimus, sic non possumus non identidem oblivisci: et fortes viros vixisse ante Agamemnonem et poetas epicos fuisse ante vates illos, quorum ad nos pervenere carmina. Ante oculos nostros quae fiunt intellegi nequeunt nisi rerum praeteritarum habita ratione: *ἀπορίων* quas praebent Ilias et Odyssea aut nulla petenda est *λύσις* aut petenda est e mythis aevo epico antiquioribus:

---

1) Ξ 277 et Ο 92: *θεὰ λευκώλενος Ἥρη*, l. a. *βοῶπις πότνια Ἥρη*. — Quominus tamen rhapsodis vel etiam librariis tribuamus locutionem *πότνια Ἥρη* obstat quod eam imitatus dixit cantor quidam: *πότνια Ἥβη* (Δ 2).

2) „Erst als Gatte der Erdmutter wird Poseidon in seinem wahren Wesen erfasst" (vWilamowitz, Festrede vom 25 Jan. 1906, Sitzungsber. d. k. p. Ak. d. W. p. 67).

Digitized by Google

— Helena Διὸς ἐκγεγαυῖα cur dicitur? — Quia dea fuit primitus.

— Neptunus Olympo monte relicto planitiem Troianam visurus cur Samothracen, dein mira ambage usus Aegas marisque fundum adit, inde curru Troadis petit littus? — Quia aliis deus ille fuit γαιήοχος ἐνοσίγαιος, cuius sub incessu tremunt saxa et nemora, aliis marinus, equis per aequora vectus.

— Iuppiter Troianis cur parat exitium, idem iis favens? — Quia uno in pectore hostiles sibi aestuant animi duo, numinis Olympii et Idaei; unus deus dicitur, revera sunt duo.

— Ulixes per secures duodecim telum traiecisse cur dicitur? — Quia olim fuit deus sagittarius.

— Cubiculo olivam cur dicitur inclusisse? — Quia deae uxori oliva fuit sacra.

— Circa initium Iliadis naves in littore stantes cur singulis ducibus ἕπεσθαι dicuntur? — Quia e carmine classem Aulide in Asiam profecturam celebranti haec sunt desumta.

— Aiax cur stans in navi Protesilai conto praelongo repellit hostes ignem classi inferentes? — Quia ducta haec sunt e carmine antiquiore, quo pingebantur Graeci ad Troadis oram appellentes et Protesilaus ab hostibus caesus; Brasidae igitur Pyli oram adorti vel Caesari oram Britanniae [1]) illic similis est Aiax, certe olim fuit similis.

— Iuno denique cur audit βοῶπις? — Quia irrepsit in locum deae sub vaccae specie olim cultae.

— Marito cur perpetuo adversatur? — Quia primitus non uxor eius fuit sed inimica implacabilis.

At quid prodest talia pervestigasse et vetustae poesis vestem splendidam dilacerasse?

Respondeo verbis Agamemnonis:

„ἐγὼν οὐκ αἴτιός εἰμι,
ἀλλὰ Ζεύς" [2]).

Agamemnonis hisce respondeo verbis, quoniam illis luce fit clarius quid mali habeat theocrasia illa, quae in carminibus epicis passim obtinet. Iovem iram sibi civisse dein urbis captandae

1) Thuc. IV 11 Caes Bell. Gall. IV 25.
2) T 87.

Digitized by Google

spe inani obiecta ad proelium ineundum se instigasse conquestus Agamemnon exemplum praebuit *ἐκείνου τοῦ ἀδίκου λόγου*, quo mortalium quaevis delicta possunt fucari. Qualem abusum priscarum fabularum suo iure indignati Xenophanes Plato alii monuere cavendum esse ne boni mores detrimentum caperent e carminibus, unde talia possent proferri. At gravius quam mores vel religio plectitur ipsa poesis, cum caelites dicuntur *μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν*. Nihil eiusmodi deliquere vates antiqui, quibus debetur quicquid pulcri habent Ilias et Odyssea. Tum demum nequam homunciones quae deliquissent potuerunt *εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν* [1]), cum in unum confluxissent pater Idaeus et pater Olympius, et ipse sibi repugnans summus deus quorumlibet flagitiorum exempla mortalibus videretur praebuisse.

1) Ar. Nub. 1080.

AD TERENT. EUNUCH. III 5, 40.

Ne altera paginae pars vacet, addam quaedam de noto Terentii loco, ubi iuvenis quidam *εἰς τὸν Δία ἐπαναφέρει* id quod modo deliquit ipse. Tabulam pictam spectasse se ait: inerat Iuppiter aureum imbrem in Danaae gremium immittens. Admodum gaudebat

deum sese in hominem convertisse et per alienas tegulas
venisse clanculum: per impluvium fucum factum mulieri.

De quo loco optime meruit Bentley *impluvium* in *pluviam* mutando, sic enim et numeri sunt restituti et apparuit iocus, quem praebuit *fucus* vocabulum ambiguum. Etiam *hominem* vocabulum corruptum esse sensit ille, sed — Horatii sui intempestive memor — a comici mente longe aberravit in *pretium* id mutando. Nam versus quidem Horatianus, ubi Iuppiter dicitur *conversus in pretium deus*, recte habet, — si recte habent mythi prisci in ridiculum conversi, — itemque Ovidii dictum acutulum: *„Iuppiter ... corruptae pretium virginis ipse fuit"*, sed a verbis iuvenis deum *per tecti rimas delapsum* ridentis voces *pretium, aurum, metallum, pecunia* similes quam maxime sunt alienae. At ea ratione, qua posteriorem versum correxit Bentley, et hunc emendare neque difficilius est neque maioris audaciae: pro *in hominem (inhoĩem)* scribatur *in imbrem*:

deum sese in imbrem convertisse etc.

— At iam usus ea voce est Chaerea. — Ita: nempe rem secum perpendens illud in quo omnia insunt vocabulum consulto repetit.

v. L.

Digitized by Google

DE PLUTARCHI STUDIIS LATINIS.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

Audivimus Woelfflinium certissimis nullique obnoxiis dubitationi argumentis demonstrantem a Plutarcho lectas Taciti Historias: duas enim e scriptore Graeco protraxit narrationes obscuras mireque perturbatas, quae quomodo tales evadere potuerint tum demum intelligimus cum e *male intellectis* scriptoris Latini narrationibus eas fluxisse sumimus. Cum enim Tacitus verbis „urbem ac Palatium petunt" hoc sensu usus esset: „ab eo loco, qui est *ad urbem,* ipsam mediam urbem, ubi est Palatium, petunt", Plutarchus, quasi de hominibus ex remota aliqua urbe accurrentibus sermo esset, ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην dedit; cumque de homine, qui aedium, quas *emeret* (i. e. empturus esset), vitia *redemptoribus* monstrare vellet, legisset quaedam, e praesenti Latino *emi* Graecum fecit perfectum ἐωνῆσθαι et *venditores* (πωλητάς) ex *redemptoribus.* Tunc ceteras hasce narrationes ab eo ita esse perturbatas ut nemo mortalium ex iis exitum possit invenire sponte intelligimus [1]).

Quin egregie causam obtinuerit Woelfflinius dubium non est, et possumus egregio viro splendidam hanc victoriam gratulari ut et ipsi conferamus aliquid ad recolendam memoriam primi huius anni diei, quo LXXV aetatis annum ille explevit. Quem diem laetis ominibus salutarunt quicunque Latinas colunt literas: praeclara enim Woelfflinii de illis merita tunc iis stabant ante oculos.

1) Vide mea Analecta Tacitea p. 1—11.

Digitized by Google

Vellem autem duobus illis, quae attuli, argumentis contentus fuisset Woelfflinius. Nam cum alia minus certa addiderit, periculum est ne in illa impetum faciant qui, ut Mommseni videantur ipsi, pro Mommsenianis erroribus pertinaciter pugnare pergunt. Quibus si successerit ut hic illic in rebus levioribus Woelfflinium refutent, obiter aspicientibus non tam firma eius causa videbitur quam revera est.

Firmissima ea est neque ullo modo firmior fieri potest. Sed si quid semel pro certo constat, illud subinde nova perfundere luce non inutile videtur, praesertim si neque longe petitur illa et clarum purumque splendorem afferre potest. Quid vero si in causa hac Plutarchea ipse Plutarchus nobis verborum suorum lumina praebet clara, certa, manifesta?

Mihi quotiescunque Woelffliniani inventi memor Plutarchi adspicio locum, ubi quando et quomodo Latinos libros legere coeperit exponit, audire mihi videor senem amabilem placida sua et verbosa oratione diserte aperteque declarantem .... Sed praestat ipsius verba accuratius adspicere. Nondum enim, si quid video, quanti sint singula sat bene est intellectum. Legitur suavissimus locus Dem. c. 2.

Postquam exposuit historiam „universalem" scripturo magnopere prodesse posse urbem magnam, utpote quae libris abundet et vivam gravissimarum rerum servet memoriam, sic pergit:

„at ego qui in parvo habitem oppido et, ne minus etiam fiat, libenter ibi maneam, quique Romae et in Italia cum versarer propter negotia civilia et multitudinem eorum, qui me de philosophia consultum veniebant, latini sermonis discendi caruerim otio, *sero demum* et *provecta aetate* Latine scripta *inspicere* coepi."

Satisne diserta haec? ὀψέ ποτε ait, id est: tandem aliquando, post multos denique annos, et πόρρω τῆς ἡλικίας id est: grandaevus et revera senex. Tunc autem coepit Latinis libris ἐντυγχάνειν, quod eius est qui antea eos ne raptim quidem et in transitu adspexerit.

Sequuntur nunc quaedam quae corrupta quidem sunt sed non ita corrupta quin scriptoris mens clare perluceat, et possunt emendationibus corrigi variis sed quae omnes eodem redeant. Sic enim pergit narrator:

Digitized by Google

„Tunc autem res mihi evenit mira quidem sed vera. Non enim ut e verbis res cognoscerem mihi contigit, sed, quoniam aliquatenus certe res notas habebam, ex illis etiam verba potui intelligere."

Periculosam, ne dicam falsam, hanc esse sermonis discendi rationem ipse Plutarchus testimonio est. E cuius scriptis cum et alii et Volkmannus, cui egregium illud debemus *de Plutarchi scriptis vita philosophia* opus, sat multa protulerint quae contra sermonis Latini leges Plutarchus commiserit, unum eius errorem vulgo negligi miror, quo nullus disertior, nullus qui melius quantum in eo studio Plutarchus profecerit doceat. Vocabuli Latini quod est *ovatio* et alia absurda profert etyma et hoc: „(in minore illo triumpho non ut in maiore boves, sed) *πρόβατον ἔθυον· ὄβα δὲ τὰ πρόβατα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*" (Marc. 22). Confundit *oves* et *ova*: nonne eiusdem illud est qui quid interesset inter *vendere* et *emere* (atque adeo *redimere*) aut nescierit aut oblivisci potuerit?

Tum haec addit: „elegantiam vero sermonis Latini .... perspicere .... venusta quidem mihi res neque iniucunda videtur .... sed eorum haec est exercitatio quibus plus est otii *καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχωρεῖ Φιλοτιμίας.*"

Corrupta haec censeo; nihili enim est istud *ἐπιχωρεῖν πρός*, et possumus lenissima emendatione Plutarcho reddere locutionem vere Graecam lepidissimamque; exemptis enim praepositionibus *πρὸς* et *ἐπί* Plutarchum sic loquentem facimus: *„οἵστισι .... τὰ τῆς ὥρας ἔτι τὰς τοιαύτας χωρεῖ Φιλοτιμίας* i. e. quorum aetas, quae *etiam* restat, eiusmodi *capit* studia." Sed, sive mea probatur emendatio, sive aequi bonique consuluntur verba tradita (quamquam mihi ferenda non videntur, pertinax esse nolo), hoc mihi, ut opinor, quisque concedet in uno vocabulo *ἔτι* esse omnia: sic loquitur vir grandaevus, qui *iam tum cum Latinos libros inspicere inciperet* haud satis longum sibi superesse vitae spatium sentiret ut in minutiis et amoenis verborum hortulis paulo diutius subsisteret.

Ad *res* properabat; ad eas nimirum res, quae prae ceteris cordi ei essent. Latinus ei liber quidam legendus erat; molestum, hercle, negotium, sed subeundum illud utique erat, non poterat ullo modo omitti. Et aderat lecturo adminiculum aliquod: *ἐκ*

Digitized by Google

τῆς τῶν πραγμάτων ἐμπειρίας (e loco illo corrupto nunc ea affero vocabula quae nulli sint obnoxia dubitationi) poterat ἐπακολουθεῖν καὶ τοῖς ὀνόμασι: verborum vim assequi poterat, de iis nimirum legens rebus *quas expertus noverat.*

Qui fuit ille liber quem *non* legere *non* poterat ille senex, qui robustiore aetate nullum unquam Latinum librum tangere atque pervolvere oculis dignatus esset?

Si nobis hic res esset cum viro Graeco, qui stante republica Romam venisset ut Aristoteli alicui operam navaret quam plurimorum populorum leges instituta mores in unum corpus colligenti, statim de libro aliquo cogitaremus, qualis ille fuit commentarius de senatu habendo quem Pompeii causa composuit Varro, verum multo maiore atque ad totam rempublicam pertinente. At verbis, quibus ille usus esset, accuratius inspectis statim coniecturam illam missam faceremus: videremus enim non de arida aliqua atque inculta rerum enumeratione agi sed de opere „literario" ut nos nunc loquimur, „oratorio" ut ait Cicero, qui haud iniuria „historiam scribere magni oratoris, magni hominis in dicendo" putat (de Or. II § 51). Verborum enim ornamenta, orationis flosculos tantum abest ut historia respuat, ut etiam requirat. Certe liber ille latinus, qui primus Plutarchum ad se attraxit ita ut relinquere eum, sicut antea latinos libros reliquerat, non posset, „pulchris literis" se adnumerari postulabat. Ipsum Plutarchum audiamus, consulto enim modo quaedam eius omisi vocabula, quae, nisi omnia me fallunt, summi sunt in tota hac quaestione pretii.

„Non potui" ait „αἰσθάνεσθαι i. e. penitus intelligere atque animo persentire ..." quid? „κάλλους Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας". Videsne rem nobis esse cum *pulchris* literis? „καὶ μεταφορᾶς ὀνομάτων καὶ ἁρμονίας." Lubenter credimus haec *sentiri* non potuisse ab eo, qui non e verbis quid narraretur perspexerit, sed, quoniam res expertus novisset, assequi etiam vocabula potuerit. καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος ἀγάλλεται: omnia, ut opinor, orationis ἀγάλματα eiusmodi fallunt lectorem.

Sed de uno Plutarchi vocabulo nondum quidquam dixi, eoque omnium disertissimo. Totus enim locus sic decurrit:

κάλλους δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας καὶ τάχους αἰσθάνεσθαι καὶ μεταφορᾶς ὀνομάτων καὶ ἁρμονίας καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος

Digitized by Google

ἀγάλλεται, χαρίεν μὲν ἡγούμεθα καὶ οὐκ ἀτερπές, ἡ δὲ πρὸς τοῦτο μελέτη καὶ ἄσκησις οὐκ εὐχερής, ἀλλ' οἵστισι πλείων τε σχολὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι τὰς τοιαύτας χωρεῖ Φιλοτιμίας.

Quid est τάχος, quod est literarum illud genus quod isto orationis ἀγάλλεται ornamento? Quis orator εἰς τάχος παίειν στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι dicitur? Adolescentulus e Gorgiae profectus disciplina, qui *crebris* brevibusque sententiolis miserum senem, placido verbosoque assuetum sermoni, ita conturbat ut nihil cernat εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἡλυγήν. Quaenam oratio, ipsius Plutarchi florens aetate, cum illa terribili, quam Aristophanes perstringit, eloquentia comparari potest? Illa, ut opinor, quae, frustra repugnante Quintiliano, aetate imperatoria sola regnabat in scholis. Cuius summus aliquamdiu fuit patronus Seneca, quo nemo acutius quidquid improbabat brevibus sententiolis condemnare calleret. Annon egregie vox τάχος illud artificium designat? Redeamus paulisper ad Graecos. De historicis agimus: Thucydidis ergo statim cuivis venit in mentem. Quomodo autem Latini scriptores de Thucydideo sermone loquuntur? Audiamus primum Ciceronem? „*incitatior* fertur" ille ait (Or. § 39) et: „ita *creber* est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero *consequatur*, ita porro verbis est *aptus* et *pressus*, ut nescias, utrum res oratione an verba sententiis inlustrentur." Atque Ciceroni adiungamus illum Plutarchi fere aequalem Quintilianum, qui (I. O. X, 1, 73) haec habet: „densus et brevis et semper *instans sibi* Thucydides." Satisne apparet Graecum vocabulum τάχος aptissimum esse ad hoc orationis genus significandum? Et quis est Thucydides inter historicos latinos? Duos esse dixeris, Sallustium, quem Thucydidi opponere non veretur Quintilianus (X, 1, 101) ... et Tacitum, qui Sallustium tantopere suspiciat (Ann. III, 30).

Profecto Tacitei τάχους οὐκ ἠσθάνετο senex noster amabilis. Igitur illius acutissimum pugionem, quo Othonem Vitelliumque inter se maledictis certantes percussit „neuter falso", Nestorea sua lenitate obtudit: οὐ ψευδῶς μὲν γελοίως δὲ καὶ ἀνοήτως ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ἃ προσῆν ἀμφοτέροις ὀνείδη λοιδορούντες scribens.

Iam quid mihi velim satis, ut opinor, apparet. Taciti Historias fuisse primum illum latine scriptum librum quem Plutarchus „tandem aliquando, provecta aetate" legerit paene invitus

Digitized by Google

et tantum non vi coactus, tam persuasum mihi est ut videre mihi videar illo senem placidum et loquacem e Chaeroneensi suo otio excitatum. Quid enim? Nuntius ad eum pervenit summum illum inter Romanos oratorem conversa ad aliud genus mente in lucem emisisse librum illum quem maxime idonei iudices iam antea *immortalem fore augurati essent* (Plin. Ep. VII, 33), in ore eum esse cultissimorum inter Romanos hominum et agere de iis rebus quibus totum Romanum imperium fuerit perculsum ita ut etiam illo motu remotissimi terrarum anguli tremerent, bella civilia aio quae post Neronis mortem, ipso Plutarcho adolescente, exarserint, deinde de Flavianorum imperio, quod non ita multis annis antea cruentum habuerit exitum. Nonne credibile amabilem philosophum Chaeronensem exclamasse, cum gemitu nimirum et suspirio: „*legendus* [1]) mihi liber ille est". Nam illam κάλλους Ῥωμαικῆς ἀπαγγελίας commemorationem et quae loco quem e Plutarcho citavimus sequuntur parum quadrare ad Plinium, Cluvium alios, quorum libri sine ullo laudis vestigio perierunt, vix opus est dicere.

Et quam pulchre hic ratio temporis constat. Latinos libros legere coepit Plutarchus *tandem aliquando, aetate provecta* cum aetas eius *iam non caperet* sermonis Latini accuratius studium. *Sexagenarii* u. o. illa sunt: longe ante illum subsistere terminum planissime illa verba vetant, longe ultra eum ut procedamus neque res ipsa sinit neque postulat causa quam defendimus. Natum autem Plutarchum si a. 47 statuimus, id sumimus quod sponte se nobis offert. Ipse enim de se haec narrat:

Mor. 385 B. „Quo tempore Nero in Graecia versabatur, audivimus Ammonium et alios quosdam disserentes" et

p. 391 E in narratione de illo colloquio, ubi Plutarchus locutus est, Ammonius „οὐκ ἄξιον" ait „πρὸς ταῦτα λίαν ἀκριβῶς ἀντιλέγειν τοῖς νέοις."

Fuit ergo a. 66 inter iuniores, neque tamen paene puer, si quidem in vita Antonii s. f. sic loquitur: Νέρων ἀρξας ἐφ' ἡμῶν et in vita Flaminini c. 12: „nostra aetate Nero Corinthi Isth-

1) De vera vi et colore gerundivi in exclamationibus v. Donat. ad Ter. Eun. vs. 188.

Digitized by Google

miorum tempore Graecos libertate donavit." In adolescentem qui aetatis annum vigesimum agit egregie illa conveniunt. Itaque fere anno 107 Plutarchus primum libros latinos inspexit. Historiae autem Taciti quo anno in lucem prodierunt? Ipso a. 100 Tacitus orator etiam erat et nihil aliud. Hac tum laude clarus erat neque ulla alia, quemadmodum testantur notae illae Plinii epistolae II, 1; II, 11; IV, 13; I, 20. At operi alicui historico iam proluserat Agricolae vita scribenda Traiano iam solo imperatore (post 27 Ian. a. 98). Atqui Historias ante Annales scripsit, illos autem a. 115 editos pro certo constat. Prodierunt ergo Historiae inter annos 100 et 115. Sed non ipso anno 100 vel anno 101. Quid enim? Agricolam edens se „memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum" i. e. tempus Domitiani et Nervae Traianique scripturum promittit. Sed Historiarum praefationem scribens non solum alia omnia pollicetur sed etiam pristini consilii oblitus esse videtur. Nervam enim Troianumque missos facit, sed addit operi suo bellum civile et Vespasiani Titique regna. Itaque haud breve tempus inter Agricolam et Historias intercessit, quo posset Tacitus:

1 aliquam partem regni Traiani expectare priusquam opus promissum aggrederetur,

2 illud, periculo facto, deponere,

3 novi libri conquirere materiem,

4 illum perficere

(et ne sic quidem facile intelligitur scriptorem aliquem alium librum promittere, alium in lucem emittere, non admonito lectore cur consilium mutaverit. Sed hoc mittamus.)

Non ergo temerarium est statuere Historias circa annum 107 in lucem prodiisse, eo ipso tempore quo ad sexagesimum aetatis annum pervenit Plutarchus.

Contra Mommsenus (Herm. IV) eo fundamento nititur ut dicat temerarium esse statuere quidquam a Plutarcho diu post a. 100 scriptum. Quam ridiculum fit istud oraculum, si rationem habemus loci illius a nobis tractati (Dem. 2), ubi ipse Plutarchus de se *iamdudum sene grandaevo* loquitur! An eum dicamus ante a. 40 natum? Hoccine, obsecro, nos docent quae de eo, Ammonii discipulo, legimus, qui a. 66 gravioribus quaestionibus tractandis nondum esset idoneus?

Digitized by Google

Nam quod Mommsenus de „Caesarum vitis" Flaviorum tempore editis contendit nihili est. Galba enim, Otho, Vitellius civile bellum, post Neronis mortem exortum, implent; Flavii eo non pertinent, neque ergo mirum illos non additos, licet scripserit Plutarchus (ut scripsit) eo tempore, cum iam a Domitiano nihil erat quod metueret.

Nam *mortuo* iam Domitiano pleraque omnia Plutarchus in lucem edidit. Haud pauci sunt loci ubi de eo necato loquatur. Quid quod unum certe afferre possum *aliquanto* demum post illud tempus scripto. Mor. II, 282, 16 (Bern.): „olim flamini Diali non licebat repudium mittere uxori, *οὐδὲ νῦν, ὡς ἔοικεν, ἔξεστιν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν ἐπέτρεψεν ἐντευχθεὶς Δομετιανός*," h. e. „rogatus id quondam concessit Domitianus; quomodo *nunc* se res habeat *pro certo dicere non possum*, credo tamen e. q. s." Nemo, ut opinor, illius imperatoris, qui *modo* e vita excessit, aetatem sic designat.

At enim, si sexagenarius demum Latine discere coepit Plutarchus et aliquot demum perlectis libris latinis vitarum suarum scribendarum fecit initium, quantulum ei restitit vitae spatium ad ingens illud opus absolvendum? Nota loquar, sed e quibus appareat paucis annis *ingens illud opus* ad finem esse perductum. Magnus certe est vitarum numerus, sunt 46; in libros illae ab ipso Plutarcho sunt collectae, eorumque librorum numerus minor fuit 23, siquidem nonnullae Graecorum vitae prooemio carent. Librorum autem ét quintus (a Demosthene incipiens) ét XII (a Dione incipiens) ét *ultimus* (a Theseo incipiens) eidem sunt viro dedicati: Sossio Senecioni, qui a. 107 consul fuit. Tum, si magnum illud opus diutius fuisset interruptum, alicubi dixisset Plutarchus se intermissum laborem instaurare. Postremo exordium vitae Thesei inspiciamus: argumentum mihi, novum ut equidem opinor, praebet:

„Quemadmodum qui tabulas componunt geographicas quaecunque ipsi ignorant in extremum earum comprimunt marginem atque hic illic adscribunt: *ultra arenae sunt aridae plenae bestiarum ferocium* vel *limus ignotus* vel *Scythicum frigus* vel *mare pigrum*, sic ego nunc, cum in vitis parallelis scribendis totum illud percucurri tempus, quoad probabilis ratio possit pervenire, quodque disquisitionibus historicis firmum, quo incedere possint,

Digitized by Google

solum praebeat, de aetate praegressa dicere possum: quae ultra sunt plena sunt fabularum monstrorumque, pascuntur ibi poetae et mythographi, certi habent nihil, nihil quod fidem faciat. Sed quoniam iam Lycurgi et Numae vitam emisi, non absurdum mihi visum est paulo altius adscendere et Romulum quoque addere, ad cuius aetatem tam prope accesserim."

Nonne lepidissima haec est comparatio venustissimaque? At perit omnis venustas, pereunt lepores nisi totum opus uno quasi tractu prodiit. *Biennii* fere spatium hic ego sufficere opinor.

Quoniam autem, ut non incredibilem copiam, ita satis magnum librorum latinorum numerum Plutarchus perlegit, aequum videtur ad illud ei negotium sex fere concedere annos. Ita vitas in lucem ediderat Plutarchus fere septuagenarius, a. 117. Ergone etiam Taciti Annales, qui a. 115 prodierunt, legit? Legere potuit; cur etiam legisse mihi verisimile videatur dicam. Duplex est apud Tacitum de Poppaea, Nerone, Othone narratio: turpior in Annalibus, minus turpis in Historiis. Atque haec quidem etiam fuit in ore populi, ut apparet e pervulgato disticho quod tradit Suet. c. 3:

Cur Otho mentito sit, quaeritis, exsul honore?
Uxoris *moechus* coeperat esse suae.

Nam quid inter duas illas narrationes intersit breviter sic definiri potest: in Historiis Otho uxoris suae *moechus* est, in Annalibus *leno*. Plutarchus autem ex Annalium et ex Historiarum narratione quodammodo unam facit. Quid contra afferri possit sentio. In vita Sullae 21 de proelio, quo apud Orchomenum Sulla Archelaum Mithridatis ducem vicit, haec leguntur: „hostes paludes sanguine, lacum corporibus suis impleverunt, quo factum est ut nunc quoque arma barbarorum in illis locis inveniantur σχεδὸν ἐτῶν διακοσίων ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης διαγεγονότων." Quoniam illud proelium a. 86 ante Chr. commissum est, contendere aliquis possit Plutarchum πλεῖν ἢ διακοσίων scripturum fuisse si *post* a. 114 p. C. scripsisset. Quod argumentum, licet me non plane convincat, aliquam tamen habet speciem veri. Satius ergo fortasse erit quaestionem utrum Plutarchus Annales quoque Taciti legerit an non legerit in praesentia omittere.

Denique si quis quaerat quot fere libros Latinos Plutarchus legerit, quamquam ridiculum est accurate eam rem definire

Digitized by Google

velle, tamquam si nobis res sit non cum sene summopere venerando sed cum adolescentulo examen aliquod subituro, tamen pauca de hac quoque re dicam, quia dicere posse quaedam mihi videor, quae in rem praesentem faciant. Satis ergo fuit versatus in Livio, Nepote, Valerio Maximo, Sallustio, diligenter multorum consuluit epistolas et commentarios et quae sunt ex illo genere, Ciceronis non solum orationes (praecipue Philippicas) legit, sed et philosophica quaedam et epistolas. In deliciis vero habuisse videtur eius DE SENECTUTE libellum. Quid quod etiam unum poetam Latinum affert — Horatium. Postquam enim narravit Lucullum (c. 39) rogatum ut ingentem vestimentorum copiam scenae praeberet, primum respondisse: „unde mihi tot?", tum rogasse quot opus esset atque audito sufficere centum, dedisse ducenta, haec addit: *εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστί.*

Horatii versus sunt:

Exilis domus est ubi non et plura supersunt
Et dominum fallunt et prosunt furibus.

Acutulum istud *dominum fallunt, prosunt furibus* quorsum abiit? Hic quoque Plutarchus *τοῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας τάχους οὐκ ἤσθετο.*

CICERO.

CIC. VERR. IV. 21: *Nec solum in Papinio fuit hac abstinentia: tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quaecumque in Sicilia fuerunt. Incredibile est autem, quam multa et quam praeclara fuerint. Credo tum cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula. Nam domus erat ante istum praetorem nulla paullo locupletior, qua in domo haec non essent*, e. q. s.

Vix credere possum, ante me vidisse neminem, verba: *credo tum cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula* narrationis ordinem omnino perturbare. In iis quae praecedunt nec non in iis quae sequuntur de turibulis sermo est, nam in verbis: *qua in domo haec non essent* pronomine *haec* significantur turibula. Tollatur igitur emblema manifestum.

P. H. D.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur e pag.* 147.)

PHAED. p. 117 E. Sero vidi verba a me damnata p. 147 *οὗτος ὁ δοὺς τὸ φάρμακον* iam cancellasse Schanzium.

P. 118. *ταῦτ' ἐρομένου αὐτοῦ οὐδὲν ἔτι ἀπεκρίνατο* (Socrates), *ἀλλ' ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν ἐκινήθη τε καὶ ἄνθρωπος ἐξεκάλυψεν αὐτόν, καὶ ὃς τὰ ὄμματα ἔστησεν· ἰδὼν δ' ὁ Κρίτων συνέλαβε τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς.*

In nota ad editionem meam malebam *ἐκινήθη τε ⟨ὕστατον⟩*, sed sive ea opinio vera sive falsa est, procul dubio male reliquum locum sollicitavi misere caecutiens. Nam *ὅς* referendum ad Socratem in mortis articulo figentem oculos, quorum rigiditate animadversa Crito os eius oculosque claudit. Veniam precanti habeant magni scriptoris manes!

AD PROTAGORAM.

P. 311 A (cap. III). *μετὰ ταῦτ' ἀναστάντες [εἰς τὴν αὐλὴν] περιῄμεν.* Deleverim verba repetita ex antecedentibus *ἀλλὰ δεῦρο ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλήν.*

P. 312 B. Corrigendum: *πάνυ μὲν οὖν μοι δοκεῖ, ἔφη, τοιαύτη μᾶλλον ⟨ἂν⟩ εἶναι ἡ παρὰ Πρωταγόρου μάθησις.* Hoc enim

Digitized by Google

voluisse Platonem docent verba praegressa: *ἀλλ' ἄρα, ὦ Ἱπποκρατες, μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις σου τὴν παρὰ Πρωταγόρου μάθησιν ἔσεσθαι.*

Ibidem C. *ἐγὼ μέν, ἦ δ' ὅς, (ἡγοῦμαι* sc.) *τοῦτον εἶναι τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστήμονα. Οὔκουν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο μὲν ἔξεστι λέγειν καὶ περὶ ζωγράφων καὶ περὶ τεκτόνων;*

Haec sufficiunt nec Platonis esse arbitror verba repetita *ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ τῶν σοφῶν ἐπιστήμονες*, sed interpretamentum pronominis *τοῦτο*.

P. 313 B. Ex Graeco scribendi more suppleverim: *ὅτι πάντως συνεστέον Πρωταγόρᾳ, ὃν οὔτε γιγνώσκεις, ὡς φής, οὔτε διείλεξαι ⟨αὐτῷ⟩ οὐδεπώποτε.*

Ibidem E extr. *ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς [τε καὶ κινδυνεύῃς]*. Iam olim expungi iussi manifestum glossema.

P. 314 C. *ἀλλὰ διαπερανάμενοι οὕτως ἐσίοιμεν*. Perraro in Platonis codicibus occurrit forma *ἐς*, quae quin ubique in *εἰς* mutanda sit nullus dubito. Verba statim sequentia *στάντες ἐν προθύρῳ* vix dubito quin ut petita ex antegressis (*ἐπειδὴ δ' ἐν τῷ προθύρῳ ἐγενόμεθα, ἐπιστάντες κτἑ.*, unde Schanz h. l. reposuit *ἐπιστάντες*) delenda sint.

P. 315 A extr. *δι' ὧν* (Protagoras) *διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται [κεκηλημένοι]*. Seclusi participium, pro quo Plato, si necessarium putasset, dedisset *κηλούμενοι*.

Ibidem C. *ὃ δ' [ἐν θρόνῳ καθήμενος] ἑκάστοις (ἑκάστῳ?) αὐτῶν διέκρινεν καὶ διεξήει τὰ ἐρωτώμενα*. Delenda arbitror verba seclusa. Nam paucis ante versibus Plato idem iam dixerat.

P. 316 A. Forma Hellenistica *εἰσεληλύθειμεν* mutetur in Atticam *εἰσεληλύθεμεν*.

Digitized by Google

Ibidem D. *ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι.* Deleverim verba *πρόσχημα — καὶ* veterum glossatorum more petita e proximis sub E *μουσικὴν δ' Ἀγαθοκλῆς τε ὁ ὑμέτερος πρόσχημα ἐποιήσατο.* In abundantia item offensus Hartman cancellari iussit *καὶ προκαλύπτεσθαι.* Orationem variare, nisi fallor, maluit philosophus.

P. 319 B init. *ὅθεν δὲ αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις, δίκαιός εἰμ' εἰπεῖν.* Corrigendum puto: *ὅθεν δ' αὐτὸ οὐχ ἡγοῦμαι* (cum Nabero) *διδακτὸν εἶναι οὐδ' ὑπ' ἀνθρώπων κτἑ.*

Secuntur haec: *ἐγὼ γὰρ Ἀθηναίους, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, φημὶ σοφοὺς εἶναι.*

Veri similius iudico Platonem scripsisse *εἴπερ καί τινες ἄλλοι Ἕλληνες.*

Ibidem C init. *ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν εἶναι, κἂν* (l. *κἤν*) *πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ* [*ὁ ἐπιχειρῶν*] *λέγειν καταθορυβηθείς, ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν κτἑ.*

Plato iunxerat *ἀποστῇ λέγειν,* quod sciolus aliquis non intellegens de suo interpolavit e praegressis sumtum *ἐπιχειρῶν.* Minus probabiliter olim in Lect. Rhenotr. p. 42 simul expungebam *λέγειν.*

P. 321 B. *καὶ ὑποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς τὰ δὲ* [*θριξὶν καὶ*] *δέρμασιν στερεοῖς καὶ ἀναίμοις.* Aut scribendum aut certe interpretandum *ἀναιμάκτοις, invulnerabilibus,* sanguine enim carent ipsae pelles, ut arbitror.

P. 322 C. *εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ* ⟨*ὡσαύτως*⟩ *οἱ ἄλλοι δημιουργοί.* Hoc aut simile quid excidisse videtur.

P. 323 B. Supplendum: *καὶ φασιν πάντας δεῖν φάναι εἶναι δικαίους, ἐάν τ' ὦσιν ἐάν τε μή, ἢ μαίνεσθαι τὸν μὴ προσποιού-*

Digitized by Google

μενον δικαιοσύνην, ὡς ἀναγκαῖον ⟨ὂν⟩ οὐδέν' ὄντιν' οὐχὶ ἀμῶς γέ πως μετέχειν αὐτῆς, ἢ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώποις. Non enim agitur de ipsius dicentis sed de hominum omnium opinione.

P. 324 C. *τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται οἵ τ' ἄλλοι ἄνθρωποι οὓς ἂν οἴωνται ἀδικεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναῖοι [οἱ σοὶ πολῖται].*

Ultima verba addita videntur ex ipsis sequentibus, ubi posuit Plato ad variandam orationem. Minus mihi quidem arridet Hartmani sententia delentis *Ἀθηναῖοι*.

P. 325 D extr. *μετὰ δὲ ταῦτ' εἰς διδασκάλων πέμποντες* (pueros) *πολὺ μᾶλλον ⟨τούτοις⟩ ἐντέλλονται ἐπιμελεῖσθαι εὐκοσμίας τῶν παίδων κτἑ.*

Post aut ante *ἐντέλλονται* vix abesse posse videtur pronomen demonstrativum significans ludimagistros.

P. 326 C. *καὶ οἱ τούτων* (ditissimorum) *ὑεῖς, πρῳαίτατα [εἰς διδασκάλων] τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι Φοιτᾶν, ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται. ἐπειδὰν δὲ [ἐκ διδασκάλων] ἀπαλλαγῶσιν, ἡ πόλις κτἑ.*

Non solum cum Nabero secludendum videtur *εἰς διδασκάλων*, sed etiam *ἐκ διδασκάλων*.

P. 328 B init. *καὶ διαφερόντως ἂν [τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ καλὸν κἀγαθὸν γενέσθαι.*

Διαφερόντως hic ut alibi passim significat *eximie*, itaque spuria sunt verba *τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*. Similia etiam alibi eadem vox peperit interpretamenta.

P. 330 C init. *ἡ δικαιοσύνη πρᾶγμά τί ἐστιν ἢ οὐδὲν [πρᾶγμα]; — Mox εἶπετον* (l. *εἶπατον*) *δή μοι, τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ὃ ὠνομάσατε ἄρτι [ἡ δικαιοσύνη], αὐτὸ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν ἢ ἄδικον;*

Utrobique magistellis sua reddere non dubitavi.

P. 331 B. *ὅτι ἤτοι ταὐτόν γ' ἐστὶν δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅτι ὁμοιότατον.*

Forma *δικαιότης* (quae recurrit Gorg. 508 A) vix Platonica in *δικαιοσύνη*, quod sexcenties apud Platonem et Atticos omnes legitur, refingenda videtur. Fortasse h. l. corrumpendi causa fuit vicinum *ὁσιότης*.

Digitized by Google

P. 333 C. *πότερον οὖν πρὸς ἐκείνους* (*τοὺς πολλοὺς* sc.) *τὸν λόγον ποιήσωμαι, ἔφην, ἢ πρὸς σέ; Εἰ βούλει, ἔφη, πρὸς τοῦτον* [*πρῶτον*] *τὸν λόγον διαλέχθητι τὸν τῶν πολλῶν.*

Cur Protagoras *πρῶτον* addiderit mihi quidem obscurum est; nisi forte voluit *potissimum*, quod tamen minus placet. Num forte dittographia natum est ex *πρὸς τοῦτον*?

P. 334 E. *ἀκήκοα γοῦν — ὅτι σὺ οἷός τ' εἶ — καὶ μακρὰ λέγειν — οὕτως, ὥστε τὸν λόγον μηδέποτ' ἐπιλιπεῖν, καὶ αὖ βραχέα οὕτως, ὥστε μηδένα σοῦ ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν.*

Procul dubio requiritur *μηδέν' ἄν.*

Mox legitur: *οὐδενὸς ἂν βελτίων ἐφαινόμην οὐδ' ἂν ἐγένετο Πρωταγόρου ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν.* Pro *ἐγένετο* Kroschel coniecit *ἐλέγετο*, sed fortasse aut *ὄνομα* praegnanter dictum est pro *μέγα ὄνομα* aut, quod malim, olim fuit: *οὐδ' ἂν* ⟨*μέγα*⟩ *ἐγένετο Π. ὄ. ἐ. Ἕλλησιν.*

P. 336 A. *ἀλλ' εἴ τι δέει θεάσασθαι ἐν ταὐτῷ ἐμέ τε καὶ Κρίσωνα θέοντας, τούτου δέου συγκαθεῖναι.*

Reciperem, si in codice legeretur, *διαθέοντας cursu contendentes*, quo composito paullo ante Plato usus est. Sed procul dubio pro *τούτου*, quod non potest referri ad Crisonem, requiritur *τουτουί*, sc. Protagorae.

P. 337 D. *ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μὲν Φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δ' ὄντας τῶν Ἑλλήνων καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο νῦν συνεληλυθότας τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε μηδὲν τούτου τοῦ ἀξιώματος ἄξιον ἀποφήνασθαι.*

Aptius Bekker *αὖ τῆς πόλεως*, nisi forte etiam praestat *αὖ τῆσδε τῆς πόλεως.*

P. 338 B extr. Pro *βελτίονα* requiro *βελτίω*, qua comparativorum forma Plato et Atticorum Musa pedestris uti solent.

Ibidem C. *ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδέν μοι διαφέρει.* Cobet requirebat *ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει*, quod haud facile ita corrumpi potuit, quare ipse addidi corruptelae signum. Hodie

Digitized by Google

tamen sufficere mihi videtur verba τό γ' ἐμόν includere virgulis et explicare *quod ad me quidem attinet, mihi perinde est*, i. e. *nihil obsto*. Cf. Soph. p. 237 B εἰ μή τί σοι διαφέρει. Deleatur igitur in editione mea asteriscus.

P. 341 A extr. ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με οὗτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ. Liquet e verbis ἢ ἄλλον τινά Platonem non addidisse nomen Πρωταγόρας.

P. 342 C. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς συγγενέσθαι σοφισταῖς, καὶ ἤδη ἄχθωνται λάθρᾳ ξυγγιγνόμενοι, ξενηλασίας ποιούμενοι τῶν τε λακωνιζόντων τούτων καὶ ἐάν τις ἄλλος ξένος ὢν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς σοφισταῖς λανθάνοντες τοὺς ξένους καὶ αὐτοὶ οὐδέν' ἐῶσιν τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι, κτέ.

Grassatus in his quoque videtur interpolator. Mutato ποιούμενοι in ποιοῦνται, una litura deleverim verba otiosa συγγίγνονται — ξένους. Postea vidi Zekiden delere sola verba λανθάνοντες τοὺς ξένους, sed non muto sententiam.

P. 343 A extr. καὶ καταμάθοι ἄν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν, ῥήματα βραχέα ἀξιομνημόνευτα ἑκάστῳ εἰρημένα· ἃ οὗτοι καὶ κοινῇ ξυνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι. Zekides proposuit: εἰρημένα ⟨ὧδε⟩· οὗτοι ⟨γὰρ⟩ κτέ. Non male, nisi quod perperam ὧδε dedit, ubi veterum usus postulat οὕτως, quod praeterea multo facilius ante οὗτοι potuit elabi.

Ibidem E. ἀλλ' ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι [ἐν τῷ ἄσματι] τὸ ἀλαθέως. Exulato puerile additamentum.

P. 344 B (cap. 30 init.). λέγει γὰρ μετὰ ταῦτ' ὀλίγα διελθών, ὡς ἂν εὖ λέγοι [λόγον], ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρ' ἀγαθὸν χαλεπὸν ἀλαθέως, κτέ.

Abiciatur ineptum λόγον.

P. 348 C. τοῦ τ' Ἀλκιβιάδου ταῦτα λέγοντος καὶ τοῦ Καλλίου

Digitized by Google

δεομένου καὶ τῶν ἄλλων σχεδόν τι τῶν παρόντων, μόγις προὐτράπετο κτἑ.

Optime Zekides intellexit excidisse πάντων, quod tamen minus probabiliter inserit post τῶν παρόντων, nam aptius ponitur statim post σχεδόν τι, quocum arte cohaeret. Cf. v. c. Theaet. 143 A ὥστε μοι σχεδόν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται. Et ubi non ita scribitur?

P. 350 D. τοὺς δ' ἀνδρείους ὡς [οὐ] θαρραλέοι εἰσίν, τοὐμὸν ὁμολόγημα, οὐδαμοῦ ἐπέδειξας ὡς οὐκ ὀρθῶς ὡμολόγησα, ἔπειτα τοὺς ἐπισταμένους αὐτοὺς ἑαυτῶν θαρραλεωτέρους ὄντας ἀποφαίνεις.

Negationem frustra defensam a Kroschelio recte nuper delevit Zekides, nec minus recte olim ἐπέδειξας in participium mutavit Hirschig. Quia tamen *demonstrandi* potius quam *ostendendi* notio hic expectatur, praetulerim ἀποδείξας. Utrumque compositum saepe a librariis confundi quis ignorat?

P. 351 B (c. 35 init.). Supplendum: λέγεις δέ τινας ⟨μέν⟩, ἔφην, ὦ Πρωταγόρα, τῶν ἀνθρώπων εὖ ζῆν, τοὺς δὲ κακῶς;

P. 352 B. πότερον καὶ τοῦτό σοι δοκεῖ ὥσπερ τοῖς πολλοῖς [ἀνθρώποις] ἢ ἄλλως. *Vulgus* Graece dicitur οἱ πολλοὶ sive τὸ πλῆθος, sed saepe magistelli de suo addidere ἄνθρωποι aut τῶν ἀνθρώπων, quod non latuit Cobetos aut Hirschigios.

Sequitur: δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς περὶ ἐπιστήμης τοιοῦτόν τι, οὐκ ἰσχυρὸν οὐδ' ἡγεμονικὸν οὐδ' ἀρχικὸν εἶναι οὐδ' ὡς περὶ τοιούτου αὐτοῦ ὄντος διανοοῦνται.

Quod posteriore loco recte legitur τοιούτου causa fuisse videtur cur priore perperam traditum sit τοιοῦτόν τι, pro quo veteris sermonis norma postulat τοιόνδε τι, quod in editione mea me non reposuisse poenitet.

P. 355 B. Malim πρῶτον μὲν ἀγαθῷ ⟨τε⟩ καὶ κακῷ, ἔπειτ αὖθις ἡδεῖ τε καὶ ἀνιαρῷ.

Ibidem E. μεταλάβωμεν δὴ τὼ νόματα πάλιν τὸ ἡδύ τε καὶ ἀνιαρὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις.

Nescio an h. l. sententiae ratio commendet τἀνιαρὸν.

Digitized by Google

P. 358 A. More Platonico scribendum arbitror: *ὑπερφυῶς ἐδόκει ἅπασιν ⟨ὡς⟩ ἀληθῆ εἶναι τὰ εἰρημένα.* Exempla ubique prostant.

Ibidem D. *τί οὖν; ἔφην ἐγώ, καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον; καὶ ἆρ' ἅπερ ἐγώ;*
Imo vero *ἆρ' ἅπερ καὶ ἐγώ;*

P. 361 B. Supplendum: *καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ⟨ἡ⟩ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία.*
Mox post verba *φανείη ἡ ἀρετή* male repetitum videtur *ἡ ἀρετή* in verbis *εἰ μὲν γὰρ ἄλλο τι ἦν ἡ ἐπιστήμη ἡ ἀρετή.*

Ad Euthyphronem.

P. 2 B. Corrigendum esse *Πιθεύς*, — *Πιθέα* pro tradito *Πιτθεύς*, — *Πιτθέα* docent tituli Attici. Vid. Meisterhans-Schwyzer p. 80, 10.

P. 3 E. Malim: *ἀλλά σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν ⟨σὴν⟩ δίκην, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τὴν ἐμήν.*

P. 4 C. Scholium ad *πελάτης* absurde sic editur: *ὁ ἀντιστροφῶν καὶ ὑπηρετῶν κτέ.* Imo vero *ὁ ἀντὶ τροφῶν* (vel *τροφῆς*) *ὑπηρετῶν.* In editionis meae notula operarum culpa non deleta est copula.

P. 5 B. *ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, εἰ ἄρα με ἐπιχειρήσειε γράφεσθαι, εὔροιμ' ἄν, — ὅπῃ σαθρός ἐστιν.* Propter pronominis oppositionem Socratis personae requiro *εἰ ἆρ' ἐμὲ κτέ.*

P. 7 A. *εἰ μέντοι ἀληθῶς* (sc. *ἀπεκρίνω*), *τοῦτ' οὔπω οἶδα, ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις, ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις.* Languent verba abundantia *ὡς — λέγεις*, magistellis digniora quam philosopho.

P. 8 A. Malim: *ταῦτ' ἄρα ὡς ἔοικεν μισεῖταί ⟨τε⟩ ὑπὸ θεῶν καὶ φιλεῖται, καὶ θεομισῆ τε καὶ θεοφιλῆ ταῦτ' ἂν εἴη.*

Digitized by Google

P. 9 C extr. Forma Hellenistica *ἠγείσθωσαν* mutanda in Atticam *ἡγείσθων*.

Ibidem E init. *ὃ ἂν πάντες οἱ θεοὶ φιλῶσιν — ὃ ἂν πάντες θεοὶ μισῶσιν.*

Aut delendus est articulus ante *θεοὶ* cum codd. TW et versione Armeniaca aut mox repetendus ut feci in editione mea. Utrum sit verius difficile dictu est, sed nunc magis inclino in priorem sententiam.

P. 14 A. *ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστιν τῆς ἐργασίας ἡ ἐκ τῆς γῆς τροφή.*

Lectioni cod. B *ἐργασίας* praeferenda videtur lectio librorum TW *ἀπεργασίας*, collata p. 13 E, ubi est *ἀπεργασίαν* et *ἀπεργάζονται*, quae vocabula recurrunt in proximis p. 14 A.

Ibidem E. *οὐ γάρ που τεχνικόν γ' ἂν εἴη δωροφορεῖν διδόντα τῷ ταῦθ' ὧν οὐδὲν δεῖται.* Vix dubito quin ipse Plato omiserit otiosum participium *διδόντα*.

Ad Theaetetum.

P. 145 E extr. *τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἔστιν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, ἐπιστήμη ὅ τι ποτὲ τυγχάνει ὄν.*

Facilius intellegerem *λαβεῖν παρ' ἐμαυτοῦ*, *accipere a me ipso.*

P. 146 D. *πῶς τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες.*

Parum mihi quidem persuasit Heindorf ad Hippiam maiorem p. 297 extr., ubi Sydenhamum duplice particula interrogativa offensum impugnans praeter h. l. citat Ion. p. 530 A, Soph. p. 161 E, Politic. p. 297 C, Tim. p. 22 B, Xen. Mem. II 113, 6. Copulatio adeo mira est et corruptela adeo facilis sive ex *πρὸς τί* sive e variis lectionibus *πῶς* et *τί*, ut de huiusmodi locorum sanitate vehementer dubitem. Est etiam ubi vera lectio esse potuit *πῶς ⟨καὶ πρὸς⟩ τί*.

P. 147 C extr. *ἀτὰρ κινδυνεύεις ἐρωτᾶν οἷον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν*

Digitized by Google

ἔναγχος εἰσῆλθε διαλεγομένοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει.

Deleto nomine proprio scribendum τουτῳί et similiter Soph. p. 218 B Σωκράτη tollendum ante verba τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον.

P. 149 D init. καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν;

Speciose Schanz coniecit ἐὰν νόμιμον δόξῃ. Possis etiam ἐὰν ⟨ἀναγκ⟩αῖον ᾖ.

P. 153 C. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα [ἀναγκάζω del. Cobet] προσβιβάζω (pro -ζων idem), τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ δηλοῖ ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ [κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος] πάντα ἔστι καὶ σώζεται. Deleatur manifestum emblema.

P. 156 B init. αἴσθησις, ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ.

Succenseas editoribus non recipientibus certam Astii emendationem συνεκτίκτουσα. Cf. etiam sub E init. συναποτίκτοντος.

P. 162 A init. εἰ ἀληθὴς ἡ Ἀλήθεια Πρωταγόρου ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

Corrigatur: εἰ παίζουσα ⟨ὡς⟩ ἔκ του ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

P. 164 A init. ὁ μὲν ὁρῶν ἐπιστήμων, φαμέν, τούτου γέγονεν οὗπερ ὁρῶν. Ita, ut videtur, omnes codd. et sic vulgo editur; sed Heindorf non monito lectore dedit ὁρᾷ, quod sane (vel potius ἑώρα, ut est in sequentibus) expectatur. Sin sanum est participium, quod facillime nasci potuit e praegresso, excidit ἔτυχεν aut ἐτύγχανεν.

P. 168 D. ἐνενόησάς που λέγοντος ἄρτι τοῦ Πρωταγόρου καὶ ὀνειδίζοντος ἡμῖν ὅτι — τῷ τοῦ παιδὸς φόβῳ ἀγωνιζόμεθα εἰς τὰ ἑαυτοῦ, κτέ.

Graecum est in ea re πρὸς τὰ ἑαυτοῦ. In ipsis vero sequentibus requiro καὶ χαριεντισμόν τινα ⟨τοῦτ'⟩ ἀποκαλῶν. Recte iam vertit Heindorf *idque iocum quemdam appellans.*

Digitized by Google

Ibidem. ὁρᾷς οὖν ὅτι τάδε πάντα πλὴν σοῦ παιδία ἐστίν. εἰ οὖν πεισόμεθα τῷ ἀνδρὶ ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ — σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον.

Insolentior verborum ordo pro περὶ τὸν λόγον αὐτοῦ.

P. 169 D. ἴδωμεν ὀρθῶς ἢ οὐκ ὀρθῶς ἐδυσχεραίνομεν ἐπιτιμῶντες τῷ λόγῳ, ὅτι αὐτάρκη ἕκαστον εἰς φρόνησιν ἐποίει· καὶ ἡμῖν συνεχώρησεν ὁ Πρωταγόρας, περί τε τοῦ ἀμείνονος καὶ χείρονος διαφέρειν τινάς, οὓς δὴ καὶ εἶναι σοφούς.

Perversa haec h. l. interpunctio fecit ut una cum sermonis proprietate perierit sententia. Ut enim optime dicitur διαφέρεσθαι περί τινος, *dissentire de aliqua re*, ita Graecum non est διαφέρειν περί τινος, quod nequit significare *excellere in aliqua re*, ut accepisse videntur editores.

Sed transposita virgula, quae lecta post Πρωταγόρας has turbas dedit, post χείρονος, salva erit res. Iungendum enim συνεχώρησεν περί τε — χείρονος, ut infra p. 171 A ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως — ξυγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι κτἑ. et sic διαφέρειν *excellere* de more absolute positum esse apparebit.

P. 172 E init. κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀντίδικος ἐφέστηκεν καὶ ὑπογραφὴν παραναγεγραμμένην, ὧν ἐκτὸς οὐ ῥητέον.

Suspicor: ἀλλ' ἀνάγκην ⟨ταύτην τ'⟩ ἔχων κτἑ., de nulla enim alia necessitate quam de temporis concessi angustia et de argumenti finibus agi videtur.

P. 194 B. ἐλίττεται. Hic et alibi reddatur forma Attica εἰλίττειν cum spiritu leni et diphthongo. Cf. Meisterhans-Schwyzer p. 87, 4.

P. 201 E. Cf. 204 E. Conferant lectores nostrates quae optime desideratissimus meus amicus olim et fautor Bakhuizen van den Brink a. d. 1844 contra Krischium de usu vocis στοιχείου disputavit in epistula ad Bakium, quam cum aliis nuper edidit Samuel Muller in periodico *Onze eeuw*, vol. V p. 425 sqq.

Digitized by Google

P. 207 D. *ὅταν τὸ αὐτὸ ὁτὲ μὲν τοῦ αὐτοῦ δοκῇ αὐτῷ εἶναι, τότε δὲ ἑτέρου.*

Hellenistici usus est *ὁτὲ μὲν* pro *τότε μὲν*, quod optime servavit cod. Vind. 54 suppl. phil. Gr. 7 [W.], qui haud ita raro laboranti textui subvenit. In ipsa vicinia saepius occurrit genuina formula attica. Quod in talibus saepe editur *τοτέ*, nullam video causam huius distinctionis. Hic accentus originem videtur debere accentibus vocabulorum *ὁτέ* et *ποτέ*.

Ad Sophistam.

Cadit in oculos Sophistam et Politicum, de quorum auctore dubitatur, a dialogis quos Platonis esse certo constat, eo differre, quod omnino vitant hiatum.

P. 226 B. *τὰ τοιάδε, οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾶν καὶ διακρίνειν.*

Glossatoris esse arbitror tam *καὶ διαττᾶν* quam *καὶ διακρίνειν*. Nam *διαττᾶν* prorsus idem significat quod *διηθεῖν* et verba *καὶ διακρίνειν* addita videntur respectu vocis *διακριτικήν* in sequentibus. Frustra pro ea coniecta sunt *διαρρινεῖν*, *διακινεῖν*, *διασήθειν*, *ἀνακινεῖν*.

P. 227 A. Pro *σπογγιστικῆς* attice scribatur *σφογγιστικῆς*.

P. 233 C. *δοξαστικὴν ἄρα τινὰ περὶ πάντων ἐπιστήμην ὁ σοφιστὴς ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀληθειαν ἔχων ἀναπέφανται.*

Intellegi sane potest *ἀλήθειαν*, sed expectatur potius *ἀληθινήν*.

P. 241 B extr. *μικρὸν μέρος.*

In libris Platonicis adeo rara est haec forma, ut ubique *σμικρός* restituendum videatur.

P. 268 A. *διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις κυλίνδησιν.*

Attica sunt, ut olim docuit Cobet, *κυλίνδειν* et *καλινδεῖν*, unde formantur nomina *κύλῖσις* et *καλίνδησις*, sed *κυλινδεῖν* et *κυλίνδησις* vitio nata sunt. Hellenisticum est *κυλίειν*.

Digitized by Google

Ad Politicum.

P. 272 A. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο· τὸ γὰρ τῶν ὡρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο, μαλακὰς δὲ εὐνὰς εἶχον ἀναφυομένης ἐκ γῆς πόας ἀφθόνου.

In hac beatae ἐπι Κρόνου vitae descriptione addita miror verba τὰ πολλὰ. *Semper* enim tunc foris habitasse homines crederes. Utrum ipse scriptor addiderit iudicans aqua tamen pluvia terram carere non potuisse an interpolator aliquis ambigo.

P. 277 C. γραφῆς δὲ καὶ συμπάσης χειρουργίας λέξει [καὶ λόγῳ] δηλοῦν μὲν ζῷον μᾶλλον πρέπει τοῖς δυναμένοις ἕπεσθαι· τοῖς δ' ἄλλοις διὰ χειρουργιῶν.

Deleverim verba καὶ λόγῳ ut glossema vocis λέξει.

P. 279 E init. καὶ τῶν ἀτρήτων τὰ μὲν νεύρινα φυτῶν [ἐκ γῆς], τὰ δὲ τρίχινα· κτἑ.

Scire pervelim quaenam φυτά non e terra nascantur, itaque verba ἐκ γῆς, quae recte absunt mox sub litera C ὁπόσα φυτῶν ἄρτι νεῦρα κατὰ λόγον εἴπομεν, mihi quidem suspecta sunt admodum.

P. 282 A. καὶ μὴν ξυστική γε καὶ νηστικὴ κτἑ.

Vox nusquam alibi, quod sciam, obvia vitiose sic scripta est pro νητικὴ, ut optime p. 283 A legitur κροκονητικήν et ibidem νηθέντα. Verbi νῆν perfectum est νένημαι, adi. verbale νητός, unde νητικός et νητική, subst. verbale νῆμα. Verbi forma recentior νήθειν, quae traditur infra p. 289 C, num genuina sit dubitari potest.

P. 295 C. ἰατρὸν — μέλλοντα — ἀποδημεῖν καὶ ἀπέσεσθαι τῶν θεραπευομένων συχνὸν — χρόνον.

Propter sequens futurum malim ἀποδημήσειν.

P. 297 B. ΝΕ. ΣΩ. Οὐκ ἔστ' ἀντειπεῖν παρά γε ἃ νῦν εἴρηται.
ΞΕ. Καὶ μὴν πρὸς ἐκεῖνα οὐδὲ ἀντιρρητέον.

Sententia flagitat ut aut scribamus Καὶ μὴν ⟨καὶ⟩ κτἑ. aut transponamus Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς ἐκεῖν' ἀντιρρητέον.

P. 297 C. ΝΕ. ΣΩ. Πῶς τε τοῦτ' εἴρηκας; οὐδὲ γὰρ ἄρτι δῆθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμητῶν.

Digitized by Google

Non est huius loci ironica vocula δῆθεν, *scilicet*, sed affirmativa δῆτα.

P. 299 A. extr. τιμᾶν ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινας ἢ ἀποτίνειν.

Plerumque nota formula iudicialis sonat: — παθεῖν — ἢ ἀποτ(ε)ῖσαι, rarius — πάσχειν — ἢ ἀποτίνειν, rarissime autem apparet quod hic legitur παθεῖν ἢ ἀποτίνειν, quae scribendi ratio mihi quidem valde suspecta est.

Ibidem E. ΝΕ. ΣΩ. Δῆλον ὅτι πᾶσαι αἱ τέχναι παντελῶς ἂν ἀπόλοιντ' ἡμῖν, καὶ οὐδ' εἰς αὖθις γένοιντ' ἄν ποτε διὰ τὸν ἀποκωλύοντα τοῦτον ζητεῖν νόμον.

Insolentior verborum compositio, pro qua expectatur aut διὰ τοῦτον τὸν ἀποκωλύοντα ζητεῖν νόμον aut δ. τ. ἀ. ζ. ν. τοῦτον.

P. 362 E. ΞΕ. Μοναρχία τοίνον ζευχθέντα μὲν [ἐν] γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν τῶν ἓξ.

Manifestum dittographema qua ratione defendi possit me latet.

(*Continuabuntur*).

ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ.

Io. Lydus de mag. pop. Rom. I 23 ed. Wuensch MCMIII ap. Teubn. agens de nominum Romanorum significationibus scripsisse traditur: Πεινάριος δὲ ὁ πεινῶν(!) καὶ Στάτιος ὁ εὐῆλιξ καὶ Φαῦστος ⟨ὁ εὐδαίμων⟩ καὶ Φλάβιος ὁ εὔνους κτἑ.

Explicatio ὁ εὔνους luculentissime docet scriptorem dedisse Φάβιος, ut erat Latini sermonis rudior, hoc nomen non derivans ab eo quod est *faba*, sed a verbo *favere*.

Non esse, quod crederes, Φλάβιος vitium typographicum confirmat Wuenschii Glossarium p. 177.

Eadem opera emendabo vitiosam lectionem ibidem III 13 (p. 101, 8) ἀπέσβη δὲ οὕτως ἅπαντα, ὡς τοῦ τόπου τὸ λοιπὸν σχολάζοντας τοὺς λεγομένους ἐκσκεπταρίους — οἱονεὶ ὑποδέκτας τοῦ σίτου — κατασχεῖν τὸ σκρινίον κτἑ.

Ipse enim scriptor significat se dedisse ἐκκεπταρίους, *exceptarios*.

H. v. H.

Digitized by Google

VARIA

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

I. — In horrei archaeologici, cui nomen est *Bulletin de Correspondance Hellénique*, Volumine XXVIII (1904) p. 201 seqq. Pierre Jouguet, Gustave Lefebvre VV. DD. duo ὄστρακα imaginibus additis ediderunt in urbe Aegyptiaca Louqsor sibi comparata. Alterum saeculi p. Chr. VI^{i} v. VII^{i} in antica imaginem continet rudissima arte delineatam Petri Euangelistae, in postica vocabula nonnulla, ἀδιανόητα quidem, ut etiam editoribus visum, Graeca tamen — videor mihi videre ⟨προσ⟩κυνισω — — μεν αυτον τευα (?) μηταλαβουμεν (!) —; prius non indignum videtur quod paucis animadversionibus adiectis hic repetatur. Textus ab editoribus propositus est in hunc modum: [Π]ατήρ ποθ' υἱὸν εὐποροῦν/τα τῷ βίῳ καὶ μηδὲν / αὐτῷ τὸ σύνολον δωρούμε/νον ἐπὶ τὸν Σκύθην Ἀνά/χαρσιν ἤγεν εἰς κρίσιν· // οβόα (sic) δ' ὁ υἱὸς τοῦτον μὴ / θέλων τρέφειν· οὐκ οἰκίαν, / οὐ κτῆμα, οὐ χρησοῦ (sic) βάρος; / Ποῖός τις οὖν τύραννος ἢ ποῖος κριτής / ἢ νομοθέτης ἀρχαῖος ἐνδίκως ἐρεῖ / ..... L (i. e. ἔτει) δ' αὐτοκράτορος Τίτου Αἰλ[ίου Ἀ](δρι)δριανοῦ Ἀντωνίνου. Praeter ἰῶτα subscriptum ubique omissum, menda sanatu facillima οβοα pro ἐβόα, χρησου pro χρυσοῦ, ἐρεῖ versu ultimo refictum ex ερη, notanda bis scripta syllaba δρι in Ἀδριανοῦ et in ultimo vocabulo factum τ ex δ.

Agnoscimus puerum sivé Aegyptium Graecissantem sive Graecum in Aegypto prima litterarum elementa addiscentem. Nam vera videtur editorum sententia, tenere nos scribendi exercitium, qualia permulta proximis decenniis ex plurimis orbis

Digitized by Google

Graeci oris provenerunt, quibus tirociniis debemus, — ut pauca de multis tangam — fragmenta *Hecales* Vindobonensia et Leidensia Babriana ab Hesselingio eruta, a Leeuwenio hic illic emendatius repetita. Praesens exemplum eo praestat quod tempus subscriptum est, quae res palaeographiae studiosis haud ingrata videbitur. Nempe exaravit ea tiro Graecus anno imperii T. Antonini Pii quarto, i. e. p. Chr. 140/1, si editores audimus; sed quidni p. Chr. 141/2, cum Antoninus a. 138 imperium sit adeptus? Hoc quoque editores rectissime monuerunt, a magistris exscribendos proponi solere locos inprimis poeticos Homero, Hesiodo, tragicis, comicis, Callimacho, Babrio, aliis sublectos. Quo magis mirum, latuisse eos ipsum quoque quem repraesentaverunt locum poetae cuidam deberi; tenere enim nos trimetros iambicos non male tornatos; qua de re monuit Theodorus Reinach, vir clarissimus, vol. sequenti eiusdem operis (1905) p. 258. Sed ne hunc quidem ex omni parte sequi licet. Velut, quod scribit de versibus quarto quintoque: „on y rencontre non seulement un hiatus peu excusable (*κτῆμα οὐ*), mais, chose plus grave, un spondée au troisième," — quod scilicet vitium procurare cupit ita, ut pro *τοῦτον* reponatur *αὐτόν*, — fugit eum ratio. Nam neque spondeus in tertia sede vel apud tragicos aliquam habet offensionem, et vitium metricum quod revera adest, spondeus in *quarto* pede, multo minore negotio tolli potest. Transponatur: *ἐβόα δ' ὁ υἱὸς, μὴ θέλων τοῦτον τρέφειν*, eademque opera sarciatur hiatus inserta littera: *οὐκ οἰκίαν, οὐ κτήμα<τ'>, οὐ χρυσοῦ βάρος*, et sic in re metrica horum versuum nihil supererit offensionis.

Sed graviora sunt quae me in hac narratiuncula offendant. Unde, quaeso, pendent accusativi *οὐκ οἰκίαν κτλ.*? Respondent editores: „la suppression du verbe dans la phrase *οὐκ οἰκίαν* n'est pas due, pensons-nous, à une étourderie du scribe: elle est volontaire et s'explique par l'emportement de l'interlocuteur." Itaque vertunt: „Mais n'[a-t-il] pas une maison, des biens, des monceaux d'or?" Scio plures ellipses nobis miras nunc Graecis veteribus tribui solere, quarum certissimam esse illam apud Theocritum XVIII 11: *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες*, quae olim vel Cobetum male habuit, satis munitam Eurip. *Cycl.* vs. 569 et Antiphanis fr. 144, 8 K. Scio sic nunc defendi v. c. Sophoclis in

Digitized by Google

Electra vs. 1075 seqq.: 'Ηλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρός / δειλαία στενάχουσ', ut ex participio repetatur στεναγμόν, itaque acquiescerem fortasse eodem remedio nostro quoque versui adhibito, ut extrinsecus suppleatur ἔχει, acquiescerem item in statuenda simili ellipsi versus ultimi, ut intellegatur: ποῖός τις οὖν τύραννος — — ἐνδίκως ἐρεῖ (κατ' ἐμοῦ), — nam hoc quoque editores volunt vertentes: „quel est donc le tyran — — qui pourrait équitablement se prononcer [contre moi]?" — nisi, ut cetera omittam, res ipsa qua de agitur subabsurda mihi videretur. Mire mihi certe accidit vel in ficto exemplo pater divitiis affluens a filio, quamvis sit et ille opulentissimus, γηροτροφίαν apud iudices efflagitans. Ex ipsa rei natura sequitur, opinor, officium parentes senes alendi ita demum filiis incumbere, *si parentes inopes sint.* Apud oratores atticos plerumque quidem hac de re in transcursu tantum atque in universum exempli causa agitur, republica cum parentibus comparata, nec tamen prorsus desunt loci qui rem accuratius definiant. Velut Isaeus Or. I (π. Κλεωνύμ. κλ.) § 39 habet: Εἰ μὲν Πολύαρχος ὁ πατὴρ Κλεωνύμου, πάππος δ' ἡμέτερος, ζῶν ἐτύγχανε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐνδεὴς ὤν, — — ἡμεῖς ἂν διὰ τὴν ἀγχιστείαν καὶ τὸν πάππον γηροτροφεῖν ἠναγκαζόμεθα. Idem Or. VIII (π. Κίρ. κλ.) § 32: εἰ γὰρ ἔζη μὲν ὁ πάππος, ἐνδεὴς δὲ ἦν τῶν ἐπιτηδείων, οὐκ ἂν οὗτος ὑπόδικος ἦν τῆς κακώσεως ἀλλ' ἡμεῖς. κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) τρέφειν τοὺς γονέας· — — — διόπερ ἀνάγκη τρέφειν αὐτούς ἐστι, κἂν μηδὲν καταλίπωσι. πῶς οὖν δίκαιόν ἐστιν, ἐὰν μὲν μηδὲν καταλίπωσιν, ἡμᾶς ὑποδίκους εἶναι τῆς κακώσεως ἣν μὴ τρέφωμεν, εἰ δέ τι καταλελοίπασι, τόνδ' εἶναι κληρονόμον ἀλλὰ μὴ ἡμᾶς; Apparet utroque loco de parente inope agi, non de opulento. Sed fuit, opinor, sophistico aevo haud indigna quaestio, num, si pater propter indigentiam liberis ad victum cultumque necessaria praebere non valuerit, filius postea dives factus vel sic alendi sustentandique lege teneretur. Itaque inclino potius in hanc opinionem, discipulum non diligentissimum bis (post vs. 5um et i. f.) versum unum omisisisse in quibus quam requiro fuerit sententia, praesertim cum vix a me impetrare possim ut hoc quoque credam, τίς ἐρεῖ dictum esse pro τίς ἐρεῖ κατ' ἐμοῦ, ipsumque illud λέγειν κατά τινος Graecum esse *de iudice adversus aliquem pronunciante* usurpatum. Versiculos a scribis iuve-

Digitized by Google

nilibus aliquoties omitti vidimus etiam v. c. in Babrio Assendelftiano, ut certe insoliti nihil hic factum esse fingamus.

Quapropter malo equidem narratiunculam in testa traditam constituere et supplere ita:

⟨Π⟩ατήρ ποθ' υἱὸν εὐποροῦντα τῷ βίῳ,
καὶ μηδὲν αὐτῷ τὸ σύνολον δωρούμενον,
ἐπὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν ἦγεν εἰς κρίσιν.
ἐβόα δ' ὁ υἱός, μὴ θέλων τοῦτον τρέφειν·
οὐκ οἰκίαν, οὐ κτήμα⟨τ'⟩, οὐ χρυσοῦ βάρος
⟨ἐκτήσαθ' ἡμῖν, νωθρὸς ὢν καὶ δυστυχής.⟩
ποῖός τις οὖν τύραννος ἢ ποῖος κριτής
ἢ νομοθέτης ἀρχαῖος ἐνδίκως ἐρεῖ,
⟨τὸν παῖδα μὴ θρέψαντά μ' ὡς νῦν δεῖ τρέφειν.⟩ [1])

Vix opus est ut addam, quae supplevi me speciminis tantum causa proposuisse, non quod ipsa me poetae — vel, si quis mavult, versificatoris — quae interciderunt verba ex Orco revocasse animum induxerim. Quid Anacharsin poeta noster respondentem fecerit, ne divinare quidem audeo, adeo multa excogitari possunt. Duo monenda supersunt. Anacharsidi plura acute dicta et sapienter animadversa a philosophis inprimis Graecis tribui solere, quorum pars satis locuples apud Mullachium (*Fragmm. Phil. Gr.* I pp. 232/4) collecta reperiatur, in vulgus notum est; διηγημάτια circa eum ligata oratione adstricta, quantum equidem scio, hucusque ignota erant. Cuinam poetae historiola nostra debeatur, in obscuro latet et fortasse latebit. De Machone cogitarem ἐν Χρείαις, nisi liberiores laxioresque hunc trimetros fudisse ferme constaret et elocutionis forma in universum diversa uteretur. Sed summa me advertit dictionis numerorumque similitudo nostram inter narratiunculam et aliam item metricam de Charondae scilicet in novercam dicto apud Diodor. Sic. XII 14. Leguntur apud hunc in succincta expositione legum quae ab Charonda latae circumferebantur et alia satis insulse observata et de duabus legibus, quas ipse inprimis impense admirabatur, haec quae deinde sequuntur. Ἀμφοτέρας δὲ τὰς προειρημένας πολλοὶ τῶν ποιητῶν δι'

1) Leeuwenius (per litteras) proponebat: τὸν μή με θρέψαντ' αὐτὸν ὡς νῦν δεῖ τρέφειν. Lectori optionem relinquo. Lusimus uterque.

Digitized by Google

ἐμμέτρου ποιήματος μεμαρτυρήκασι· τὴν μὲν κακομιλίαν ἐν τοῖςδε· Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ κτλ. (Euripid. ex *Phoenice* fragmentum celebratissimum fr. 809 N[1].) Τὸν δὲ περὶ τῆς μητρυιᾶς τεθέντα ἐν τούτοις·

Τὸν νομοθέτην Φασὶν Χαρώνδαν ἔν τινι
Νομοθεσίᾳ τά τ' ἄλλα καὶ ταυτὶ λέγειν·
Ὁ παισὶν αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων,
Μήτ' εὐδοκιμείσθω μήτε μετεχέτω λόγου
Παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς ἐπεισακτὸν κακόν
Κατὰ τῶν ἐαυτοῦ πραγμάτων πεπορισμένος.
Εἶτ' ἐπέτυχες γάρ, φησί, γήμας τὸ πρότερον,
Εὐημερῶν κατάπαυσον· εἶτ' οὐκ ἐπέτυχες,
Μανικὸν τὸ πεῖραν δευτέρας λαβεῖν πάλιν.

Ita haec editores constituunt Bentleium secuti (*Respons. ad C. Boyl.* p. 210 versionis Lat.), qui primus trimetros iambicos agnovit. Ipse potius quam cum illo de „aliquo poetarum comicorum" cogitare, — cogitaverunt etiam Meinekius (in *Fragmm. Comic. Gr.* p. 1199 edit. min.) et Kockius *C. A. F.* III p. 425 — malo referre ad versificatorem sapientium virorum acute dicta senariis concludentem, neque prorsus absimile est et quae de Anacharsidis iudicio in testa Aegyptiaca supersunt et quae de Charonda tradidit Diodorus ad unum eundemque auctorem referri oportere. Hoc certe animadversione dignum, in paucis de Charonda versibus duo inesse — μητρυΐάν (quidni μητρυϊάν?) et med. εὐδοκιμεῖσθαι, utrumque coniecturis sollicitatum — quae in poeta Attico, etiam Novae Comoediae poeta, iure meritoque dubio obnoxia sunt quaeque recentioris potius originis indicia habenda putaverim.

II. — In eiusdem collectionis eodem volumine (XXVIII 1904), Wilhelmus Vollgraff nostras, in eruendo solo Argolico strenue occupatus, et alias inscriptiones vulgavit illic sibi repertas et hanc inprimis memorabilem (p. 421/4): [Αἰγεα]ῶν τῶν ἐν Κιλικίᾳ ἀνανέωσις τᾶς / [παλαιᾶς π]ρὸς τὰν πόλιν συγγενήας. /

[Ὁ δᾶμος τ]ῶν Ἀργείων καὶ ἁ βουλα καὶ οἱ σύνεδροι Αἰγεαίων / [τῶν ἐν Κιλι]κίᾳ τοῖς ἄρχουσι καὶ τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ / (5) [ἑαυτῶν συγ]γενέσι χαίρειν. Πόπλιος Ἄντειος Ἀντίοχος / [ἤδη πρεσβύ]τερος γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἁμῶν περὶ πολλοῦ ἐποι/[εἴτο

Digitized by Google

ἀνανε]ώσασθαι τὰ τᾶς ὑμετέρας πόλιος δίκαια πρὸς τὸν ἀμε/[τέραν καὶ ἐγ]γράψας στάλᾳ θεῖναι ἐν τῷ τοῦ Λυκείου Ἀπόλλωνος ἰε/[ρῷ, ὅπερ καὶ] ἀδεῶς ἐπετρέψαμεν αὐτῷ, διδαχθέντες ἐπιμελῶς / (10) [περὶ πάντω]ν ἅμα δὲ καὶ ὁρῶντες καλὰν ἄμιλλαν τὰν ὑπὲρ τᾶς / [πατρίδο]ς αὐτὸν φιλοτιμούμενον, ὅθεν βουλευτάν τε / [εἶναι ἐψηΦ]ισάμεθα καὶ τὰς λοιπάς, ἃς πρόσθεν ἐψηΦισάμεθα, / [ἔχειν τιμά]ς, καλὸν ἀρετᾶς ὑπόμνημα νο(μ)ίζοντες εἶναι τὰν / [τῶν ἀγαθ]ῶν ἀνδρῶν τιμάν· τᾶς δὲ στάλας τὸ ἀντίγραΦον ἐ(15)/[πέμψαμεν] ὑμῖν τὸ ὑπογεγραμμένον. / [Ἐπειδὴ Πόπλιο]ς Ὄντειος Ἀντίοχος ἐπιδαμήσας ἀμῶν τᾷ πόλι κοσ/[μίως τε καὶ φιλο]φρόνως ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἐπεδείξατο τὰν ἰδίαν κα/[λοκαγαθίαν καθ]άπαν ἐν παιδείᾳ τελειοτάτᾳ, οὐκ ἥκιστα δὲ ἐν τᾷ / [περὶ τὰν πατρί]δα σπουδᾷ τε καὶ διαθέσει, φανερὰν ἀμῖν ποιήσας / (20) [τὰν ἐκ πατέρων ὑ]πάρχουσαν ποτ' Αἰγεαίους ἀμῶν συγγένναν· Περ/[σέα γὰρ ἔΦη τὸ]ν Δανάας ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐσ/[δραμόντα ἀΦικ]έσθαι Κιλικίαν, ἅτις ἐστὶν τέρμα τᾶς πρὸς / [ἀνατολὰς Ἀσίας], κἀκεῖ τὸ τᾶς πατρίου κομίζοντα θεᾶς ἀΦεί/[δρυμα τὸν δεῖνα] — — — — [μ]ηδέπω τὸν ἄθλον ἐκ[τελέσαντα?— — — —

Pleraque editoris supplementa amplector et ipse; de quattuor locis dubito. Et primum non assequor quid sit Ἀντίοχος ἤδη πρεσβύτερος γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἀμῶν. Vertit Vollgraffius: „étant déjà parvenu à un âge avancé dans notre ville"; sed multum vereor ut *in aliqua urbe consenescere* Graece dicatur πρεσβύτερος γίγνεσθαι ἐν πόλει pro καταγηρᾶσαι [1]). Intellegerem non additis verbis ἐν πόλι: sed ne sic quidem video quid senectus illa faciat ad Antiochi illius desiderium veteris Aegeënsium cum Argivis necessitudinis renovandae. Equidem supplerim: Ἀντίοχος [πολίτας (v. -της) ὑμέ]τερος, γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἀμῶν, περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο ἀνανεώσασθαι κτλ. Locutiones γίγνεσθαι ἐν τόπῳ, εἰς τόπον, *versari in aliquo loco, pervenire in locum*, haud infrequentes sunt. De multis duos adscribam Xenophontis locos: *Anab.* IV 3 § 29: ὅτι οὗτος ἄριστος ἔσοιτο ὃς ἂν πρῶτος ἐν τῷ πέραν γένηται. *Hell.* III 5 § 17: ὁ δὲ Λύσαν-

1) Cfr. v. c. Strab. XIV 5 § 14 de Athenodoro Sandonis f. nobili Tarsensi: κατιὼν εἰς τὴν πατρίδα ἤδη γηραιὸς κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ubi multo quam in nostra inscriptione rectius substitui poterat ἤδη πρεσβύτερος γενόμενος, nam πρεσβύτερος simm. *comparativi* significationem nunquam plane exuunt.

Digitized by Google

δρος——ἔφθη τὸν Παυσανίαν ἐν τῷ Ἀλιαρτῷ γενόμενος. Sequitur l. 9/10: διδαχθέντες ἐπιμελῶς [περὶ πάντω]ν ἅμα δὲ καὶ ὁρῶντες καλὰν ἄμιλλαν——αὐτὸν φιλοτιμούμενον. Cur περὶ πάντων: „nous étant fait renseigner *sur toutes choses*"? Putaverim oppositionem eiusmodi quid flagitare: διδαχθέντες ἐπιμελῶς [ἐκ τῶν ἔργω]ν ἅμα δὲ κ. ὁρῶντες. Tum l. 17/8: ἐπειδὴ ——Ἀντίοχος——ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἐπεδείξατο τὰν ἰδίαν κα[λοκαγαθίαν καθ]άπαν ἐν παιδείᾳ τελειοτάτᾳ, οὐκ ἥκιστα δὲ κτλ. Nimia est illa παιδεία τελειοτάτη (veterum inprimis mythorum notitiam intellegunt, opinor), neque ex Argivorum sententia. Nam in τελειότατα deest τὸ ἐπιγεγραμμένον ἰῶτα alias religiose additum, ut appareat *adverbium* eos voluisse. Simul praetulerim [ἐς] ἅπαν, quod certioris est fidei. Cfr. v. c. Thucyd. V 103, et vel magis Pausan. VI 17 § 5 (8) Γοργίας——λέγεται ἀνασώσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἠμελημένην τε ἐς ἅπαν καὶ ἐς λήθην ὀλίγου δεῖν ἥκουσαν ἀνθρώποις. Unum superest; in his mythologicis Περσέα γὰρ ἔφη τὸν Δανάας ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐσ[δραμόντα ἀφικ]έσθαι Κιλικίαν, participium mire displicet. Loci classici de Perseo Medusae interfectore praeter Hesiodum (*Theog.* 274 seqq., i. a. Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο κτλ.) et Herodotum (II 91) sunt Pind. *Nem.* X 4, Apollon. Rhod. IV 1513 seqq.:

εὖτε γὰρ ἰσόθεος Λιβύην ὑπερέπτατο Περσεύς——
Γοργόνος ἀρτίτομον κεφαλὴν βασιλῆι κομίζων,
ὅσσαι κυανέου στάγες αἵματος οὖδας ἵκοντο,
αἳ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησαν.,

uterque cum scholiis. Atque ad Pindari verba brevissima (μακρὰ μὲν τὰ Περσέος ἀμφὶ Μεδούσας Γοργόνος) hoc adscribitur scholion: ἔστι δὲ ἡ ἱστορία αὕτη· Μέδουσα (μία δὲ τῶν Γοργόνων αὕτη), ἥρισέ ποτε διὰ κάλλους τῇ Ἀθηνᾷ, ἡ δὲ πρὸς πρόκλησιν ἀγανακτήσασα πείθει Περσέα εἰς τὸν Ὠκεανὸν διαβῆναι, παρασχοῦσα αὐτῷ καὶ τὴν Ἄϊδος κυνέην,——καὶ ἀποτεμεῖν τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ——ἐπὶ τὸν ἄθλον στέλλεται, κτλ. Ex amplissimo ad Apollonii l.l. haec tantum excerpo: εἶτα ἔρχεται (Περσεὺς) πετόμενος κατὰ τὸν Ὠκεανὸν καὶ τὰς Γοργόνας.——ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει.——ὁ δὲ πλησίον γενόμενος, ἀπεστραμμένος, ἵνα μὴ ἀπολιθωθῇ ἰδὼν αὐτάς, καὶ ἐν τῷ κατόπτρῳ ὁρῶν τὴν Μέδουσαν κατ' ἀνάκλασιν, ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλήν, καὶ ἐνθεὶς εἰς

Digitized by Google

τὴν κίβισιν φεύγει. — — Περσεὺς δὲ εἰς Σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ Πολυδέκτην (qui Danaen violare voluerat), καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαόν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. — — Ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. Hinc in inscriptione nostra suppleverim: Περσέα γὰρ ἔφη — — ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐς [Ὠκεανὸν (vel Λιβύαν) ἀφικ]έσθαι Κιλικίαν κτλ. Quae in fine inscriptionis vix dispiciuntur ima litterarum lineamenta non magis quam editor probabiliter explere valeo. Eo minus quod quorsum mythologica narratio tendat ignoratur. Nam de Persei in Ciliciam adventu paucissima, de eius cum obscuro Αἰγεῶν (vel Αἰγαιῶν) in Cilicia vico necessitudine (πολίχνιον vocat Strabo XIV, 5 § 18, p. 676 C) nihil omnino, quod sciam, mythologi prodiderunt. Et fieri potest ut Aegeënses ignotas nobis ob causas ad se traduxerint, quod de Tarso nobilissima suae regionis urbe paulo fidentius narrabatur. Eam primitus Assyriam fuisse, post coloniam ex Argis accepisse inter Graecos homines satis constabat, κτίστην alii (Strab. XIV 5 § 12, p. 673 C) Triptolemum, alii (Dionysius Thrax et Alexander Polyistor ap. Steph. Byz. s. v.) Bellerophontem, Perseum alii fabulabantur [1]). Tradidit nempe hoc Antipater (Thessalonicensis?) [2]) A. P. IX 557, egregius sane testis, adludit Dio Chrysostomus in Oratione ad Tarsenses prima (XXXIII § 45), ut Romanis inprimis temporibus hoc commentum invaluisse coniicias. Hinc Aegeënses, opinor, αὐτοσχεδιάζοντες profecerunt. Sed non hoc memorabile, verum Romanorum imperatorum temporibus, cum et Graecia et Cilicia vasto imperio iamdudum subditi essent, oppiduli longinqui et obscuri incolas talia esse commentos Argivosque aeque imbelles talium credulos admiratores esse nactos. Nempe ubi praesens gloria deficit, libenter homines ad veteres obsoletasque laudes confugiunt.

1) Cfr. i. a. Ed. Meyer *G. d. A.* II § 292 A.

2) Ad Sidonium olim referebat Brunckius in *Analectis.*

Digitized by Google

DE HYMNO QUODAM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Mabillon, qui S. Bernardi, abbatis Claravallensis, opera anno 1690 tribus voluminibus Mediolani edidit, volumine ultimo col. 1400 sqq. versus et 'rythmos' nonnullos quamvis dubitanter, ut videtur, exprimendos curavit. Brevi enim praefatione carminibus praeposita affirmat, Berengarium scholasticum in Apologia pro Abaelardo contra S. Bernardum auctorem quidem esse, Bernardum ipsum „a primis fere adolescentiae rudimentis cantiunculas „mimicas et urbanos modulos fictitasse et rythmico certamine „cum fratribus contendisse", se vero non existimare carmina, quae sequuntur, Bernardo esse tribuenda, propterea quod Cistercienses nihil admitterent quod metricis legibus coercetur: ipsum Bernardum in componendo sancti Victoris Officio leges non tantum metri, sed etiam rythmi omnino neglexisse. Haec praefatus disertis verbis tria carmina Bernardo abiudicare pergit, de ceteris quinque addidit nihil. Inter haec autem carmina et ordine quidem primum omnium est „Rythmus de Contemptu Mundi".

O miranda vanitas! o divitiarum
Amor lamentabilis! o virtus amarum!
Cur tot viros inficis, faciendo carum,
Quod pertransit citius quam flamma stupparum.
Homo miser, cogita; mors omnes compescit,
Quis est ab initio qui morti non cessit?
Quando moriturus est, omnis homo nescit:
Hic qui vivit hodie, cras forte putrescit.
Qui de morte cogitat, miror quod laetatur;
Cum sic genus hominum morti deputatur,

Digitized by Google

Quo post mortem transeat homo, nesciatur:
Unde quidam sapiens ita de se fatur:
Dum de morte cogito, contristor et ploro,
Verum est quod moriar, et tempus ignoro;
Ultimum quod nescio, cui iungar choro:
Ut cum sanctis merear iungi, Deum oro.
Cur mundus militat sub vana gloria?
Cuius prosperitas est transitoria:
Tam cito labitur eius potentia
Quam vasa figuli, quae sunt fragilia.
Plus fide litteris, scriptis in glacie,
Quam mundi miseri vanae fallaciae:
Fallax in praemiis, virtutis specie.
Qui numquam habuit tempus fiduciae.
Credendum magis est viris veracibus,
Quam mundi miseris prosperitatibus:
Falsis in somniis et vanitatibus,
Falsis in studiis et voluptatibus.
Dic ubi Salomon, olim tam nobilis?
Vel ubi Sampson est, dux invincibilis?
Vel pulcher Absalon, vultu mirabilis?
Vel dulcis Ionathas, multum amabilis?
Quo Caesar abiit, celsus imperio?
Vel dives splendidus, totus in prandio?
Dic, ubi Tullius, clarus eloquio?
Vel Aristoteles, summus ingenio?
Tot clari proceres, tot retro spatia,
Tot ora praesulum, tot regna fortia;
Tot mundi principes, tanta potentia,
In ictu oculi clauduntur omnia.
Quam breve festum est haec mundi gloria
Ut umbra hominis sunt eius gaudia,
Quae semper subtrahunt aeterna praemia,
Et ducunt homines ad dura devia.
O esca vermium! o massa pulveris!
O roris vanitas, cur sic extolleris?
Ignorans penitus utrum cras vixeris,
Fac bonum omnibus quamdiu poteris.

Digitized by Google

Haec carnis gloria, quae magni penditur
Sacris in Litteris flos foeni dicitur;
Ut leve folium quod vento rapitur,
Sic vita hominis luci subtrahitur.
Nil tecum dixeris quod potes perdere,
Quod mundus tribuit, intendit rapere:
Superna cogita, cor sit in aethere,
Felix qui potuit mundum contemnere.

Quamquam de poetae vel de poetarum nominibus quidquam pro certo affirmare non ausim neque quemquam ausurum puto propter incredibilem quae apud medii aevi homines exstitit auctorum incuriam, hoc dudum mihi constitit, versus quos uno tenore Mabillon descripsit non unum, sed duo continere carmina: alterum constare vss. 1—16, alterum vss. 17—56, id quod rhythmus inde a vs. 17 immutatus satis superque comprobat. Non me fugisse sive editoris sive typothetae errorem in vs. 2, ubi *virtus* male pro *virus* expressum est, addere vix opus esse opinor.

In qua re alios mecum consentire postea vidi. Nuper enim Merrill [1]) v. cl. et alia S. Bernardi carmina edidit et unum, quod ex iis, quos supra descripsi versibus complectitur vss. 1—16 exceptis versibus 9—12: emendata est corruptela in vs. 2, sed pro *Ut,* quod apud Mabillonem in vs. 16 est, minus bene apud eum legitur *Et.*

Brevi post in manus mihi venit Hymnarium quoddam [2]), in quo hymnum repperi incipientem verbis *Cur mundus militat sub vana gloria!* Legere cum pergerem, mox vidi hymnum hunc integrum quasi editionem aliquanto emendatiorem esse partis alterius Rythmi, quae apud Mabillonem vss. 17—56 efficitur. 'Emendatiorem' dico, quandoquidem primo omissi sunt vss. 25—28, quos meram praecedentis strophae paraphrasin esse quivis agnoscet; deinde melior evasit interpunctio, quae apud Mabillonem hic illic pessime constituta est; denique haec est lectionum discrepantia:

---

1) Latin Hymns selected and annotated by W. A. Merrill, Boston 1904 (pg. 53).
2) Hymnarium, Blüthen lateinischer Kirchenpoesie zur Erbauung. Mit Vorwort von Dr. Carl Bernh. Moll, Halle 1861 (pg. 136).

Digitized by Google

Apud Mabillonem:		*In Hymnario:*
fide (vs. 21)	—	crede (vs. 5)
miseri (vs. 22)	—	fragilis (vs. 6)
Qui (vs. 24)	—	Quae (vs. 8)
dives (vs. 34)	—	Xerxes (vs. 14)
retro (vs. 37)	—	rerum (vs. 17)
sunt (vs. 42)	—	sic (vs. 22)
homines (vs. 44)	—	hominem (vs. 24)
dura (vs. 44)	—	rura (vs. 24)
O roris (vs. 46)	—	O ros, o (vs. 26)
Ignorans (vs. 47)	—	Ignoras (vs. 27)
Fac bonum (vs. 48)	—	Benefac (vs. 28)
carnis (vs. 49)	—	mundi (vs. 29)
Ut (vs. 51)	—	O (vs. 31)
luci subtrahitur (vs. 52)	—	hac via tollitur (vs. 32)
potuit (vs. 56)	—	poterit (vs. 36).

Merrill igitur carmen prius sub S. Bernardi nomine edidit, etsi ipse quoque hymnorum omnium, qui ei attribui soleant, originem dubiam esse praemonet. Carmen alterum in Hymnarii indice sive Iacopono ascribi video sive Walthero Mapes. Utrumque carmen, male in unum coniunctum, a Mabillone S. Bernardo assignatum esse iam cognovimus.

S. Bernardus autem, abbas Cisterciensium in Claravalle qui fuit a. 1115—1153, vixit ab a. 1091 usque ad a. 1153. Iacobus de Benedictis Francisc. (Iacopone de Benedetti), Todis in Umbria natus, vixit ab a. 1221 usque ad a. 1306. Walter Map s. Mapes cum a. 1196 archidiaconus esset Oxonii, in vita fuit inter S. Bernardi et Iacoponi tempora.

At vero qua auctoritate motus Moll v. d. hymnum alterum alterutri viro ascribendum putaverit, num forte quod „Poesie Spirituale" ille scripserit quibus carmen inest „Rinunzia del Mondo", hic versus satiricos composuerit merito celeberrimos — de his omnibus ne verbum quidem addidit.

Si non ipsi S. Bernardo debentur carmina, at aequali eius ea deberi mihi quidem certo certius est: de poeta posteriore aliquo non est cogitandum. Nempe, si quid video, utriusque hymni poeta magnopere miratus est, penitus novit, nonnullis

Digitized by Google

locis etiam imitatus est carmen nobilissimum, quod versibus, qui leonini cristati trilices dactylici vocantur, Bernardus Cluniacensis sive Morlanensis De Contemptu Mundi cecinit [1]): floruit autem hic circ. a. 1140, quo tempore S. Bernardus abbas in Claravalle erat. Morlanensem illum poeta hymni brevioris respicit verbis vs. 12: *Unde quidam sapiens ita de se fatur* atque versibus ultimis ea fere refert quae apud illum ita expressa sunt pg. 19:

O pia gratia, celsa palatia cernere praesta;
Ut videam bona, factaque consona caelica festa.
Non animo coquar, aut sequar, aut loquar omne profanum;
Iungar habentibus aethera civibus, et sequar Agnum.

Strophae autem a Merrillo omissae causam esse suspicor, quod illa propter similia fere stropharum tertiae et quartae initia in poematii finem, i. e. post vs. 16, migraverit, ubi verba ultima *Unde quidam sapiens ita de se fatur* sane absurda viderentur atque toti strophae minarentur perniciem. Quem stropharum ordinem conturbatum minime mirabitur qui quot modis variis in Iubilo rythmico de nomine Iesu eiusdem nostri „doctoris melliflui" et medio aevo et temporibus recentioribus strophae quinquaginta dispositae sint, paulum meminerit.

In hymno vero maiore, qui continetur versibus apud Mabillonem qui sunt 17—56 praeter versus 25—28, haud pauca insunt quae Morlanensis satirae legentem admoneant, velut in pg. 9:

Esset ibi decor Absalon indecor, et coma, nec non
Pes piger Asael, et manus Israel, arida Sampson.
Nullaque Caesaris inscia comparis illa facultas,
Et Salomonia nulla potentia, nulla voluptas.

Atque iterum in pg. 37:

Te decor extulit, Absalon abstulit, ultio duplex.
. . . . . .
Quae tibi gloria? quae tibi gratia? quae tibi doni?
Non tibi gloria, non tibi gratia, quae Salomoni.

Quibus locis eadem nomina *Absalon — Sampson — Salomon*, ordine

1) Bernardus Morlanensis De Contemptu Mundi Libri tres. Latin Satirical Poets II. 7—102 (Roll Series).

Digitized by Google

modo inverso, posita vides quae apud Mabillonem vss. 29—31. Deinde vss. 33—40 manifesto spectant Morlanensis versus qui in pg. 37 sq. leguntur:

Est ubi gloria nunc Babylonia? nunc ubi dirus
Nabugodonosor? et Darii vigor? illeque Cyrus?
Qualiter orbita viribus inscita praeterierunt,
Fama relinquitur illaque figitur, hi putruerunt.
Nunc ubi curia pompaque Iulia? Caesar, obisti:
. . . . . .
Caesare nudus es, et prope nullus es, o ferus ille.
Nunc ubi Marius atque Fabricius inscius auri?
Mors ubi nobilis et memorabilis actio Pauli?
Diva Philippica, vox ubi caelica nunc Ciceronis?
Pax ubi civibus atque rebellibus ira Catonis?

Locos plures hic proferre longum est neque his modo perductus sum ut sive S. Bernardum sive poetam eius aequalem Morlanensis opus pro exemplo habuisse crederem: multo magis ut ita sentirem me impulit utriusque carminis color congruens ac similis ratio qua uterque eorum argumentum suum tractaverit. Quam similitudinem nec Merrillum fugisse apparet qui quidem ad alium S. Bernardi hymnum, sc. de nomine Iesu, observarit: „The hymn is a meditation circling about its subject, like the poem of the other Bernard."

AD SCHOLION HOM. K 515.

Integerne esset versus

οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

multi dubitarunt. In codice A adscripta est lectio Aristarchea: „ἀλαὸς σκοπιὴν", improbatur autem lectio Zenodoti: „ἀλαὸν σκοπιὴν". Dein haec in scholio sequi creduntur: „παροιμιακὸν δέ ἐστιν· οὐ τυφλὸς ἐς σκοπιάς, ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς". Sed revera scripta extant haec: „παροιμιακὸν δέ ἐστι. οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς".

Non affertur igitur proverbium nescio quod, sed ipse poeta dicitur usus esse locutione proverbiali, quae sermonis pedestris hisce verbis redditur: οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν sive: *non caecus* (*caecutiens*) *speculatoris officio fungebatur.*

Litterarum εν notum signum (ἐσκοπιᾶσ) editores fefellit.

v. L.

Digitized by Google

APULEIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

Cum ante quinque annos mensem fere Florentiae degerem rogatus a I. v. d. Vliet magistro carissimo, ut textum librorum noni decimi undecimi Apulei Metamorphoseon editionis suae conferrem cum codicibus Laurentianis, qui indicari solent litteris F et Φ vel numeris LXVIII, 2 et XXIX, 2, libentissime viri humanissimi voluntati morem gessi. Quae igitur in libris manu scriptis excutiendis reperiebam recedentia a magistri mei editione, per litteras cum eo communicabam, sperans fore ut disputatio de codice Laurentiano LXVIII, 2 (cf. Mnemos. Vol. XXV p. 386 sqq.) ab ipso viro doctissimo, optime merito de Apuleio, suppleretur et perficeretur. At ille iam (ut Apulei verbis utar) „morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus" tam opera Madaurensis scriptoris quam aliorum discipulis tractanda reliquerat. Equidem quadriennio demum post immaturam deploratamque praeceptoris mortem audeo disputationem supra memoratam absolvere. Verum praeterquam quod recensebo ea, quae editio a van der Vliet curata, omittit adversusque codicum F Φ auctoritatem exhibet, numerum quoque augebo locorum similium, quos in illo libro nisi paucos non legimus. Sed neque discrepantias scripturae, quas Fridericus Gatscha [1]) e codice Φ eruit neque ὁμοιότητας, quas idem collegit, in animo mihi est repe-

1) Quaestionum Apuleianarum capita tria scripsit F. Gatscha. (Dissertat. Philol. Vindobon. Vol. sext. 1898; p. 141—190).

Digitized by Google

tere. Nonnullas autem addam observationes, quae pertinent ad genus scribendi Apuleianum et ad textum constituendum.

Hanc denique opportunitatem nanctus gratias quam maximas Biagi et Rostagno, viris clarissimis, qui bibliothecae Laurentianae praesunt, agere volo, quod tam benevole permiserunt, ut librorum Florentinorum collationem conficerem.

Pag. 188, 21 ad tutelam salutis.

Pricaeus et Hildebrand, ut hanc locutionem illustrarent, aliquot afferunt locos Apuleianos, quibus adiungo (176, 15) ad tutelae praesidia et (190, 15) meae tutelae peruigiles excubias agitauerant.

189, 5 *nichil* Fϕ.

189, 11 mobili ac trepida facie percitus.

Conferre possumus (202, 27) laetitia percitus nuntiat e. q. s. et (Apul. Apol. cap. XII) quae (sc. Venus) sit percita populari amore; praeterea participium praesens generis activi legimus (186, 27) uicinos undique percientes e. q. s.

189, 26 *arreptis* Fϕ.

190, 5 subiti periculi turbine.

Hanc metaphoram Apuleium adamare ostendit Koziol [1]) (pg. 247), cuius exemplis addi possunt (188, 6) in ultimo fortunae turbine et (225, 4) procellam Fortunae saeuientis euadere.

Eandem figuram Sidonius Apollinaris saepius adhibet, velut Epist. IX 9, 6 gentium concitatarum procella ..... cuius immanis hinc et hinc turbo tunc inhorruerat; cf. etiam Epist. II 13, 4; IV 12, 1; VIII 1, 3; Carm. VII, 59.

190, 7 clausis obseratisque ..... foribus (locutio redit 191, 29).

Hic duo participia synonyma coniunguntur: quod persaepe factum esse in Metamorphoseon libris apparet ex Koziol, qui fusius de ea re agit (l. c. pg. 84—102). Quocirca dubito an acquiescere non possimus in supplemento proposito a van der Vliet scribente pg. 105, 1 (germani) complexus indulge fructum et tibi deuotae ‹*caraeque*› Psychae animam gaudio recrea. Nam

1) Der Stil des L. Apuleius von H. Koziol. Wien 1872.

Digitized by Google

contra Apulei generis dicendi proprietatem editor inseruit adiectivum, cum participium requiri videatur. Lacuna autem est octo fere litterarum, quarum duae priores fuerunt *de*, itaque censeo scribendum: deuotae *deditaeque* (= *deditequ*). Quam lectionem tueri videntur verba: maritis aduenis ancillae deditae (101, 10), quae spectant ad Psychae sorores. Dedendi verbum Apuleius praeterea agnoscit pg. 31, 1; 95, 3; 221, 1 cet.

Editor certe improbans adiectivum coniungi cum participio scribit: (205, 19) occursoriam potionem et *inchoatiuum* gustum pro codicum scriptura *inchoatum*.

190, 11 *nactus* φ. 13 *somnum* φ primo, post manus recens *p* inseruit inter *m* et *n*. 23 *periclitantur* φ, *percōtantur* F^1, sed ante *c* et post eandem litteram manifesta vestigia mutationis manserunt. Utrumque verbum Apuleius usurpat, nempe percontari pg. 205, 27; 218, 28 cet. Periclitandi verbum legitur infra pg. 191, 8 cet.; adsciscit autem (sicut nostro loco) coniunctionem *an* supra pg. 127, 19 (periclitabor an).

190, 24 de caelo .... missus mihi sospitator.

Ad hunc locum Pricaeus laudat Tibull. I 3, 90

Sed videar caelo missus adesse tibi [1]).

Fieri autem potest ut Apuleius in risum vertere voluerit duos locos Livianos, nempe (VIII 9, 10) aliquanto augustior habitu humano visus, sicut caelo missus (sc. Decius Mus) piaculum omnis deorum irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret et (XXII 29, 3) Iam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam Fabiana se acies repente velut caelo demissa ad auxilium ostendit.

Equidem non facio cum Gatscha, qui l. c. pg. 156 (in adnot.) scribit: dubito num Livium ipsum legerit Apuleius; nam certa imitationis vestigia extare non existimo. Immo et hic (190, 24) et aliis locis non ita paucis Apuleium in Livii verba iocari persuasum mihi habeo. Cf. quae dixi sub 197, 17; 262, 6 cet.

191, 14 producor ad uiam.

Cum hac locutione comparare possumus (194, 19) ad uiam prodeunt; (222, 8 me) producit ad uiam; (175, 17) nos ad uiam propellunt.

191, 24 postrema lasciuia famigerabilis.

Eandem fere vim quam hic habet *postremus* etiam (204, 5)

1) Vide sub 209, 15.

Digitized by Google

postremis lamentationibus et (214, 22) postremas ..... clades. *Extremus* adiectivum est synonymum in exemplis, quae affert Novák (pg. 22) [1]).

192, 1 mulier candida et ad huiusmodi flagitia perastutula.

Hic certe vis suffixi deminutivi plane nulla est neque inepte conferas: (186, 5) copia laetati largioris quaesticuli; verum omnino adeatur Koziol l. c. pg. 260 cet.

192, 6 *siccine* ϕ^1 *siccine* ϕ^2 (cf. 190, 17 adhuccine). 8 *paŏ* (= parabis) ϕ.

192, 13 confutatus maritus.

Eadem vi praeditum redit confutandi verbum infra 195, 15 quem locum laudat Pricaeus. Aliam autem significationem habet pg. 254, 8 confutabat (sc. interula) optutum.

192, 16 *uides, istut* F^1, sed virgulam et priorem *t* addidit m. r.

193, 7 „quin tu, quicunque es homuncio, lucernam" ait, „actutum mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus diligenter ‹*an*› aptum usui possim dinoscere e. q. s.

Pricaeus primus addidit *an*, quae particula in Metamorph. saepissime inservit sententiae interrogativae coniungendae cum sententia principali. Nihil tamen impedit quominus temptemus: *aptumne* usui possim dinoscere e. q. s., praesertim cum inveniatur (177, 31) eum rogauit unus e nostris haberetne uenui lactem e. q. s.

Hic quoque dicendum est van der Vliet minus recte contra codicem edidisse (184, 5) uenist*ine* tandem miserrimi laboris uicarius? In talibus enim enuntiatis Apuleius identidem particulam omittit, velut (157, 5) uidetis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum? Accedit quod hic scriptor irridet Vergilium laudando ipsa poetae verba (Aen. VI 687):

venisti tandem, tuaque expectata parenti
vicit iter durum pietas cet. [2]).

193, 27 sorte unica $\wp$ casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Hoc exhibet codex, quod manifeste corruptum est. Van der Vliet edidit: per casum tabulis pluribus enotata, alius aliud.

---

1) Quaestiones Apuleianae. Scripsit Robertus Novák. Pragae 1904.
2) Cf. Aeneis Buch VI erklärt von Norden pg. 296.

Digitized by Google

Mihi verisimile videtur post illud *p̄* (= per) paucas syllabas similitudine proximi vocabuli *casulis* excidisse. Fortasse igitur verum est: sorte unica *perastutuli* casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Casulis pluribus habeo pro dativo commodi qui dicitur. Inserta autem voce Apuleius utitur: (pg. 192, 1) mulier callida et ad huius modi flagitia perastutula.

193, 29 *cabillantur* Fφ (at 195, 27 *cauillantes*).

194, 19 *uia*⌉ *tota*⌉ (= uiam totam) φ. 21 *stagnāti* (= stagnanti) F *stagnati* φ. 23 *lassibus* φ¹ at m. r. superscripsit *lapsibus a labor.*

195, 5 *coarctant* φ. 13 *repiret* φ. 18 *quā* φ (etiam F¹ compendiose exhibuit *quam*, at F² habet *qua*). 24 *compinguntˉ* (compendiose scr.) φ. 24 *pso* F. 25 *donarum* φ.

195, 25 apud fani donarium.

Non inutile puto praecipuos locos recensere ubi praepositio *apud* praedita est eadem potestate atque hic. Sunt autem hi: (20, 1) apud Athenas (quocum conferas velim: (31, 20) Corinthi apud nos); (68, 26) apud mea praecordia; (84, 10) apud nostros animos; (154, 10) apud historiam; (266, 27) apud cogitationes meas revolvebam; (273, 22) apud meum sensum disputo.

196, 2 *fileb*; Fφ. *comperauerant* primo fuit in F, at post prima manus *n* induxisse videtur. 13 *habundanter* φ. 15 *Sed* F. 18 *circumflueatis* (aut *-utis*) est in F. 26 *leniorem* φ exhibet potius quam *leviorem*. 28 *dampnosam* φ. 29 *uaculis* φ¹ sed m. r. scripsit *b* supra priorem *u*.

197, 6 *coetu* Fφ. 11 *indign*; φ¹ at m. r. scripsit *uus* supra *n*; inductum.

197, 12 familiari curiositate (repetitur ex pg. 56, 23).

Quae sint verba synonyma docet ipse auctor: (198, 9) nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar; (199, 13 quae) saevitia multo mihi magis genuinam curiositatem in suos mores ampliaverat.

Porro legimus: (204, 11) sumpta familiari constantia; (218, 21) familiarem cohibere insolentiam cet.

197, 15 *illic* Fφ.

197, 17 centunculo magis inumbrati quam obtecti.

Hic quoque deprehendimus locum, ubi Apuleius Livium denotare videtur, declarant enim haec exempla: (Liv. XXI 58, 8) tegminibus suis magis obruti quam tecti; (XXII 5, 3) onerati magis iis quam tecti; (XXII 30, 4) plebei scitum quo oneratus sum magis quam honoratus.

Digitized by Google

Facile iam unusquisque credet Apuleium hominem Madaurensem multumque versatum in litteris Graecis et Latinis bellum Hannibalicum certe luculentissime enarratum a Livio legisse (cf. quae dixi ad 190, 24).

197, 22 *adhesi* φ. 198, 3 *inenorme* ὑφ' ἕν Fφ.

198, 6 ueterisque Lucii fortunam recordatus et ad ultimam salutis metam detrusus summisso capite maerebam.

Eadem cogitatio invenitur supra: (143, 24) Haec eo enarrante ueteris fortunae et illius beati Lucii praesentisque aerumnae et infelicis asini facta comparatione medullitus ingemebam e. q. s. Conferri oportet Eurip. Iphig. Taur. 1121 τὸ δὲ μετ' εὐτυχίαν κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών. Nec non per lectorem liceat afferre: (Dante Inf. V 121)

Nessun maggior dolore
Che ricordarsi del tempo felice
Nella miseria.

198, 9 *michi* φ. 11 *loqūt*[2] (= loquuntur) φ.

198, 12 nec inmerito priscae poeticae diuinus auctor apud Graios summae prudentiae uirum monstrare cupiens multarum ciuitatum obitu et uariorum populorum cognitu summas adeptum uirtutes cecinit.

Vix opus est dicere Apuleio hic ob oculos versari (α 3) πολλῶν δ' ἀνθρώπων 'ϝίδε ϝάστεα καὶ νόον ἔγνω. Alterum locum, ubi auctor Odysseae memor est, habemus: (pag. 7, 16) Aethiopes utrique, quod comparandum est cum α 23 Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, e. q. s.

Iliadem autem significat primum (pg. 246, 27) Erat mons ligneus ad instar incliti montis illius, quem uates Homerus *Idaeum* cecinit e. q. s., tum (pg. 29, 1) balteo suo cincta (sc. Venus), quod spectat ad κεστὸν ἱμάντα illum (cf. Ξ 214).

198, 16 gratas gratias .... memini (repetitur ex pg. 16, 24; assimiliter dictum est: (152, 15) gratias summas .... mihi meminisse non destitit).

Est nimirum Graecismus et valet idem quod χάριν εἰδέναι. Ceterum annominatio illa redit (pg. 249, 1) Gratiae gratissimae.

198, 18 <*at*> multiscium reddidit.

Quod van der Vliet inseruit *at*, animadvertendum est a manu recentiore in φ *tamen* scriptum esse supra *multiscium*. 24 *thori* φ.

198, 24 ut hercules eius uicem .... frequenter ingemescerem.

Digitized by Google

Comparare possumus: (Cic. ad fam. XII 23, 3) tuam vicem doleo et (ad Att. VIII 2, 2) Quoius ego vicem doleo.

Apuleius insuper habet: (218, 11) hortulanus .... suosque casus grauiter ingemescens.

198, 28 saeua scaeua.

Eandem annominationem invenimus: (32, 8) scaeuam an saeuam. Dignae sunt quae conferantur paronomasiae: (67, 6) sero quidem, serio tamen subuenit; (111, 9) rimatur .... et mariti sui miratur arma (cf. 234, 7-9 rimantur .... mirati); (241, 9) nescius nesciam cet.

199, 1 tunc spretis atque calcatis diuinis numinibus in uicem certae religionis mentita sacrilega praesumptione dei, quem praedicaret unicum e. q. s.

His verbis hodie viri docti [1]) suspicantur ab Apuleio mulierem Christianae fidei perstrictam esse.

199, 3 *consictis* Fϕ. 6 *mancipat* ϕ. 8 *subiugi* F^2 (at F^1 fortasse *subinugi*) *subiungi* ϕ. 14 *comeantem* ϕ. 18 *aliq̄n* ϕ. 21 *insepabilis* ϕ. 27 *erum ꝑnabilis* ϕ^2.

199, 29 longule etiam dissita facillime sentiebam.

Comparari oportet Florid. cap. II (ed. van der Vliet pg. 146, 11) neque longule dissita neque proxume adsita possumus cernere e. q. s. et Metam. 225, 6 ad longissime dissitas festinare uillulas.

200, 3 *herilis* ϕ. 13 *çelotypum* ϕ. 19 *formositate* Fϕ. 21 *ad ħ* (= haec) ϕ.

200, 28 cum .... profectionem pararet pudicitiamque carae coniugis conseruare .... cuperet, seruulum suum .... commonet e. q. s.

Ecce alliteratio prope continua! Confitendum autem est scriptorem interdum hac figura abusum esse. Legimus quidem in una pagina 152a (vs. 11) Fotidi diras deuotiones; (vs. 16) maritum mihi meminisse; (vs. 17) honores habituri; (vs. 23) discurrerem daturus dominis; (vs. 24) multas mulas.

201, 1 *ꝑaret* ϕ (cf. 201, 21 *ꝑat'* (= paratus)). 7 *digitotenus ὐφ' ἓν* Fϕ. 12 *dña sua* F^1 *dña*] *suā* F^2. 13 *destrictam* F, *districtam* ϕ. 15 *p̄ndens* (= prendens) Fϕ. 16 *ꝑuincie* F^1, post manus recens deleta littera *n* addidit lineolam curvatam supra *c*. 17 *philesitheri* Fϕ. 17 *matronę* F^1, post m. r. addidit *t* supra *t* paulum erasam. 18 *pulcritudo* ϕ. 19 *castitatae* F.

1) Cf. Schanz² Gesch. der Röm. Litteratur III Teil pg. 141.

Digitized by Google

201, 22 certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae sint difficultates peruiae e. q. s.

Primum *certus* genitivum adsciscit sicut (77, 9) certus erroris, (230, 36) certum extremae poenae, (110, 2) incerta consilii cet., tum pendet a *certus* sententia secundaria incipiens a *quod*, cum plerumque accusativus cum infinitivo sequatur velut 203, 30; 229, 10; 245, 2; 252, 6 cet.

201, 23 *fidī* φ. 25 *oportune nactus* φ. 25 *myrmicis* Fφ. 26 *medelam* φ.

201, 28 (ni) maturius cupito potiatur.

Idem legitur supra: (111, 26) ut diutius cupitis etiam nocte potiretur. Utroque loco haud dubie Apuleius imitatur Ovidium (Fast. III, 21):

Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

202, 1 (his) et huiuscemodi suadelis ualidum addens ⟨*aes*⟩ *adigit* cuneum, qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolenter diffinderet.

Adigit scripsi e coniectura praeceptoris mei, qui voluit praeterea: ualidum addens *argumentum*, sicut in tali re belgice loqui solemus. Equidem inserui *aes*, quod proprio sensu *metalli* translato *pecuniae* sententiae sufficere videtur.

Vox aeris occurrit (131, 10) aes si forte prae manu non fuerit; (193, 10) nisi nos putas aes nostrum de malo habere cet.

202, 7 *mirmex* φ (sicut vs. 24). 10 *puectus* Fφ. 13 *indiuersas* ὑφ' ἓν Fφ. 15 *formosae* φ. 17 *quāb* φ *quamuis* F. 17 *herilis* φ. 27 *philesithero*.

203, 1 aureos .... aereos.

Haec annominatio nos admonet illius quam legimus Florid. VI (ed. van der Vliet pg. 151, 18) non illi norunt aruum colere uel aurum colare e. q. s.

203, 1 $\overline{q}$ (= quae) φ. 1 *norat* Φ^1 sed m. r. scripsit *r* supra *r*. 9 *iam clamat* constat a correctore additum esse in φ. 15 *phylesitherus* φ. 15 *cognicas* φ^1 sed m. r. scripsit *tu* supra *cog* expunctum. 17 *mirmex* φ. 23 *erenata* ὑφ' ἓν Fφ. 28 *mirmice* Fφ. 29 *adtrahi* F, *atīhi* φ.

204, 3 *pone* F, sed prima manus eodem atramento superscripsit *ꝑpe* (= prope). 3 *mirmex* φ. 12 *mirmecem* φ. 13 *ad* φ^1, sed m. r. superscripsit *at*. 17 *mi* φ. 18 *uincu* F^1 (scriptum in extremo versu, at m. r. in marg. addidit *la*), *uincla* φ, sed vocabulum rescriptum est. 20 *h̄* (= hac) φ. 22 *post liminio* $F\varphi^1$. 22 *mirmice* φ. 25 *actenus* $F\varphi^1$.

205, 3 *compat* φ (cf. vs. 18 *patam* φ) 7 *oportune*. 8. Supra *ergo igitur* in F

Digitized by Google

scriptum est *loq̄r' asin*^{l} (= loquitur asinus), erravit ergo van der Vliet putans *inquit* superscriptum esse.

205, 11 reuelatis luminibus.

Oppositum legitur pg. 197, 1 luminibus obtectis (cf. 196, 17 uelata facie). Revelandi verbo Apuleius saepissime utitur velut (40, 8) reuelat (sc. corpus); (41, 22) reuelata facie; (53, 15) corpora .... necatorum reuelari; (221, 26) cista ... reuelata; (236, 25) reuelata sc. carpenta. At translato sensu adhibet (57, 18) reuelare secreta; (208, 10) reuelatis fraudibus cet.

205, 13 sol ipsum quidem delapsus Oceanum.

Koziol (l. c. pg. 338 et 339) et Hildebrand (pg. 790) plurima verba enumerant, quae Apuleius construere solet cum quarto casu, addi autem possunt: (253, 4) lucos .... inerrans; (63, 14) cum penetrauerint larem; (264, 5) ripam maris proximamus (contra 65, 17 praesepio ... proximantem); (208, 11) alueum succubabat; (13, 17) Socraten ... superruo.

205, 14 *urb̄* ϕ^1 *orb̄* ϕ^2; etiam in F^1 videtur exaratum fuisse *urb̄*, nam littera *o* a qua nunc verbum incipit minima est atque vestigia mutationis prae se fert. 18 *sabiis* F^1 *sauiis* F^2. 24 *albeo* $F\phi^1$ *alueo* ϕ^2.

206, 7 uxor noscendae rei cupiens.

Repetitur magnam partem ex (pg. 146, 16) rei noscendae carpo ordinem.

206, 8 *obtundere* ϕ. 11 *dom'* (= domus) quod in ϕ praetermissum fuerat supra versum addidit prima manus (ut vid.).

206, 13 femina quae *secundo* ... *rumore* gloriosa larem mariti pudice gubernabat e. q. s.

Van der Vliet in lacuna trium litterarum scripsit *sēp* (= semper), quod ϕ inter *quae* et *secundo* exhibet. An supplendum est *oīu* (= omnium)[1]? Apuleio certe dignum fuit: quae semper secundo *omnium* rumore gloriosa larem mariti pudice gubernabat. Conferre possumus Front. (ed. Naber.) p. 209, 10 longeque praestat secundo gentium rumore iniuriam neglegere quam adverso vindicare.

Invenitur praeterea apud hunc Apulei aequalem: (180, 3) et tu fortasse aliquid de me secundi rumoris acceperis.

Fronto et Apuleius alterum locum similem nobis praebent

1) Cf. quae dixi ad 217, 15.

Digitized by Google

τὴν κίβισιν φεύγει. — — Περσεὺς δὲ εἰς Σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ Πολυδέκτην (qui Danaen violare voluerat), καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαόν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. — — Ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. Hinc in inscriptione nostra suppleverim: Περσέα γὰρ ἔφη — — ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐς [Ὠκεανὸν (vel Λιβύαν) ἀφικ]έσθαι Κιλικίαν κτλ. Quae in fine inscriptionis vix dispiciuntur ima litterarum lineamenta non magis quam editor probabiliter explere valeo. Eo minus quod quorsum mythologica narratio tendat ignoratur. Nam de Persei in Ciliciam adventu paucissima, de eius cum obscuro Αἰγεῶν (vel Αἰγαιῶν) in Cilicia vico necessitudine (πολίχνιον vocat Strabo XIV, 5 § 18, p. 676 C) nihil omnino, quod sciam, mythologi prodiderunt. Et fieri potest ut Aegeënses ignotas nobis ob causas ad se traduxerint, quod de Tarso nobilissima suae regionis urbe paulo fidentius narrabatur. Eam primitus Assyriam fuisse, post coloniam ex Argis accepisse inter Graecos homines satis constabat, κτίστην alii (Strab. XIV 5 § 12, p. 673 C) Triptolemum, alii (Dionysius Thrax et Alexander Polyistor ap. Steph. Byz. s. v.) Bellerophontem, Perseum alii fabulabantur [1]). Tradidit nempe hoc Antipater (Thessalonicensis?) [2]) A. P. IX 557, egregius sane testis, adludit Dio Chrysostomus in Oratione ad Tarsenses prima (XXXIII § 45), ut Romanis inprimis temporibus hoc commentum invaluisse coniicias. Hinc Aegeënses, opinor, αὐτοσχεδιάζοντες profecerunt. Sed non hoc memorabile, verum Romanorum imperatorum temporibus, cum et Graecia et Cilicia vasto imperio iamdudum subditi essent, oppiduli longinqui et obscuri incolas talia esse commentos Argivosque aeque imbelles talium credulos admiratores esse nactos. Nempe ubi praesens gloria deficit, libenter homines ad veteres obsoletasque laudes confugiunt.

1) Cfr. i. a. Ed. Meyer *G. d. A.* II § 292 A.
2) Ad Sidonium olim referebat Brunckius in *Analectis.*

Digitized by Google

DE HYMNO QUODAM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Mabillon, qui S. Bernardi, abbatis Claravallensis, opera anno 1850 tribus voluminibus Mediolani edidit, volumine ultimo col. 1400 sqq. versus et 'rythmos' nonnullos quamvis dubitanter, ut videtur, exprimendos curavit. Brevi enim praefatione carminibus praeposita affirmat, Berengarium scholasticum in Apologia pro Abaelardo contra S. Bernardum auctorem quidem esse, Bernardum ipsum „a primis fere adolescentiae rudimentis cantiunculas „mimicas et urbanos modulos fictitasse et rythmico certamine „cum fratribus contendisse", se vero non existimare carmina, quae sequuntur, Bernardo esse tribuenda, propterea quod Cistercienses nihil admitterent quod metricis legibus coercetur: ipsum Bernardum in componendo sancti Victoris Officio leges non tantum metri, sed etiam rythmi omnino neglexisse. Haec praefatus disertis verbis tria carmina Bernardo abiudicare pergit, de ceteris quinque addidit nihil. Inter haec autem carmina et ordine quidem primum omnium est „Rythmus de Contemptu Mundi".

O miranda vanitas! o divitiarum
Amor lamentabilis! o virtus amarum!
Cur tot viros inficis, faciendo carum,
Quod pertransit citius quam flamma stupparum.
Homo miser, cogita; mors omnes compescit,
Quis est ab initio qui morti non cessit?
Quando moriturus est, omnis homo nescit:
Hic qui vivit hodie, cras forte putrescit.
Qui de morte cogitat, miror quod laetatur;
Cum sic genus hominum morti deputatur,

Digitized by Google

Quo post mortem transeat homo, nesciatur:
Unde quidam sapiens ita de se fatur:
Dum de morte cogito, contristor et ploro,
Verum est quod moriar, et tempus ignoro;
Ultimum quod nescio, cui iungar choro:
Ut cum sanctis merear iungi, Deum oro.
Cur mundus militat sub vana gloria?
Cuius prosperitas est transitoria:
Tam cito labitur eius potentia
Quam vasa figuli, quae sunt fragilia.
Plus fide litteris, scriptis in glacie,
Quam mundi miseri vanae fallaciae:
Fallax in praemiis, virtutis specie.
Qui numquam habuit tempus fiduciae.
Credendum magis est viris veracibus,
Quam mundi miseris prosperitatibus:
Falsis in somniis et vanitatibus,
Falsis in studiis et voluptatibus.
Dic ubi Salomon, olim tam nobilis?
Vel ubi Sampson est, dux invincibilis?
Vel pulcher Absalon, vultu mirabilis?
Vel dulcis Ionathas, multum amabilis?
Quo Caesar abiit, celsus imperio?
Vel dives splendidus, totus in prandio?
Dic, ubi Tullius, clarus eloquio?
Vel Aristoteles, summus ingenio?
Tot clari proceres, tot retro spatia,
Tot ora praesulum, tot regna fortia;
Tot mundi principes, tanta potentia,
In ictu oculi clauduntur omnia.
Quam breve festum est haec mundi gloria
Ut umbra hominis sunt eius gaudia,
Quae semper subtrahunt aeterna praemia,
Et ducunt homines ad dura devia.
O esca vermium! o massa pulveris!
O roris vanitas, cur sic extolleris?
Ignorans penitus utrum cras vixeris,
Fac bonum omnibus quamdiu poteris.

Digitized by Google

Haec carnis gloria, quae magni penditur
Sacris in Litteris flos foeni dicitur;
Ut leve folium quod vento rapitur,
Sic vita hominis luci subtrahitur.
Nil tecum dixeris quod potes perdere,
Quod mundus tribuit, intendit rapere:
Superna cogita, cor sit in aethere,
Felix qui potuit mundum contemnere.

Quamquam de poetae vel de poetarum nominibus quidquam pro certo affirmare non ausim neque quemquam ausurum puto propter incredibilem quae apud medii aevi homines exstitit auctorum incuriam, hoc dudum mihi constitit, versus quos uno tenore Mabillon descripsit non unum, sed duo continere carmina: alterum constare vss. 1—16, alterum vss. 17—56, id quod rhythmus inde a vs. 17 immutatus satis superque comprobat. Non me fugisse sive editoris sive typothetae errorem in vs. 2, ubi *virtus* male pro *virus* expressum est, addere vix opus esse opinor.

In qua re alios mecum consentire postea vidi. Nuper enim Merrill [1]) v. cl. et alia S. Bernardi carmina edidit et unum, quod ex iis, quos supra descripsi versibus complectitur vss. 1—16 exceptis versibus 9—12: emendata est corruptela in vs. 2, sed pro *Ut*, quod apud Mabillonem in vs. 16 est, minus bene apud eum legitur *Et*.

Brevi post in manus mihi venit Hymnarium quoddam [2]), in quo hymnum repperi incipientem verbis *Cur mundus militat sub vana gloria!* Legere cum pergerem, mox vidi hymnum hunc integrum quasi editionem aliquanto emendatiorem esse partis alterius Rythmi, quae apud Mabillonem vss. 17—56 efficitur. 'Emendatiorem' dico, quandoquidem primo omissi sunt vss. 25—28, quos meram praecedentis strophae paraphrasin esse quivis agnoscet; deinde melior evasit interpunctio, quae apud Mabillonem hic illic pessime constituta est; denique haec est lectionum discrepantia:

---

1) Latin Hymns selected and annotated by W. A. Merrill, Boston 1904 (pg. 53).
2) Hymnarium, Blüthen lateinischer Kirchenpoesie zur Erbauung. Mit Vorwort von Dr. Carl Bernh. Moll, Halle 1861 (pg. 136).

Digitized by Google

Apud Mabillonem:		*In Hymnario:*
fide (vs. 21)	—	crede (vs. 5)
miseri (vs. 22)	—	fragilis (vs. 6)
Qui (vs. 24)	—	Quae (vs. 8)
dives (vs. 34)	—	Xerxes (vs. 14)
retro (vs. 37)	—	rerum (vs. 17)
sunt (vs. 42)	—	sic (vs. 22)
homines (vs. 44)	—	hominem (vs. 24)
dura (vs. 44)	—	rura (vs. 24)
O roris (vs. 46)	—	O ros, o (vs. 26)
Ignorans (vs. 47)	—	Ignoras (vs. 27)
Fac bonum (vs. 48)	—	Benefac (vs. 28)
carnis (vs. 49)	—	mundi (vs. 29)
Ut (vs. 51)	—	O (vs. 31)
luci subtrahitur (vs. 52)	—	hac via tollitur (vs. 32)
potuit (vs. 56)	—	poterit (vs. 36).

Merrill igitur carmen prius sub S. Bernardi nomine edidit, etsi ipse quoque hymnorum omnium, qui ei attribui soleant, originem dubiam esse praemonet. Carmen alterum in Hymnarii indice sive Iacopono ascribi video sive Walthero Mapes. Utrumque carmen, male in unum coniunctum, a Mabillone S. Bernardo assignatum esse iam cognovimus.

S. Bernardus autem, abbas Cisterciensium in Claravalle qui fuit a. 1115—1153, vixit ab a. 1091 usque ad a. 1153. Iacobus de Benedictis Francisc. (Iacopone de Benedetti), Todis in Umbria natus, vixit ab a. 1221 usque ad a. 1306. Walter Map s. Mapes cum a. 1196 archidiaconus esset Oxonii, in vita fuit inter S. Bernardi et Iacoponi tempora.

At vero qua auctoritate motus Moll v. d. hymnum alterum alterutri viro ascribendum putaverit, num forte quod „Poesie Spirituale" ille scripserit quibus carmen inest „Rinunzia del Mondo", hic versus satiricos composuerit merito celeberrimos — de his omnibus ne verbum quidem addidit.

Si non ipsi S. Bernardo debentur carmina, at aequali eius ea deberi mihi quidem certo certius est: de poeta posteriore aliquo non est cogitandum. Nempe, si quid video, utriusque hymni poeta magnopere miratus est, penitus novit, nonnullis

Digitized by Google

locis etiam imitatus est carmen nobilissimum, quod versibus, qui leonini cristati trilices dactylici vocantur, Bernardus Cluniacensis sive Morlanensis De Contemptu Mundi cecinit[1]): floruit autem hic circ. a. 1140, quo tempore S. Bernardus abbas in Claravalle erat. Morlanensem illum poeta hymni brevioris respicit verbis vs. 12: *Unde quidam sapiens ita de se fatur* atque versibus ultimis ea fere refert quae apud illum ita expressa sunt pg. 19:

O pia gratia, celsa palatia cernere praesta;
Ut videam bona, factaque consona caelica festa.
Non animo coquar, aut sequar, aut loquar omne profanum;
Iungar habentibus aethera civibus, et sequar Agnum.

Strophae autem a Merrillo omissae causam esse suspicor, quod illa propter similia fere stropharum tertiae et quartae initia in poematii finem, i. e. post vs. 16, migraverit, ubi verba ultima *Unde quidam sapiens ita de se fatur* sane absurda viderentur atque toti strophae minarentur perniciem. Quem stropharum ordinem conturbatum minime mirabitur qui quot modis variis in Iubilo rythmico de nomine Iesu eiusdem nostri „doctoris melliflui" et medio aevo et temporibus recentioribus strophae quinquaginta dispositae sint, paulum meminerit.

In hymno vero maiore, qui continetur versibus apud Mabillonem qui sunt 17—56 praeter versus 25—28, haud pauca insunt quae Morlanensis satirae legentem admoneant, velut in pg. 9:

Esset ibi decor Absalon indecor, et coma, nec non
Pes piger Asael, et manus Israel, arida Sampson.
Nullaque Caesaris inscia comparis illa facultas,
Et Salomonia nulla potentia, nulla voluptas.

Atque iterum in pg. 37:

Te decor extulit, Absalon abstulit, ultio duplex.
. . . . . .
Quae tibi gloria? quae tibi gratia? quae tibi doni?
Non tibi gloria, non tibi gratia, quae Salomoni.

Quibus locis eadem nomina *Absalon — Sampson — Salomon*, ordine

1) Bernardus Morlanensis De Contemptu Mundi Libri tres. Latin Satirical Poets II. 7—102 (Roll Series).

Digitized by Google

modo inverso, posita vides quae apud Mabillonem vss. 29—31. Deinde vss. 33—40 manifesto spectant Morlanensis versus qui in pg. 37 sq. leguntur:

Est ubi gloria nunc Babylonia? nunc ubi dirus
Nabugodonosor? et Darii vigor? illeque Cyrus?
Qualiter orbita viribus inscita praeterierunt,
Fama relinquitur illaque figitur, hi putruerunt.
Nunc ubi curia pompaque Iulia? Caesar, obisti:
. . . . . .
Caesare nudus es, et prope nullus es, o ferus ille.
Nunc ubi Marius atque Fabricius inscius auri?
Mors ubi nobilis et memorabilis actio Pauli?
Diva Philippica, vox ubi caelica nunc Ciceronis?
Pax ubi civibus atque rebellibus ira Catonis?

Locos plures hic proferre longum est neque his modo perductus sum ut sive S. Bernardum sive poetam eius aequalem Morlanensis opus pro exemplo habuisse crederem: multo magis ut ita sentirem me impulit utriusque carminis color congruens ac similis ratio qua uterque eorum argumentum suum tractaverit. Quam similitudinem nec Merrillum fugisse apparet qui quidem ad alium S. Bernardi hymnum, sc. de nomine Iesu, observarit: „The hymn is a meditation circling about its subject, like the poem of the other Bernard."

AD SCHOLION HOM. K 515.

Integerne esset versus

οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

multi dubitarunt. In codice A adscripta est lectio Aristarchea: „ἀλαὸς σκοπιὴν", improbatur autem lectio Zenodoti: „ἀλαὸν σκοπιὴν". Dein haec in scholio sequi creduntur: „παροιμιακὸν δέ ἐστιν· οὐ τυφλὸς ἐς σκοπιάς, ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς". Sed revera scripta extant haec: „παροιμιακὸν δέ ἐστι. οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς".

Non affertur igitur proverbium nescio quod, sed ipse poeta dicitur usus esse locutione proverbiali, quae sermonis pedestris hisce verbis redditur: οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν sive: *non caecus* (*caecutiens*) *speculatoris officio fungebatur.*

Litterarum εν notum signum (ἐσκοπιᾶσ̄) editores fefellit.

v. L.

Digitized by Google

APULEIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

Cum ante quinque annos mensem fere Florentiae degerem rogatus a I. v. d. Vliet magistro carissimo, ut textum librorum noni decimi undecimi Apulei Metamorphoseon editionis suae conferrem cum codicibus Laurentianis, qui indicari solent litteris F et Φ vel numeris LXVIII, 2 et XXIX, 2, libentissime viri humanissimi voluntati morem gessi. Quae igitur in libris manu scriptis excutiendis reperiebam recedentia a magistri mei editione, per litteras cum eo communicabam, sperans fore ut disputatio de codice Laurentiano LXVIII, 2 (cf. Mnemos. Vol. XXV p. 386 sqq.) ab ipso viro doctissimo, optime merito de Apuleio, suppleretur et perficeretur. At ille iam (ut Apulei verbis utar) „morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus" tam opera Madaurensis scriptoris quam aliorum discipulis tractanda reliquerat. Equidem quadriennio demum post immaturam deploratamque praeceptoris mortem audeo disputationem supra memoratam absolvere. Verum praeterquam quod recensebo ea, quae editio a van der Vliet curata, omittit adversusque codicum F Φ auctoritatem exhibet, numerum quoque augebo locorum similium, quos in illo libro nisi paucos non legimus. Sed neque discrepantias scripturae, quas Fridericus Gatscha [1]) e codice Φ eruit neque *δμοιότητας*, quas idem collegit, in animo mihi est repe-

1) Quaestionum Apuleianarum capita tria scripsit F. Gatscha. (Dissertat. Philol. Vindobon. Vol. sext. 1898; p. 141—190).

Digitized by Google

tere. Nonnullas autem addam observationes, quae pertinent ad genus scribendi Apuleianum et ad textum constituendum.

Hanc denique opportunitatem nanctus gratias quam maximas Biagi et Rostagno, viris clarissimis, qui bibliothecae Laurentianae praesunt, agere volo, quod tam benevole permiserunt, ut librorum Florentinorum collationem conficerem.

Pag. 188, 21 ad tutelam salutis.

Pricaeus et Hildebrand, ut hanc locutionem illustrarent, aliquot afferunt locos Apuleianos, quibus adiungo (176, 15) ad tutelae praesidia et (190, 15) meae tutelae peruigiles excubias agitauerant.

189, 5 *nichil* Fϕ.

189, 11 mobili ac trepida facie percitus.

Conferre possumus (202, 27) laetitia percitus nuntiat e. q. s. et (Apul. Apol. cap. XII) quae (sc. Venus) sit percita populari amore; praeterea participium praesens generis activi legimus (186, 27) uicinos undique percientes e. q. s.

189, 26 *arreptis* Fϕ.

190, 5 subiti periculi turbine.

Hanc metaphoram Apuleium adamare ostendit Koziol [1]) (pg. 247), cuius exemplis addi possunt (188, 6) in ultimo fortunae turbine et (225, 4) procellam Fortunae saeuientis euadere.

Eandem figuram Sidonius Apollinaris saepius adhibet, velut Epist. IX 9, 6 gentium concitatarum procella ..... cuius immanis hinc et hinc turbo tunc inhorruerat; cf. etiam Epist. II 13, 4; IV 12, 1; VIII 1, 3; Carm. VII, 59.

190, 7 clausis obseratisque ..... foribus (locutio redit 191, 29).

Hic duo participia synonyma coniunguntur: quod persaepe factum esse in Metamorphoseon libris apparet ex Koziol, qui fusius de ea re agit (l. c. pg. 84—102). Quocirca dubito an acquiescere non possimus in supplemento proposito a van der Vliet scribente pg. 105, 1 (germani) complexus indulge fructum et tibi deuotae ⟨*caraeque*⟩ Psychae animam gaudio recrea. Nam

1) Der Stil des L. Apuleius von H. Koziol. Wien 1872.

Digitized by Google

contra Apulei generis dicendi proprietatem editor inseruit adiectivum, cum participium requiri videatur. Lacuna autem est octo fere litterarum, quarum duae priores fuerunt *de*, itaque censeo scribendum: deuotae *deditaeque* (= *deditequ*). Quam lectionem tueri videntur verba: maritis aduenis ancillae deditae (101, 10), quae spectant ad Psychae sorores. Dedendi verbum Apuleius praeterea agnoscit pg. 31, 1; 95, 3; 221, 1 cet.

Editor certe improbans adiectivum coniungi cum participio scribit: (205, 19) occursoriam potionem et *inchoatiuum* gustum pro codicum scriptura *inchoatum*.

190, 11 *nactus* φ. 13 *somnum* φ primo, post manus recens *p* inseruit inter *m* et *n*. 23 *periclitantur* φ, *percõtantur* F^2, sed ante *c* et post eandem litteram manifesta vestigia mutationis manserunt. Utrumque verbum Apuleius usurpat, nempe percontari pg. 205, 27; 218, 28 cet. Periclitandi verbum legitur infra pg. 191, 8 cet.; adsciscit autem (sicut nostro loco) coniunctionem *an* supra pg. 127, 19 (periclitabor an).

190, 24 de caelo .... missus mihi sospitator.

Ad hunc locum Pricaeus laudat Tibull. I 3, 90

Sed videar caelo missus adesse tibi [1]).

Fieri autem potest ut Apuleius in risum vertere voluerit duos locos Livianos, nempe (VIII 9, 10) aliquanto augustior habitu humano visus, sicut caelo missus (sc. Decius Mus) piaculum omnis deorum irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret et (XXII 29, 3) Iam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam Fabiana se acies repente velut caelo demissa ad auxilium ostendit.

Equidem non facio cum Gatscha, qui l. c. pg. 156 (in adnot.) scribit: dubito num Livium ipsum legerit Apuleius; nam certa imitationis vestigia extare non existimo. Immo et hic (190, 24) et aliis locis non ita paucis Apuleium in Livii verba iocari persuasum mihi habeo. Cf. quae dixi sub 197, 17; 262, 6 cet.

191, 14 producor ad uiam.

Cum hac locutione comparare possumus (194, 19) ad uiam prodeunt; (222, 8 me) producit ad uiam; (175, 17) nos ad uiam propellunt.

191, 24 postrema lasciuia famigerabilis.

Eandem fere vim quam hic habet *postremus* etiam (204, 5)

1) Vide sub 209, 15.

Digitized by Google

postremis lamentationibus et (214, 22) postremas ..... clades. *Extremus* adiectivum est synonymum in exemplis, quae affert Novák (pg. 22) [1]).

192, 1 mulier candida et ad huiusmodi flagitia perastutula.

Hic certe vis suffixi deminutivi plane nulla est neque inepte conferas: (186, 5) copia laetati largioris quaesticuli; verum omnino adeatur Koziol l. c. pg. 260 cet.

192, 6 *siccine* ϕ^1 *sicçine* ϕ^2 (cf. 190, 17 adhuccine). 8 *pab* (= parabis) ϕ.

192, 13 confutatus maritus.

Eadem vi praeditum redit confutandi verbum infra 195, 15 quem locum laudat Pricaeus. Aliam autem significationem habet pg. 254, 8 confutabat (sc. interula) optutum.

192, 16 *uides, istut* F^2, sed virgulam et priorem *t* addidit m. r.

193, 7 „quin tu, quicunque es homuncio, lucernam" ait, „actutum mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus diligenter ⟨*an*⟩ aptum usui possim dinoscere e. q. s.

Pricaeus primus addidit *an*, quae particula in Metamorph. saepissime inservit sententiae interrogativae coniungendae cum sententia principali. Nihil tamen impedit quominus temptemus: *aptumne* usui possim dinoscere e. q. s., praesertim cum inveniatur (177, 31) eum rogauit unus e nostris haberetne uenui lactem e. q. s.

Hic quoque dicendum est van der Vliet minus recte contra codicem edidisse (184, 5) uenist*ine* tandem miserrimi laboris uicarius? In talibus enim enuntiatis Apuleius identidem particulam omittit, velut (157, 5) uidetis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum? Accedit quod hic scriptor irridet Vergilium laudando ipsa poetae verba (Aen. VI 687):

venisti tandem, tuaque expectata parenti
vicit iter durum pietas cet. [2]).

193, 27 sorte unica p casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Hoc exhibet codex, quod manifeste corruptum est. Van der Vliet edidit: per casum tabulis pluribus enotata, alius aliud.

---

1) Quaestiones Apuleianae. Scripsit Robertus Novák. Pragae 1904.
2) Cf. Aeneis Buch VI erklärt von Norden pg. 296.

Digitized by Google

Mihi verisimile videtur post illud *p* (= per) paucas syllabas similitudine proximi vocabuli *casulis* excidisse. Fortasse igitur verum est: sorte unica *perastutuli* casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Casulis pluribus habeo pro dativo commodi qui dicitur. Inserta autem voce Apuleius utitur: (pg. 192, 1) mulier callida et ad huius modi flagitia perastutula.

193, 29 *cabillantur* Fφ (at 195, 27 *cauillantes*).

194, 19 *uia*ˀ *tota*ˀ (= uiam totam) φ. 21 *stagnāti* (= stagnanti) F *stagnati* φ. 23 *lassibus* φ^1 at m. r. superscripsit *lapsibus a labor*.

195, 5 *coarctant* φ. 13 *repiret* φ. 18 *quā* φ (etiam F^1 compendiose exhibuit *quam*, at F^2 habet *qua*). 24 *compingunt* (compendiose scr.) φ. 24 *pso* F. 25 *donarum* φ.

195, 25 apud fani donarium.

Non inutile puto praecipuos locos recensere ubi praepositio *apud* praedita est eadem potestate atque hic. Sunt autem hi: (20, 1) apud Athenas (quocum conferas velim: (31, 20) Corinthi apud nos); (68, 26) apud mea praecordia; (84, 10) apud nostros animos; (154, 10) apud historiam; (266, 27) apud cogitationes meas revolvebam; (273, 22) apud meum sensum disputo.

196, 2 *fileb*; Fφ. *comperauerant* primo fuit in F, at post prima manus *n* induxisse videtur. 13 *habundanter* φ. 15 *Sed* F. 18 *circumflueatis* (aut *-utis*) est in F. 26 *leniorem* φ exhibet potius quam *leviorem*. 28 *dampnosam* φ. 29 *uaculis* φ^1 sed m. r. scripsit *b* supra priorem *u*.

197, 6 *coetu* Fφ. 11 *indign*; φ^1 at m. r. scripsit *uus* supra *n*; inductum.

197, 12 familiari curiositate (repetitur ex pg. 56, 23).

Quae sint verba synonyma docet ipse auctor: (198, 9) nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar; (199, 13 quae) saevitia multo mihi magis genuinam curiositatem in suos mores ampliaverat.

Porro legimus: (204, 11) sumpta familiari constantia; (218, 21) familiarem cohibere insolentiam cet.

197, 15 *illic* Fφ.

197, 17 centunculo magis inumbrati quam obtecti.

Hic quoque deprehendimus locum, ubi Apuleius Livium denotare videtur, declarant enim haec exempla: (Liv. XXI 58, 8) tegminibus suis magis obruti quam tecti; (XXII 5, 3) onerati magis iis quam tecti; (XXII 30, 4) plebei scitum quo oneratus sum magis quam honoratus.

Digitized by Google

Facile iam unusquisque credet Apuleium hominem Madaurensem multumque versatum in litteris Graecis et Latinis bellum Hannibalicum certe luculentissime enarratum a Livio legisse (cf. quae dixi ad 190, 24).

197, 22 *adhesi* φ. 198, 3 *inenorme* ὑφ' ἓν Fφ.

198, 6 ueterisque Lucii fortunam recordatus et ad ultimam salutis metam detrusus summisso capite maerebam.

Eadem cogitatio invenitur supra: (143, 24) Haec eo enarrante ueteris fortunae et illius beati Lucii praesentisque aerumnae et infelicis asini facta comparatione medullitus ingemebam e. q. s. Conferri oportet Eurip. Iphig. Taur. 1121 τὸ δὲ μετ' εὐτυχίαν κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών. Nec non per lectorem liceat afferre: (Dante Inf. V 121)

Nessun maggior dolore
Che ricordarsi del tempo felice
Nella miseria.

198, 9 *michi* φ. 11 *loqūt*^{3} (= loquuntur) φ.

198, 12 nec inmerito priscae poeticae diuinus auctor apud Graios summae prudentiae uirum monstrare cupiens multarum ciuitatum obitu et uariorum populorum cognitu summas adeptum uirtutes cecinit.

Vix opus est dicere Apuleio hic ob oculos versari (α 3) πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδε ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Alterum locum, ubi auctor Odysseae memor est, habemus: (pag. 7, 16) Aethiopes utrique, quod comparandum est cum α 23 Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, e. q. s.

Iliadem autem significat primum (pg. 246, 27) Erat mons ligneus ad instar incliti montis illius, quem uates Homerus *Idaeum* cecinit e. q. s., tum (pg. 29, 1) balteo suo cincta (sc. Venus), quod spectat ad κεστὸν ἱμάντα illum (cf. Ξ 214).

198, 16 gratas gratias .... memini (repetitur ex pg. 16, 24; assimiliter dictum est: (152, 15) gratias summas .... mihi meminisse non destitit).

Est nimirum Graecismus et valet idem quod χάριν εἰδέναι. Ceterum annominatio illa redit (pg. 249, 1) Gratiae gratissimae.

198, 18 <*at*> multiscium reddidit.

Quod van der Vliet inseruit *at*, animadvertendum est a manu recentiore in φ *tamen* scriptum esse supra *multiscium*. 24 *thori* φ.

198, 24 ut hercules eius uicem .... frequenter ingemescerem.

Digitized by Google

Comparare possumus: (Cic. ad fam. XII 23, 3) tuam vicem doleo et (ad Att. VIII 2, 2) Quoius ego vicem doleo.

Apuleius insuper habet: (218, 11) hortulanus .... suosque casus grauiter ingemescens.

198, 28 saeua scaeua.

Eandem annominationem invenimus: (32, 8) scaeuam an saeuam. Dignae sunt quae conferantur paronomasiae: (67, 6) sero quidem, serio tamen subuenit; (111, 9) rimatur .... et mariti sui miratur arma (cf. 234, 7-9 rimantur .... mirati); (241, 9) nescius nesciam cet.

199, 1 tunc spretis atque calcatis diuinis numinibus in uicem certae religionis mentita sacrilega praesumptione dei, quem praedicaret unicum e. q. s.

His verbis hodie viri docti [1]) suspicantur ab Apuleio mulierem Christianae fidei perstrictam esse.

199, 3 *consictis* F φ. 6 *mancipat* φ. 8 *subiugi* F² (at F¹ fortasse *subinugi*) *subiungi* φ. 14 *comeantem* φ. 18 *aliq̄n* φ. 21 *insepabilis* φ. 27 *erum ꝓnabilis* φ².

199, 29 longule etiam dissita facillime sentiebam.

Comparari oportet Florid. cap. II (ed. van der Vliet pg. 146, 11) neque longule dissita neque proxume adsita possumus cernere e. q. s. et Metam. 225, 6 ad longissime dissitas festinare uillulas.

200, 3 *herilis* φ. 13 *çelotypum* φ. 19 *formositate* F φ. 21 *ad ħ* (= haec) φ.

200, 28 cum .... profectionem pararet pudicitiamque carae coniugis conseruare .... cuperet, seruulum suum .... commonet e. q. s.

Ecce alliteratio prope continua! Confitendum autem est scriptorem interdum hac figura abusum esse. Legimus quidem in una pagina 152ª (vs. 11) Fotidi diras deuotiones; (vs. 16) maritum mihi meminisse; (vs. 17) honores habituri; (vs. 23) discurrerem daturus dominis; (vs. 24) multas mulas.

201, 1 *ꝑaret* φ (cf. 201, 21 *ꝑat'* (= paratus)). 7 *digitotenus* ὑφ' ἕν F φ. 12 *dn̄a sua* F¹ *dn̄a⌉ suā* F². 13 *destrictam* F, *districtam* φ. 15 *p̄ndens* (= prendens) F φ. 16 *ꝓuincie* F¹, post manus recens deleta littera *n* addidit lineolam curvatam supra *c*. 17 *philesitheri* F φ. 17 *matronę* F¹, post m. r. addidit *t* supra *t* paulum erasam. 18 *pulcritudo* φ. 19 *castitatae* F.

1) Cf. Schanz² Gesch. der Röm. Litteratur III Teil pg. 141.

Digitized by Google

201, 22 certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae sint difficultates peruiae e. q. s.

Primum *certus* genitivum adsciscit sicut (77, 9) certus erroris, (230, 36) certum extremae poenae, (110, 2) incerta consilii cet., tum pendet a *certus* sententia secundaria incipiens a *quod*, cum plerumque accusativus cum infinitivo sequatur velut 203, 30; 229, 10; 245, 2; 252, 6 cet.

201, 23 *fidī* φ. 25 *oportune nactus* φ. 25 *myrmicis* Fφ. 26 *medelam* φ.

201, 28 (ni) maturius cupito potiatur.

Idem legitur supra: (111, 26) ut diutius cupitis etiam nocte potiretur. Utroque loco haud dubie Apuleius imitatur Ovidium (Fast. III, 21):

Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

202, 1 (his) et huiuscemodi suadelis ualidum addens ‹*aes*› *adigit* cuneum, qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolenter diffinderet.

Adigit scripsi e coniectura praeceptoris mei, qui voluit praeterea: ualidum addens *argumentum*, sicut in tali re belgice loqui solemus. Equidem inserui *aes*, quod proprio sensu *metalli* translato *pecuniae* sententiae sufficere videtur.

Vox aeris occurrit (131, 10) aes si forte prae manu non fuerit; (193, 10) nisi nos putas aes nostrum de malo habere cet.

202, 7 *mirmex* φ (sicut vs. 24). 10 *puectus* Fφ. 13 *indiuersas* ὑφ' ἓν Fφ. 15 *formosae* φ. 17 *quāđ* φ *quamuis* F. 17 *herilis* φ. 27 *philesithero*.

203, 1 aureos .... aereos.

Haec annominatio nos admonet illius quam legimus Florid. VI (ed. van der Vliet pg. 151, 18) non illi norunt aruum colere uel aurum colare e. q. s.

203, 1 $\overline{q}$ (= quae) φ. 1 *norat* Φ^1 sed m. r. scripsit *r* supra *r*. 9 *iam clamat* constat a correctore additum esse in φ. 15 *phylesitherus* φ. 15 *cognicas* φ^1 sed m. r. scripsit *tu* supra *cog* expunctum. 17 *mirmex* φ. 23 *erenata* ὑφ' ἓν Fφ. 28 *mirmice* Fφ. 29 *adtrahi* F, *atīhi* φ.

204, 3 *pone* F, sed prima manus eodem atramento superscripsit *ppe* (= prope). 3 *mirmex* φ. 12 *mirmecem* φ. 13 *ad* φ^1, sed m. r. superscripsit *at*. 17 *mi* φ. 18 *uincu* F^1 (scriptum in extremo versu, at m. r. in marg. addidit *la*), *uincla* φ, sed vocabulum rescriptum est. 20 *h̄* (= hac) φ. 22 *post liminio* $F\varphi^1$. 22 *mirmice* φ. 25 *actenus* $F\varphi^1$.

205, 3 *compat* φ (cf. vs. 18 *patam* φ) 7 *oportune*. 8. Supra *ergo igitur* in F



Digitized by Google

scriptum est *loq̄r' asin*ᵀ (= loquitur asinus), erravit ergo van der Vliet putans *inquit* superscriptum esse.

205, 11 reuelatis luminibus.

Oppositum legitur pg. 197, 1 luminibus obtectis (cf. 196, 17 uelata facie). Revelandi verbo Apuleius saepissime utitur velut (40, 8) reuelat (sc. corpus); (41, 22) reuelata facie; (53, 15) corpora .... necatorum reuelari; (221, 26) cista ... reuelata; (236, 25) reuelata sc. carpenta. At translato sensu adhibet (57, 18) reuelare secreta; (208, 10) reuelatis fraudibus cet.

205, 13 sol ipsum quidem delapsus Oceanum.

Koziol (l. c. pg. 338 et 339) et Hildebrand (pg. 790) plurima verba enumerant, quae Apuleius construere solet cum quarto casu, addi autem possunt: (253, 4) lucos .... inerrans; (63, 14) cum penetrauerint larem; (264, 5) ripam maris proximamus (contra 65, 17 praesepio ... proximantem); (208, 11) alueum succubabat; (13, 17) Socraten ... superruo.

205, 14 *urb̄* ϕ^1 *orb̄* ϕ^2; etiam in F^1 videtur exaratum fuisse *urb̄*, nam littera *o* a qua nunc verbum incipit minima est atque vestigia mutationis prae se fert. 18 *sabiis* F^1 *sauiis* F^2. 24 *albeo* $F\phi^1$ *alueo* ϕ^2.

206, 7 uxor noscendae rei cupiens.

Repetitur magnam partem ex (pg. 146, 16) rei noscendae carpo ordinem.

206, 8 *obtundere* ϕ. 11 *dom'* (= domus) quod in ϕ praetermissum fuerat supra versum addidit prima manus (ut vid.).

206, 13 femina quae *secundo* ... *rumore* gloriosa larem mariti pudice gubernabat e. q. s.

Van der Vliet in lacuna trium litterarum scripsit *sēp* (= semper), quod Φ inter *quae* et *secundo* exhibet. An supplendum est *oīu* (= omnium) [1]? Apuleio certe dignum fuit: quae semper secundo *omnium* rumore gloriosa larem mariti pudice gubernabat. Conferre possumus Front. (ed. Naber.) p. 209, 10 longeque praestat secundo gentium rumore iniuriam neglegere quam adverso vindicare.

Invenitur praeterea apud hunc Apulei aequalem: (180, 3) et tu fortasse aliquid de me secundi rumoris acceperis.

Fronto et Apuleius alterum locum similem nobis praebent

1) Cf. quae dixi ad 217, 15.

Digitized by Google

valde notabilem: legitur in Metamorph. (pg. 6, 2) secundum quaestum .... profectus et in Arione (Front. pg. 237, 5) secundum questum profectus.

206, 14 *rumore* F sed quattuor priores litterae rescriptae sunt. 14 *głosa* (= gloriosa) Fφ. 17 *mo̅to quo nos* (omnes litterae refectae sunt) F.
297, 5 *protinus* φ.

207, 10 absque noxa nostri.

Nonnumquam pronomen personale pro possessivo usurpatur velut (16, 27) sine fatigatione sui (quod redit pg. 97, 1); (148, 24) uestri [1]) causa (contra legitur (224, 16) tua causa).

Memorabilis quoque est genitivus pron. pers. in his locutionibus: (259, 25) medio sui patore; (274, 6) aliquo sui signo cet.

207, 10 adseuerans breui absque noxa nostri suapte ‹*sponte*› inimicum eius uiolentia sulpuris periturum.

In cod. in extremo versu exstat scriptum *suapte*, post quod vocabulum spatium vacuum est trium quattuorve litterarum; novus autem versus incipit inde ab *inimicum*, itaque non male van der Vliet et alii desiderant *sponte* nisi forte quis *sua sponte* praefert, ut accuratius spatium vacuum expleatur. Metamorphoses vero agnoscunt *suopte* (cf. 162, 27 suopte pondere) et *sponte* (cf. 174, 3 sponte delatus ibidem ad sepulchrum).

207, 11 *sulphuris* φ. 12 *nec* F¹ *Nec* F² *inpudicam* φ¹ *impudicam* φ². 29 *talis* F, sed partes superiores litterarum *i* et *s* rescriptae sunt.
208, 1 *comota* F, videntur omnes litterae primae manus esse.

208, 2 identidem suadebat maritum temperius quieti decedere.

Cum hac constructione conferatur: (103, 17 summa est) ut te suadeant meos explorare uultus. Eodem modo Vergilius dixit (Aen. XII, 813):

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri | suasi ....

Quibus perspectis vereor ut audire possimus van der Vliet edere iubentem: (207, 14) uxori eius suasi e. q. s. (pro codd. lectione: uxorem).

208, 3 *utpote* φ¹ at m. r. in parte dextra superscripsit *qui*. 4 *profugeret* φ¹ at m. r. scripsit *at* supra *et*. 5 *quāb* φ. 6 *michi*. 6 *penita* videtur exaratum esse in marg. F. 21 *p̅ssos* videtur exaratum esse in marg. F. 29 *nichil* F *nil* φ. 31 *sulphuris* φ.
209, 12 *thorum* φ.

1) Cf. Boeth. III 1, 20 tui causa.

Digitized by Google

209, 15 cum primum rota solis lucida diem peperit.

Hic Hildebrand comparat (Tibull. I 9, 62):

Dum rota Luciferi provocet orta diem.

Sed ipsis Apulei verbis magis respondet Lucret. V 432

Hic neque tum solis rota cerni lumine largo
altivolans poterat e. q. s.

Ad hunc locum Lucretianum Munro multas ὁμοιότητας collegit.

209, 16 *peperit* repetitum supra *peperit* fortasse ab eadem manu, quae pleraque huius capitis verba rescripsit in F. 21 *corrumpis* Φ. 28 *pturbauit.* 30 *quāḃ.* 31 *ar millum* sic divisim scr. in Φ.

210, 5 *larba* F^1 *larua* F^2; *larua* φ (sed refectum). 8 *facinerosae* F *facinorosae* φ. 19 *affirmas* Φ.

210, 27 comae .... pleramque eius anteuentulae contegebant faciem.

His verbis statim subiungimus: (vs. 21) crines pendulos et (184, 23) crinesque pendulos e. q. s., ut cum his tribus Metamorphoseon locis conferamus unum ex Floridis, nempe cap. III (ed. van der Vliet 148, 22) crines eius ... anteuentuli et propenduli.

211, 8 atque ut illis saepicule et *interuocaliter* clamantibus nullus respondit dominus iam forem pulsare ualidius et quod diligentissime fuerat oppessulata, maius peiusque aliquid opinantes nisu ualido reducto uel diffracto cardine tandem patefaciunt aditum.

Novák l. c. pg. 61 *interuocaliter* ortum putat ex *iter uocaliter*, quod et ipsum dittographia quadam natum esset ex *uocaliter*. Mihi quoque illud *inter* corruptum videtur. Quoniam autem scriptor dicere vult dominum non solum identidem sed etiam maxima voce a servis vocatum esse, scribo:

atque ut illis saepicule et *insuper* uocaliter clamantibus cet.

Coniecturae meae favet: (275, 11) Ergo igitur cunctis adfatim praeparatis, decem rursus diebus inanimis contentus cibis *insuper etiam* deraso capite principalis dei nocturnis orgiis inlustratus e. q. s.

Et insuper occurrit 185, 7; 204, 18 cet.

211, 11 Hic membrana pluribus locis perforata est, quamobrem multa vocabula divisim scripta sunt, velut (vs. 11) *oppes sula ta* (vs. 19) *comita tu* cet.

Digitized by Google

211, 24 sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies adhuc nodo reuincta ceruice eique totum nouercae scelus aperuit.

Nequit dubitari quin Apuleius imitatus sit hos versus Vergilii (Aen. I 353):

ipsa sed in somnis inhumati venit imago
coniugis; ora modis attollens pallida miris
crudeles aras traiectaque pectora ferro
nudavit, caecumque domus scelus omne retexit.

211, 27 *ea* F *et* φ.

212, 1 *sollempnibus* φ. 10 *honustum* F (et φ in margine). 13 *hortum* F *ortum* φ.

212, 13 ac dum fodiens dum irrigans ceteroque incuruus labore ⟨*quaesticulo*⟩ deseruit, ego tantisper otium placida quiete recreabar.

Deserviendi verbum dativum requirere videtur cf. (161, 32) uoracitati suae deseruit; (277, 4) ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem. Vocabulo *quaestui* ab editore inserto deminutivum substitui, ut hic quoque post *uictum* (vs. 7) legeretur *quaesticulo*, sicut pg. 275, 15 quae res ... etiam uictum uberiorem subministrabat, quidni spiritu fauentis Euentus quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani. Etiam pg. 186, 5 deminutivum invenitur.

212, 17 *m̄suum* (= mensuum) F.

213, 3 *q̊da*⌉ (= quadam) φ. 6 *cohibut'* φ *cohibutus* F¹ sed m. r. priorem *u* correxit in *i*. 7 In F post *tempore* spatiolum duarum fere litterarum in extremo versu vacuum est.

213, 11 nec moratus meus ..... profectionem comparat.

meus tantum habet F, at φ exhibet (quod van der Vliet fugit) *meus dominus*. Eandem ἔλλειψιν tuetur uterque codex (218, 19) at meus adhuc maerore permixtus; sed plene dictum est (212, 21) quippe cum meus dominus e. q. s. (cf. etiam 183, 14 cet.).

214, 2 *cepit* F *cēp* φ. 5 *deiscens* Fφ¹, in φ m. r. superscripsit *pansa*. 11 *reuullire* F¹ φ¹ *rebullire* F² φ². 13 *adtrahens* F¹ φ *adtraētes* F². 20 *Ad hoc* F¹ φ *ad hoc* F². 25 *iis* F¹ φ¹ (ut vid.) *his* F², sed vestigia alterius *i* manserunt. *hiis* F². 27 *At* F¹ *at* F².

215, 5 iamque tota frugalitate spoliatum (sc. pauperem vicinum) ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat finiumque inani commota quaestione terram totam sibi uindicabat e. q. s.

Digitized by Google

Res hoc loco ab Apuleio commemorata similis est factis, quae Plutarchus tradit in Vita Tib. Gracchi (cf. cap. 8 ἐξωσθέντες οἱ πένητες e. q. s. οἱ πλούσιοι ... τοὺς πολίτας ἐξελάσαντες [1]) e. q. s.).

215, 8 *agraestis* F *agrestis* φ, sed *r* rescripta est. 12 *Aderant* F¹ *aderant* F². 14 *praesentiam* φ. 16 *uoluit* F² φ. 25 *tirampnica* φ. 28 *sulphur* φ.
216, 6 *alumpnatos* φ.

216, 7 in eorum exitium inhortatos (sc. canes) immitti praecipit.

Hic *praecipere* constructionem verbi *iubendi* sequitur sicut (223, 24) ad se uocari praecipit filium; (262, 14) praecipit..... mihi linteam dari laciniam; cf. etiam pg. 25, 22 cet.

Verum iungitur cum coniunctivo pg. 104, 23 tu modo Zephyro nostro rursum praecipe, fungatur obsequio [2]) e. q. s.; pg. 270, 8 praecipit, decem continuis illis diebus cibariam uoluptatem cohercerem e. q. s.

216, 7 $\bar{p}cipit$ F¹, sed m. r. scripsit *e* supra priorem *i*; *praecepit* φ. 9 $\overset{3}{f}$ (= sunt) in F legitur in extremo versu adiectum fortasse a m. r.; in φ quoque compendiose post additum est. 12 *irritatiores* φ. 14 *etribus* ὑφ' ἓν F.

216, 15 terrae prosternitur.

Dativus solet apud Apuleium comitari verba, qualia sunt: prosternere, adplodere, procumbere cet. velut (217, 3) terrae concidit, (219, 13) terrae adplodit, (225, 27) terrae procumbit; (65, 22) angulo stabuli concesseram cet.

216, 15 Si codicum Fφ auctoritatem sequi volumus, nobis scribendum est: saeuisque illis *et* ferocissimis canibus e. q. s.

216, 17 *adolescentem* Fφ (sed 217, 2 *adulescens* F *adolescens* φ).

216, 19 atque ut eius letalem ululatum cognouere *ceteri* fratres e. q. s.

Eodem fere modo *ceteri* usurpatur: (54, 12) una de ceteris theatri statuis uel columnis; (277, 4) ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem; (213, 18) una de cetera cohorte gallina. Ultimo loco scripturam traditam strenue defendit Novák (l. c. pg. 62).

---

1) Cf. Mommsen[8] Röm. Gesch. II Bd. 1889 pg. 81.
2) Cf. Draeger Hist. Syntax II[er] Bd. pg. 282.

Digitized by Google

216, 24 uindicarent *de* pollutissimo diuite mortem fratris.

Talem constructionem *vindicare* habet etiam Plin. Ep. IV 11, 14 seque de fortuna praefationibus vindicat (sc. Valerius Licinianus). Quamquam praepositio *de* ablativum comitatur, tamen non eadem ratio atque hic subest huic loco (215, 16): cum alioquin pauperes etiam liberali legum praesidio de insolentia locupletium consuerint uindicari.

217, 1 (iniecta lancea) alterum per pectus medium transadegit.

Transadigere, verbo poetico, Apuleius utitur etiam pg. 76, 13; 167, 5; 173, 25. Apud Vergilium bis invenitur: Aen. XII 276 et 708.

217, 7 *tertij* φ. 10 *nōulla*[1] (pro: *nonnullam*) φ. 15 *frm̄* (= fratrum) φ. In F quoque hoc vocabulum compendiose scriptum est, videtur autem ultima littera fuisse *u*.

217, 16 de prostratis tuis ciuibus gloriose triumpha.

Fieri potest ut hic Apuleius oratione significet Plutarchum, qui in Vita Caesaris narrata victoria ad Mundam reportata sic pergit: (cap. LVI) Τοῦτον ἔσχατον Καῖσαρ ἐπολέμησε τὸν πόλεμον· ὁ δὲ ἀπ' αὐτοῦ καταχθεὶς θρίαμβος ὡς οὐδὲν ἄλλο Ῥωμαίους ἠνίασεν cet.

217, 24 nec tamen *sui* molliorem prouocarat e. q. s.

Comparandum est: (185, 1) prorsus quasi deum praesentia solebant homines non sui fieri meliores sed debiles effici uel aegroti.

217, 26 *arripit* Fφ *librato* F² φ.

218, 4 *arrepto* φ. *iugulam* F *iugulum* φ. 18 *arroganti* φ. 24 *supplicue* φ. 28 *opus* ÷ φ. 30 *loro me quo ducebar arreptum* F. *loro quo me ducebant arrepto* φ. *rursum* φ.

218, 33 (hortulanus) rursus deprecatur ciuilius atque mansuetius uersari commilitonem.

Deprecari diversa ratione iungit auctor, nam hic construitur cum accusativo cum infinitivo, rursus cum coniunctivo pg. 63, 29 utque mihi prosperis faueret uolatibus deprecatus et pg. 219, 28 deprecatur periclitanti sibi ferret auxilium e. q. s.

219, 3 *nichilominus* φ. 5 *anelitu* φ. 6 *Et dum* φ¹, sed m. r. scripsit *ne* supra *Et* inductum. 6 *ydoneus* φ. 9 *deuastiore* ὑφ' ἓν Fφ. 12 *arreptis* Fφ.

220, 2 *quo ad* F *quoad* φ. 5 *adtracto* φ¹, sed m. r. scripsit *t* supra *d* expunctam.

Digitized by Google

14 *nactus* φ. 17 *āmissam* φ (m. r. superscripsit *pdita3*. 18 *quę* F^1 *q;* F_2, at ϕ^1 exhibet $\overline{q}$, quod m. r. mutavit in *q3*. 20 *tuc* (= tunc, sicut 219; 24 sed 220, 24 $\overline{tc}$ = tunc) φ. 22 *inuia ὐφ' ἓν* Fφ (at vs. 26 *de nuntiant* φ *denuntiant* F). 23 *repisse* ϕ^1 at m. r. exaravit *p* supra *p*.

220, 25 ueniunt ad deuersori nostri *fores* [1]).

Merito Apuleius hic plurali numero utitur, sicut (27, 12) fores Milonis accedo; (162, 25) stabuli fores offirmari; (171, 20) tacitus fores meas accedas cet.

Invenimus autem (211, 4) adducta fore, quod repetitur ex pg. 9 vs. 9 et (211, 10) forem pulsare. His tribus locis sermo est de cubiculo.

Translate auctor ponit (148, 19) contorta et uituperanti nare et (183, 23) nare detorta; at proprio sensu scribit (27, 1) naribus ..... ariolabar tuccetum, (142, 6) faetore nimio nares aestuet, (151, 21) proflatisque naribus rudiui, (170, 21) odor .... per nares meas percurrit.

Eandem rationem sequuntur medela et medelae, ut apparet ex (177, 23) uulneribus medelas .... adhibere, (252, 28) partu fetarum medelis lenientibus recreato et

(201, 25) amorem suum aperit et supplex eum medelam cruciatui deprecatur, (237, 23) uaesanae libidini medelam capiens, (224, 13) medela ipsa et salus unica mihi tute ipse es (cf. 63, 24; 64, 22; 242, 23 cet.).

Interdum singularis numerus vim collectivam habet (78, 11) immanis ursae comparabat numerum, (272, 24) indefessi sermonis aeterna serie, (183, 30) conlaticia stipe de mensa paratus (contra (130, 29) duas stipes; (237, 17) stipes acceptans cet.).

Substantiva abstracta singularem requirunt: (196, 7) multiuii circuitus intorquebant molas ambage uaria (contra (212, 16) siderum ordinatis ambagibus); (196, 9) prorsus instabili machinarum uertigine.

Rursus abstractum pro concreto adhibitum facile pluralem admittit: (277, 1) gloriosa in foro redderem patrocinia, quocum conferas (275, 17) quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani.

Perspicuum est cur pluralis numerus adhibeatur hisce locis:

---

1) Haec omnia exempla desidero apud Koziol l. c. pg. 250—253.

Digitized by Google

(194, 17) conraserant non paruas pecunias; (237, 17) non paruas summulas.

Uberrimum fontem substantivorum plurali numero enuntiatorum praebet liber undecimus, cuius color omnino poeticus est; satis habeo afferre: (253, 2) delubris Ephesi; (266, 6) praesentibus gaudiis; (270, 13) turbae sacratorum; (271, 2) ad profanorum intellegentias.

Neque tamen eiusmodi substantiva pluralia desunt in aliis libris: (227, 20) principia dicere; (248, 17) tropaeisque bellorum inclitum suis adminiculis futurum cet.

221, 7 adiurantes genium principis e. q. s.

Adiurare saepe apud Apul. cum accusativo iungitur cf. (43,8) adiurans cuncta numina; (57, 1) adiuro enim tuum mihi carissimum caput (quocum conferas Catull. 66, 40 .... adiuro teque tuumque caput et Vergil. XII 816 adiuro Stygii caput implacabile fontis); 215, 18 suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans; de deo Socr. V (Goldb. pg. 10, 16) utrumque idoneum non est, quod adiures.

Attamen alia constructio invenitur: (63, 7) adiuro per dulcem istum capilli tui nodulum e. q. s. (219, 1) idque per spes prosperas eius orabat adiurans.

221, 9 *de tegere* F *detegere* φ. 10 *puplicis* φ. 12 *comparare* F *comparĕ* φ. 23 *protinus* φ. 28 *puplicum* φ.

In subscriptione corrigatur *Olibio*, quod exaratum est in Fφ; praeterea notentur haec: *Salustius* φ. *ůc* Fφ. *cōstantinopoli* φ.

(*Continuabuntur*).

AD LUCIANUM.

De Iovis minis ex Homero notissimis sic Mars Deor. Dial. 21 § 1: „ὅτι μὲν καθ' ἕνα πάντων ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν οὐκ ἂν ἀρνηθείην, ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταπονήσειν αὐτόν, κἂν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην."

Ut decurrant haec, sic sunt corrigenda: ὁμοῦ δὲ ὄντων τοσοῦτον ὑπερφέρειν ὡς κτἑ.

Cf. ipsius Iovis apud Homerum verba (Θ 27): τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων. v. L.

Digitized by Google

TRIFOLIUM HORATIANUM.

SCRIPSIT

P. H DAMSTÉ.

SAT. II. 1 VS. 62.

Trebatius poetae se satiras scripturum asseveranti quaecumque vitae suae fuerit condicio, respondet:

O puer, ut sis
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat.

Locus accuratam explicationem non admittit: locutio *frigore te feriat* si significat: *refrigeratus se abs te abalienet*, post verba *ut sis vitalis metuo* nimium languet, ubi de mortis frigore potius cogites. Post iocosum illud *ut sis vitalis metuo* additamentum tam frigidum, quod vim ac leporem loci corrumpat omnem, ferendum non est. Accedit quod *frigore ferire* mira videtur copulatio ac suspiciosa admodum. Has difficultates neque Persius nobis tollit, quem 1. 107 locum imitatum esse Orelli monet:

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? Vide sis, ne maiorum tibi forte
Limina frigescant.

neque tollunt loci ceteri, qui ad nostrum illustrandum afferri solent, Suet. Aug. 66: „ex levi frigoris suspicione" et Sen. Ep. XX. 5. 11: „Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta et amicitia Tiberii notus et frigore."

L. Mueller explicat *frigore*, „von der gründlich abgekühlten,

Digitized by Google

feindlichen Gesinnung"; Kiessling: „durch plötzliche Erkältung seiner jetzt noch warmen Empfindung für dich, welche dich wie ein Blitz aus allen deinen Himmeln stürzen wird"; Krueger, qui difficultatem loci sensisse videtur: „dass er gegen dich erkalte und durch seine Kälte dich unangenehm berühre, so dass dir dadurch das Leben verkümmert wird. Anspielung auf eine durch Erkältung herbeigeführte lebensgefährliche Krankheit." Legendum est:

O puer, ut sis
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
F u l g u r e te feriat.

Sic continuatur Trebatii verborum gravitas lepidissima simulque Horatii amici potentiores, Maecenas, Pollio, Messalla, alii tecte cum Iove aequantur. Ceterum cf. Od. II. 10. 12: „feriuntque summos fulgura montis" et Bentl. ad l.

Sat. II. 4 vs. 87.

Catius artis culinariae mensaeque struendae praecepta ubi dedit, utique omnia munda esse oportere addit atque exclamat:

Ten lapides varios lutulenta radere palma
Et Tyrias dare circum inlota toralia vestis,
Oblitum quanto curam sumptumque minorem
Haec habeant, tanto reprendi iustius illis
Quae nisi divitibus nequeant contingere mensis?

Difficultatem loci significat Kiesslingii annotatio: „*reprehendi* fast gleich *desiderari*, da der Tadel auf das Fehlen der genannten Dinge geht." L. Mueller minus confidenter de loco scripsit haec: „*reprendi* wohl verderbt, da *reprendere* in der Bedeutung *requirere, desiderare* nicht vorkommt. Einen passenden Sinn giebt die Umstellung Peerlkamps: *Oblitum tanto reprendi (te) iustius, illis haec habeant quanto curam sumptumque minorem, quae* u. s. w., sodass *minorem illis, quae* zu verbinden ist. Doch ist so die Wortstellung ziemlich auffällig."

Neutri assentiendum puto, sed mecum corrigas velim:

Oblitum quanto curam sumptumque minorem
Haec habeant, tanto reprendi iustius illis
Quae nisi divitibus nequeant contingere, o m i s s i s?

Digitized by Google

i. e. Oblitum haec, quanto minorem curam sumptumque habeant, tanto iustius quam illa, quae nisi divitibus contingere nequeant, reprehendi omissa si sint. Ita demum apta ac vera erit Kruegeri interpretatio: „die Vernachlässigung der so leicht zu beschaffenden Reinlichkeit ist viel tadelnswerter als wenn etwas fehlt, was nur zu dem Luxus der Reichen gehört," dummodo inducantur cetera: „Bei *haec* und *illis* als Objekten des Tadels steht die Sache *pro rei defectu.*"

Ex *omissis* nimirum *omissa* ad *haec* facile intellegitur.

Si quis *omissa* malit, moneo hoc non solum ad litterarum traditarum ductus minus prope accedere sed etiam ambiguitatem inde oriri posse, utrum ad *quae* an ad *haec*, quod longe remotum est, sit referendum: accedit quod *omissis* mihi quidem multo videtur elegantius.

Verbum omittendi, quod apud Horatium saepe invenitur, semper eundem locum in hexametro obtinet:

Ep. I. 5. 30:
Tu quotus esse velis rescribe et rebus omissis.

Ep. I. 6. 30:
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis.

Ep. I. I. 98:
Quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit.

Ep. I. 6. 48:
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.

Sat. II. 5. 26:
Aut spem deponas aut artem illusus omittas.

Ep. II. 3. 44:
Pleraque differat et praesens in tempus omittat.

Ep. II. 3 vs. 45.

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praesens in tempus omittat;
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
In verbis etiam tenuis cautusque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura novum e. q. s.

Digitized by Google

Quod editores plerique Bentleium secuti vs. 46 ante vs. 45 collocant puncto post vs. 44 posito, iure L. Mueller improbat eo quod verba *hoc amet, hoc spernat* a praecedentibus seiungi non liceat, nec non *promissi* obscurum esse monet, quoniam neque de recitationibus neque de poetae gloriosi genere adhuc sermo fuerit.

Horatium in his versibus componendis locum Terentianum spectasse suspicor, quem locum alibi quoque eum imitatum esse notum est (Sat. I. 4 vs. 105 sqq.). Apud Terentium enim Ad. vs. 417 sqq. cum Demea exposuit hominibus in omnium vitas tamquam in speculum inspiciendum esse atque ex aliis exemplum sumendum, 'hoc facito', 'hoc fugito', tandem Syrus morae impatiens se eodem modo conservis praecipere respondet

'hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum;
illud recte, iterum sic, memento'. sedulo
moneo, quae possum pro mea sapientia;
postremo, tamquam in speculum in patinas Demea
inspicere iubeo et moneo quid facto usus sit.

Quocirca uno vocabulo *promissi* immutato locum Horatianum ita legendum puto:

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praesens in tempus omittat,
Hoc amet, hoc spernat: promus sit carminis auctor
In verbis etiam tenuis cautusque serendis.
Dixeris egregie e. q. s.

In quibus promus (cf. Sat. II. 2. 16: foris est promus) est pro: tamquam promus, ut Sat. I. 1. 58 Aufidus acer, pro: Aufidi acris instar, ibid. 101 Naevius, pro: ut Naevius alter, Sat. II. 3. 71 Proteus, pro: quasi Proteus, Ep. I. 2. 41 rusticus, pro: ut rusticus in fabula.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex pag.* 72).

XCV.

AD LEGEM DAMNATAM (19 DIG. 5. 2).

Hereditatem ex causa inofficiosi vel totam petere solemus vel pro portione: totam, si nemo alius ab intestato heres futurus sit, pro portione, si alius eodem iure veniat [1]). Et fieri potest, ut quis totam hereditatem petendo tamen pro parte testamentum rescindat, veluti, *si* ab initio *unum sibi heredem eligat, adversus quem inofficiosi querelam instituat* [2]), vel si *adversus duos heredes expertus diversas sententias iudicum tulit et unum vicit, ab altero superatus est* [3]). Ex diverso fieri potest, ut pro portione petendo totum testamentum rescindamus, si non egerit aut non obtinuerit, cui competebat alterius partis actio. Transibit enim tota hereditas in causam intestati totaque cedet ei qui portionem petiverit secundum verba Papiniani [4]): *filio, qui de inofficioso matris testamento contra fratrem*, id est, matris fra-

1) Cf. l. 10 § 1 D. 5. 3; l. 1 § 1 D. 5. 4: *qui hereditatem vel partem hereditatis petit, is non ex eo metitur (sibi), quod possessor occupavit, sed ex suo iure.*

2) L. 25 § 1 D. 5. 2. Hoc necessario fiet, quum coheres ab intestato futurus suam partem ex testamento possideat. Debeo enim secundum Pegasi sententiam (l. 1 § 8 D. 5. 4) totam hereditatem petere ab extraneo.

3) L. 15 § 2, l. 24 D. 5. 2; l. 76 pr. D. 31; l. 12 § 4 D. 38. 2; c. 13 C. 3. 28.

4) L. 16 pr. D. 5. 2.

Digitized by Google

trem [1]), *institutum de parte* [2]) *ante (quinquennium) egit et obtinuit, filia quae non egit aut non obtinuit, in hereditate legitima* [fratri] *non concurrit.* Habet igitur, qui vicit, totam hereditatem, cuius petivit partem; nam nisi haberet totam, non esset in quo soror concurreret. Habet autem totam iure accrescendi, quod agnoscit Paulus quoque [3]): *qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam movere volunt,* et item [4]): *si duo sint filii exheredati et ambo de inofficioso testamento egerunt, et unus postea constituit non agere, pars eius alteri accrescit, idemque erit etsi tempore exclusus sit* [5]). Huic sententiae non obstat, quod praemiserat [6]) Papinianus [7]): querenti *partem fac(ere) qui non queritur,* nam facit partem in computanda debita portione, et quae sequuntur ibi verba: *et si dicam inofficiosum, non totam hereditatem debeo sed dimidiam petere,* quae tollunt reapse ius accrescendi, si sunt genuina [8]), tamen adsignanda Papiniano non videntur sed Ulpiano. Videtur sane alio loco [9]) a se desciscere summus iurisconsultus, quum doceat: si de inofficioso *duobus separatim agentibus alter obtinuit, libertates competere,* quae alias competere non possunt, quam si pars hereditatis in testamento remansit [10]). Itaque secundo responsorum libro accrescendi iuri locum dat, undecimo denegat atque conservat partem non agentis [11]) vel non obtinentis heredi scripto. Est tertia sententia: nec locum esse accrescendi iuri nec heredi scripto eam partem conservari, sed

---

1) Intelligi solet agentis frater.

2) Cf. l. 27 § 3 D. 5. 2: *pro portione.*

3) L. 17 pr. D. 5. 2.

4) L. 23 § 2 D. 5. 2.

5) Idem ius est in bonorum contra tabulas possessione, quae patrono datur (l. 21, l. 24 D. 38. 2; l. 4 § 1 D. 38. 5; l. 21 § 2 D. 37. 14; Schmidt, *das Pflichttheilsrecht des* patronus (1868) p. 40/1)

6) Palingenesiam sequor.

7) L. 8 § 8 D. 5. 2.

8) Genuina non videntur Antonio Fabro (in Rationalibus).

9) L. 29 pr. D. 44. 2.

10) Cf. l. 8 § 16, l. 17 § 1, l. 28 D. 5. 2; l. 76 pr. D. 31; l. 6 D. 37. 7; c. 13 C. 3. 28

11) Eandem causam esse non agentis et non obtinentis, demonstrat Papinianus l. 16 pr. D. 5. 2, quam supra interpretatus sum. Ergo fallit Windscheid (1891) § 584 not. 24 (i. f.).

Digitized by Google

ipsi dari qui non egerit vel non obtinuerit, et exstat [1]) apud Paulum [2]): *si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exheredatis ageret ... rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur*, quamquam exstat quidem apud Paulum, sed multum abest, ut ab hoc profecta sit. Defendit enim ibi vel maxime ius accrescendi, qua de re ut constet, totum fragmentum exscribam. *Qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam movere volunt. Unde, si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exheredatis ageret* [quia rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur et ideo universam hereditatem non recte vindicasset], *hic, si obtinuerit, (solus) uteretur rei iudicatae auctoritate, quasi Centumviri hunc solum filium in rebus humanis esse nunc cum facerent intestatum crediderint.* Resecui Ottonis Gradenwitz [3]) exemplo, quae sermonis nexum turbant, nec possunt conciliari cum ceteris, quia, si *partem non facit* in petendo [4]), qui querelam repudiat, quidni alter de toto recte agit? Apparet autem quaestionem alterius tractatus causa institutam esse; neque enim dicit, quid iuris sit, si ea species eveniat, sed quid futurum esset, si eveniret, eo scilicet consilio, ut inde alterius nodi solutionem paret. Nec dubito, quin tractatus principalis, unde superiora tracta sint, in proximo supersit, id est, l. 19 eod. (D. 5. 2) ex eodem Quaestionum libro: *Mater decedens extraneum ex dodrante heredem instituit, filiam unam ex quadrante, alteram praeteriit: haec de inofficioso egit* [5]) *et obtinuit. Quaero: scriptae filiae quomodo succurren-*

---

1) Cf. Windscheid (1891) § 584[24], qui requirit auctoritatem („*Quellenzeugnisse*"), quasi nusquam sit.

2) L. 17 pr. D. 5. 2.

3) Philol. 62 (1903) p. 116/7 („*man (wird) den ... Satz als ein Glossem betrachten dürfen*"). Cf. quoque Gerhard, ibid. p. 99 („*jenes Glossem ... kann ich nicht anders verstehen, denn als ... Polemik gegen die von Paulus ... ausgesprochene Ansicht*").

4) Quia enim in computatione debitae portionis *utique* partem facit (l. 8 § 8 D. 5. 2), hoc solum remanet, in quo partem ne faciat.

5) Scilicet adversus extraneum de tota hereditate secundum Pegasi sententiam (l. 1 § 3 D. 5. 4). Nam adversus sororem, quod putant Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 294[1]; Gradenwitz, Philol. 62 (1903) p. 121, qui posset, cui pars virilis utique conservatur (l. 23 pr. D. 5. 2; l. 6, l. 7 D. 37. 7), quam ne habet

Digitized by Google

dum [1]) *sit.* Consultus ad haec, *Respondi: filia praeterita id vindicare debet, quod intestata matre habitura esset, itaque dici potest eam, quae omissa* [2]) *est, etiam* [3]), *si totam hereditatem petat et obtineat, solam habituram universam successionem* .... Stupent omnes [4]), merito: quae enim ista ratio est, si filia suam partem vindicare *debet,* ideo totum petendo assem consecuturam, quum ceteri plus petendo litem perdant? Sed omnia recte se habebunt, si iurisconsultus id respondit, quod l. 17 pr. eod. nunc separatim legitur: *Respondi: (qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his qui eandem querelam movere volunt. Unde — crediderint). Itaque dici potest, eam quae omissa est — solam habituram universam successionem* [quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem]. *Sed non est admittendum ut adversus sororem audiatur* [agendo de inofficioso. Praeterea dicendum est non esse similem omittenti eam quae ex testamento adiit. Et ideo ab extraneo semissem vindicandum et defendendum totum semissem auferendum, quasi semis totus ad hanc pertineat]. *Secundum quod non in totum testamentum infirmatur, sed pro parte* [5]) *intestata efficitur, licet quasi furiosae iudicium ultimum eius damnetur. Ceterum, si quis putaverit filia obtinente totum testamentum infirmari, dicendum est etiam institutam ab intestato posse adire: nec enim quae ex testamento adiit, quod putat valere, repudiare legitimam hereditatem videtur, quam quidem nescit sibi deferri, cum et hi, qui sciant, ius suum, eligentes id quod putant sibi competere, non amittant. Quod evenit in patrono, qui iudicium defuncti falsa opinione motus amplexus est* [6]): *is enim non videtur bonorum possessionem contra*

---

quidem? De tota autem hereditate agere potest, quemadmodum posset de dodrante, si extraneus totam hereditatem possideret, quia nemo partem ei facit, nam habet soror debita portione plus, licet virili parte minus.

1) Adversus auctoritatem rei iudicatae, quia soror totam hereditatem evicit.

2) *Omissus* pro praeterito alibi quoque invenitur: l. 16 D. 28. 2; l. 4 § 1 D. 37. 4.

3) *Etiam* nonnumquam pro *consequenter* usurpari, dixi ad c. 2 C. 8. 31 (cap. harum observat. LXXXII).

4) Excipiatur Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 293-299.

5) *Dodrante* scilicet.

6) Est hoc ita eventurum, si patrono *minus* debita portione relictum sit (Gai. III § 41), nam alioquin ignorabit bonorum contra tabulas possessionem sibi competere. Sed, quia idem ius est in filia, cui minus debita portione relictum sit, quum sic non

Digitized by Google

tabulas repudiasse [. Ex quibus apparet non recte totam hereditatem praeteritam vindicare, cum rescisso testamento etiam institutae salvum ius sit adeundae hereditatis]. Cancellavi inprimis: *quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem* [1]), quia, si res egeret τῷ ἐπὶ παραδείγματος λόγῳ, requirerentur talia: *quemadmodum si altera (quum esset praeterita) omisisset (querelam).* Cancellavi praeterea *agendo de inofficioso,* quia non, an adversus sororem agere possit de inofficioso, sed de *rei iudicatae auctoritate* quaeritur [2]), quam adversus sororem obtinere negat Paulus [3]). Adhuc cancellavi: *praeterea dicendum est non esse similem omittenti eam quae ex testamento adiit,* quum propter argumentum Ottonis Gradenwitz [4]), tum quia verba remittunt ad priorem, quam damnavimus, clausulam [5]). Cancellavimus denique *et ideo ab extraneo semissem vindicandum et defendendum totum semissem auferendum* et item *ex quibus apparet non recte totam hereditatem praeteritam vindicare, cum rescisso testamento etiam institutae salvum ius sit adeundae hereditatis,* quae sunt eiusdem manus, quae in hoc fragmento iam dedit: *filia praeterita id vindicare debet quod intestata matre habitura esset,* et item in l. 17 pr.: *quia rescisso testamento — universam hereditatem non recte vindicasset.* Apparet in l. 17 pr., l. 19 D. 5. 2 duos auctores personare, quorum alter eius, qui nolit [6]) queri, portionem ad querentem transferat, alter transferendam neget, et posse utrumque fragmentum restitui, modo inter Paulum et Tribonianum recte di-

---

possit ignorare querelam sibi competere, non apparet, cur a patrono petat exemplum Paulus. Nam Tribonianum reum egisse in hac causa non proderit, quia ne iure quidem novo interest inter filiam et patronum (Schmidt, *Pflichttheilsrecht des* patronus (1868) p. 83 cum not. 138).

1) Cancellat clausulam Gradenwitz quoque (Philol. 62 (1903) p. 123¹: *„als Glossem"*), sed ab *itaque dici potest.*

2) Si recte locum suum restitui l. 17 pr. cit.

3) Optima sane ratione, quod iudicio non interfuit. Sed non videtur eam expressisse.

4) Philol. 62 (1903) p. 123¹: *„der Satz ... ist eine bedenkliche Vorwegnahme des weiter unten folgenden* nec enim — quae ex testamento adiit."

5) *Quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem.*

6) *Quum possit,* addendum censet Windscheid (1891) § 584²⁵. Sed fallit additio quum in eo, qui debitam portionem habet (l. 19 D. 5. 2), quia reliqua eius portio accrescit, tum in eo qui ex iusta causa exheredatur (cf., quam ipse laudat Windscheid, l. 24 D. 38. 2 et l. 10 § 4 D. 37. 4 cum sch. 4 (Anon.) ad Bas. 40. 3. 9).

Digitized by Google

vidatur. Neque ea ratio impugnari debet ab iis, qui omnia, corruptissima licet, interpretari malunt quam aut probabili coniectura sanare aut restituere interpolationibus auctori suo redditis [1]), quia multa sunt saecula, postquam ut in re desperata l. 19 D. 5. 2 inter *damnatas* retulerunt [2]). Horum igitur pace hoc fragmentum restituere licuerit. Interim observabimus in querela ius accrescendi competere auctoritate Papiniani [3]) et Pauli [4]), non competere autem eiusdem Papiniani [5]) et Ulpiani [6]) et Triboniani [7]) auctoritate, sed partem eius qui non queritur aut remanere in testamento [8]), aut ipsi qui questus non est quaeri [9]).

XCVI.

DE SACRAMENTO DENEGANDO.

Quaerunt viri docti, utrum praetor, sicuti deneget formulam [10]) potestatis ratione, ita [11]) legis actionem quoque denegare consueverit; vel provocant [12]), ut id ipsum demonstrent, ad locum

1) Est quoque media sententia, quibus videatur interpolationis redditio remedium esse legitimum, verum coniectura multo minus (Gradenwitz, *Interpolationen* (1887) p. 3), quam transfert Eisele (*Ztschr. d. Sav.-St.* X (1889) p. 297) a coniectura ad glossematum indagationem.

2) Cf. Ricci, *Bullett. dell' istit. di dir. rom.* V (1892) p. 47.

3) L. 16 pr. D. 5. 2.

4) L. 17 pr., l. 19, l. 23 § 2 D. 5. 2.

5) L. 29 pr. D. 44. 2.

6) L. 8 § 8 D. 5. 2, modo genuina sint: *et si dicam inofficiosum, non totam hereditatem debeo sed dimidiam petere.*

7) L. 17 pr., l. 19 D. 5. 2.

8) Papin. l. 29 pr. cit.

9) Tribon. l. 17 pr. D. 5. 2.

10) De actionum denegatione fuit caput harum observatiuncularum LXXXIV.

11) Itaque non ad rem faeit — facere putat Wlassak (*Ztschr. der Sav.-St.* XXV (1904) p. 81-83) — quod praetor die nefasto omnem legis actionem denegare debeat vel quum sua iurisdictio non sit (Karlowa, *Civilprozess* (1872) p. 345). Talis enim denegatio non est voluntaria (cf. Karlowa, op. cit p. 342/3: „*ein solches ... Nichtgeschehenlassen ... wäre ... kein ...* denegare." Adstipulatur huic Demelius, *die* Confessio (1880) p. 42 not. 5 i. f).

12) E. g. Lenel, *Urspr. und Wirk. der Exceptionen* (1876) p. 41.

Digitized by Google

Valerii Maximi [1]), ubi praetor Calpurnius data non heredi bonorum possessione, heredem *lege agere passus non e(sse)* perhibetur [2]). Non recuso testem, sed miror, quidni sistant Ulpianum, qua parte scribit [3]) de impubere adrogato: *hunc aut non admittendum* esse *ad inofficiosum, aut si admittatur; etsi non obtinuerit, quartam ei,* quam habet ex constitutione divi Pii, *quasi aes alienum concedendam.* Nam vero simile est Ulpianum scripsisse: *non admittendum ad sacramentum* [4]), sed etiamsi scripsit, quod hodie legitur, vel sic probatur, sacramentum denegare potuisse praetorem, quia centumvirale iudicium sine dubio per sacramentum ordinabatur temporibus quoque Ulpiani [5]). Itaque praetoris est ad querelam vel *admittere* vel *non admittere* [6]) causa scilicet cognita. Atque sic demum intellegi potest, cur scribat Ulpianus [7]): *ei demum auferi quod testamento datum est, qui usque ad sententiam iudicum (in) lite improba perseveraverit,* ne quis idem putet de eo quem praetor summoverit. Sed videndum est, quid proprie in praetoris cognitionem de inofficioso veniat. Crediderim igitur venire praescriptiones a querela, veluti *post quinquennium* testamentum ne accusetur nisi *ex magna et iusta causa* [8]). Est quoque praescriptio, si quis relictum sibi legatum acceperit, videtur enim *agnovisse parentis iudicium* [9]). Dubitat in ea causa Eisele [10]), sitne praescriptio apud praetorem obicienda.

---

1) VII 7 § 5 (Propter temporis rationem cf. Lenel, op. cit., p. 42 not. 1).

2) Cf. praeterea Cic. Accus. III 44 § 113 (ia. 45 § 115); IV 16 § 39; de Orat. I 36 § 167.

3) L. 8 § 15 D. 5. 2.

4) Eodem modo c. 13 C. 3. 28 ubi nunc legitur *iusta querela contendisse* fuerit oportet *iusto sacramento contendisse* (Cic. de Orat. I 10 § 42).

5) Paling. fr. 488 (= l. 123 pr. D. 50. 17). — Dubitavisse videtur Lenel, *Urspr. und Wirk. der Except.* (1876) p. 42[2].

6) Praeter l. 8 § 15 cit. (D. 5. 2) cf. etiam l. 25 § 1, l. 31 pr. eod.; Lenel, op. cit. p. 42[2].

7) L. 8 § 14 D. 5. 2.

8) L. 8 § 17 D. 5. 2.

9) Modest. *de praescriptionibus* (= l. 12 D. 5. 2). Cf. l. 8 § 10, l. 10 § 1, l. 23 § 1, l. 31 § 3, l. 32 D. 5. 2; l. 5 pr. D. 34. 9; atque de patroni contra tabulas bonorum possessione: l. 3 § 18 D. 38. 2.

10) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 300: „*ob die Sache* in iure *oder erst vor dem Centumviralgericht zu erledigen war, steht dahin*". Cf. Lenel, *Ueber Urspr. und Wirk. der Exceptionen* p. 42[2]: „*der Ausdruck* praescriptio *bei Modestin ist sicher indifferent*".

Digitized by Google

Videtur autem, quia *post legatum acceptum .... inofficiosum .... dicere non permittitur* [1]), èt apud praetorem obici posse praescriptio, èt, si hoc praetermissum sit, quum constet *eum, qui legatum perceperit, non recte de inofficioso .... dic(ere)* [2]), Centumviros propterea sacramentum iniustum pronuntiare posse [3]). In eo autem, qui *inofficiosi querelae vel palam vel tacita dissimulatione (renuntiaverit)* [4]), distinguendum videtur, utrum ante litis contestationem, an postea. Nam, si destiterit ante litem, sacramentum ei denegabitur; heredi quoque eius, licet post litem praeparatam [5]) decesserit, *non da(bi)tur de inofficioso querela* [6]). Sin quis *post rem inofficiosi ordinatam* [7]) destiterit, ab ipsis Centumviris *postea non audietur* [8]). Potest quoque praetor ad sacramentum provocanti *condicio(nem) defer(re)*, ut, quamdiu de inofficioso litiget, tamdiu *irritum* ne *dicat testamentum vel ruptum* [9]), aut, si id spondere nolit, sacramentum denegare. Potest denique propter manifestam calumniam a querela removere, veluti, si *impubes adrogatus* [10]) adrogatoris testamentum accusare velit [11]). Ex diverso non solet repellere praetor eos, qui non possunt de inofficioso queri [12]), veluti qui vel iuste exheredati sunt vel remoto testamento non sunt heredes futuri vel quartam debitae portionis ex voluntate testatoris habent; horum enim disceptatio Centumviros exspectat [13]). Idque est

---

1) Paul. l. 5 pr. D. 34. 9.

2) Marcell. l. 10 § 1 D. 5. 2.

3) Cf. Ulpian. l. 8 § 14 D. 5. 2.

4) c. 1 C. 2. 21 (22). Tacite renuntiat, *qui non queritur*, quum queruntur ceteri (l. 8 § 8, l. 16 pr., l. 17 pr., l. 19 D. 5. 2.).

5) Cf. l. 7 D. 5. 2.

6) L. 15 § 1 D. 5. 2.

7) Fuitne: *post* (*sacramentum*) *ordinat*(*u*)*m*?

8) L. 8 § 1 D. 5. 2. — Cf. praeterea l. 21 pr., l. 23 § 2, l. 27 pr. D. 5. 2.

9) L. 8 § 12 D. 5. 2; cf. c. 16 C. 3. 28.

10) Additur, a Triboniano, opinor: *ex his personis quae et citra adoptionem et emancipationem queri de inofficioso possunt* (cf. § 14 Inst. III 1 = c. 10 § 1 *d* C. 8. 47 S. 48). Sunt autem intelligendae quae èt *citra adoptionem* èt rescissa per *emancipationem* adoptione (cf. c. 10 cit. § 1*e*) tamen ab intestato vocantur.

11) L. 8 § 15 D. 5. 2.

12) L. 6 § 1, l. 25 § 1, l. 31 pr. D. 5. 2.

13) Cf. de eo qui non sit ab intestato heres futurus: l. 6 § 1 D. 5. 2; de eo qui iuste exheredatus sit: l. 31 pr. 5. 2 (atque Schulting, Thes. controv. XV 9); de eo qui quartam habet Paul. V 16 § 2.

Digitized by Google

nimirum, quod scribit Paulus [1]): *qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non prohibetur* [2]), id est: ex qua causa Centumviri agentem submoturi sint, ex ea causa apud praetorem plerumque non praescribi. Repellunt autem Centumviri omnes, quos diximus, maxime vero eum, qui remoto testamento non sit futurus ab intestato heres, vel quia negetur filius esse [3]) nec doceat *de fide generis* [4]), ut in causa testamenti Urbiniae [5]), vel ideo, quia iure civili deficiatur, quum sit proximior heres alius. Rescindunt enim Centumviri testamenta, non rescindunt legitimum hereditatium ordinem. Cuius rei magnum est exemplum apud ipsum Iustinianum, qui removit [6]). Etenim, quia suis quive inter suos ad bonorum possessionem a praetore vocantur semel defertur [7]) ideo nepos a querela excludebatur, si huius pater avo supervixerat, quia remoto testamento avo suus heres filius extitisset, nec ullus nepoti locus praeterquam ex clausula Iuliani [8]). Unde apparet, quod scribit Paulus [9]): *si is, qui admittitur ad accusationem, nolit aut non possit accusare, an sequens admittatur, videndum est; et placuit posse (admitti), ut fiat necessioni locus*, eo nihil induci praeter edictum successorium, nt recte adnotat Gothofredus [10]). Olim quidem non ita legitimo hereditatium ordine abstinebant Centumviri, cuius generis est, quod legitur apud Valerium Maximum [11]) de testamento M. Annei, rescissum id esse apud Centumviros ab huius filio quidem sed avunculo in adoptionem dato, et *parum adiuv(isse) heredes* scriptos, *quod M. Anneius* filius *in Sufenatis familiam et*

1) IV 5 § 4.

2) Prius *non* damnant Sichard, Cuiacius, Schulting, Eisele (*Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 266); secundum *non* damnare maluit scriptor palimpsesti legis Romanae, quod edidit (1896) regia historiae academia Hispana. Krüger utrumque conservat (1878).

3) L. 20, l. 27 § 1 D. 5. 2.

4) Paul. V 16 § 2.

5) Quinctil. Instit. VII 2 § 4, § 5; cf. Tacit. Dial. 38.

6) c. 34 pr. C. 3. 28.

7) Cf. Windscheid (1891) § 573[4]. De hereditate est l. 1 § 8 D. 38. 16, de bonorum possessione l. 13 § 1 D. 37. 4, quam laudat Leist, *die* bon. poss. § 103[11] (p. 249).

8) L. 3 D. 37. 8.

9) L. 31 pr. D. 5. 2. Cl. l. 14 eod. (Papin.).

10) Dionysius.

11) VII 7 § 2.

Digitized by Google

sacra transi(isset). Huius igitur in gratiam non testamentum tantum, sed adoptionem quoque Centumviri resciderunt. Idem dicendum puto de frequentibus apud Centumviros maternorum testamentorum ante senatusconsultum Orfitianum accusationibus [1]); neque enim mihi persuadeo toties in causam profuisse conventionem in mariti manum [2]). Quin immo video apud Cervidium Scaevolam [3]) *defunctae .... amita(m)* heredi scripto controversiam facere, quae *legitima heres esse (non potest)* [4]). Poterat quidem *casu* [5]) ab eo perferri accusatio, cui locus non erat ab intestato futurus, sed postquam placuit Centumvirorum iudicio hereditatium ordinem non mutari, sine effectu is vincit, nisi pars hereditatis in testamento remaneat [6]). Etenim, quamdiu vel minima pars in testamento remanet, adhuc nocet exheredatio legitimo heredi [7]); sin totum testamentum rescissum erit, huic cedet is qui, quum non deberet, tamen evicerit hereditatem [8]). Atque sic rursus apparet, quam non utique verum sit, decantatum illud: *inter alios re(m) indicata(m) alii* nullo modo *prodesse* [9]), nisi qui in locum victoris successerit [10]). Nam, sicuti prodesse debet iis, quibus ut prosit, victoris interest, veluti in libertatis iudicio, si sunt condomini, placere videtur Gaio [11]), *ut cum omnino alteruter vicerit, prosit etiam alteri*, quia non *pro parte quis servus* esse potest [12]), sed aut *eius qui* in sua parte

---

1) Cf. Valer. Max. VII 8 § 2; Quinctil. VII 2 § 4, § 5 (cf. Tacit. Dial. 38); Plin. Epist. V 1; Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 288[1].

2) Cf. Ulp. XXVI § 7.

3) L. 62 pr. D. 17. 1. — Cf. l. 1 D. 5. 2.

4) Gai. III § 14.

5) L. 6 § 1 D. 5. 2.

6) L. 25 § 1 D. 5. 2.

7) L. 12 § 4 D. 38. 2.

8) L. 6 § 1 D. 5. 2.

9) L. 16 D. 20. 4.

10) Constat enim omnes defensiones ad emptorem transire (l. 76 § 1 D. 18. 1; c. 28 C. 8. 44 (45); Windscheid (1891) § 112 not. 2), in his etiam rei iudicatae exceptionem (l. 9 § 2, l. 11 § 3 D. 44. 2; l. 25 § 8 D. 10. 2).

11) L. 9 § 2 D. 40. 12.

12) Itaque cancellanda sunt: *an eius esse debeat, cum quo actum sit*, id est: pro parte suus. Hoc enim *praetor* (*minime*) *pati debet*. Apud peregrinos quidem non est eadem religio (Pap. Oxyrrh. 716 et 722; Pap. Edmondstone; Mitteis, *Archiv für Papyrusf.* III p. 252).

Digitized by Google

vicerit totus [1]) aut pro parte vel *nullius* vel alterius domini; in pignoris autem similiter iudicio, si pronuntiatum est contra primum creditorem pro tertio, etiam secundo prodesse debet, ne circulus oriatur inextricabilis [2]); — ita proficere res iudicata debet ei, cui ius suum victor praeripuerit, praeripit autem ius alterius qui testamentum rescindit, quod bis rescindi non potest.

1) Ea sententia fuisse videtur Sabini et Cassii (l. 30 D. 40. 12).
2) Admittit quidem circulum inextricabilem Paulus l. 16 D. 20. 4. Cf. Windscheid (1891) § 247[2].

ΚΟΛΛΑΒΟΙ — ΚΟΛΛΟΠΕΣ.

AD LUCIANUM.

Esse aliquid inter κολλάβους sive *placentas* et κόλλοπας sive *verticillos* probe sciunt qui comicos triverunt; recentiores autem haec vocabula confundentes vituperavit Phrynichus grammaticus. Etiamne Lucianum confudisse credibile? Potuit sane cum aliis aliquando ita errare; itaque Hemsterhuis *Deor. Dial.* 7 § 4 animadverso ludicro eiusmodi vitio in Apollinis verbis „Ἑρμῆς χελώνην ... εὑρὼν κολλάβους ἐμπήξας ... ἐμελῴδει" nihil mutandum censuit, ipsius enim scriptoris hunc esse errorem quantumvis absurdum. Sed quoniam in *Dialogis Marinis* (1 § 4) simili loco sincerum vocabulum adhibuit Lucianus: „τὰ νεῦρα οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας," veri multo similius videtur et altero loco eum usum esse voce, quae vel ex Odyssea (φ 407) a puero ei cognita esse debuit.

Lyram igitur illam *paniculis ornatam* non Luciano sed librariis vel correctoribus deberi arbitror equidem, qui et κόλλικας cum χόλιξι sive *turundas* cum *tomaculis* haud uno loco permutarunt aliaque eiusmodi deliquerunt plurima.

v. L.

Digitized by Google

ЄICIΛION — ЄΠЄICION.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Forte incidi in glossam Hesychianam quae in editione qua utor Albertiana nondum sanata meras praebet nugas. Videor mihi levi medela verum sensum restituere posse neque mirum sit si iam alii ante me eandem viam sint ingressi. Legitur enim:

Ἴλιον εἶσω· εἰς Ἴλιον, εἶσω Ἴλιον. τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον δηλοῖ. καὶ κόσμον γυναικεῖον, παρὰ Κῴοις.

Oraculi instar haec sunt. Distrahenda autem sunt glossemata duo, quorum prius *Ἴλιον εἶσω· εἰς Ἴλιον* nil molesti habet; in altero vero muta *εἶσω Ἴλιον* vel potius *εἰς Ἴλιον* (ЄICIΛION) in *ἐπείσιον* (ЄΠЄICION) et omnia recte se habent:

ἐπείσιον· τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον.

Deinde adde: *δηλοῖ καὶ κόσμον γυναικεῖον παρὰ Κῴοις*, unde discimus *Coas vestes*, nam hae voce *κόσμῳ π. Κ.* designantur, *ἐν ἑταιρικοῖς λόγοις* — quia nil non per eas pellucebat — nomine *ἐπεισίου* fuisse indicatas.

Confirmatur emendatio nostra ipso lexico Hesychiano, quod continet et hoc glossema:

ἐπίσειον (leg. *ἐπείσιον*)· *ἐφήβαιον* etc.

Vox *ἐπείσιον* exstat Lycophr. Alex. 1385; iniuria vero ab Heckero obtrusa est scholio ad Ar. Pac. 1148, non improbante Bergkio. De utroque loco paucis agendum est. Incipiamus a scholio.

Digitized by Google

In festivo Pacis epirrhemate, quod exordium habet notissimum

οὐ γὰρ ἔσθ' ἥδιον ἢ τυχεῖν μὲν ἤδη ἐσπαρμένα,

Comarchides vicino ad convivium vocato lautaque pro suis rebus cena imperata hisce verbis desidiam suam excusat:

„οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πάντως οἰναρίζειν τήμερον
οὐδὲ τυντλάζειν, ἐπειδὴ παρδακὸν τὸ χωρίον."

Ad quem locum in codice V adscriptum legitur scholion obscurum et manifeste corruptum: Ἀρχιλόχου. παρδοκὸν δι' ἐπιοῖον καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ σὺν παρδακῆσιν ἱμᾶσιν σεσαγμένοις.

Adiectivum igitur παρδακόν (quod olim derivabant v. d. a verbo ἄρδω, ϝ loco digammatis!) scholiasta illustravit desumptis exemplis e poetis ionicis Archilocho Semonideque, qui haud dubie *eadem* vocabuli forma sunt usi. Semonides autem cum scripserit πορδακόν, ut mox apparebit, non παρδακόν neque παρδοκόν, Archilocho eadem forma est reddenda.

Sic igitur ratiocinatur priscus interpres: „παρδακόν valet δίυγρον, item Archilochi forma inusitatior πορδακόν in carmine quodam valet" ..... quid? Nempe: „permadidum". Videtur autem Archilochus huic „permadido" notionem peculiarem attribuisse, quae exprimitur literis sine sensu δι' ἐπιοῖον. Sed qualem? Vox „madidus" latine „temulentum" quoque significat. Quidni Archilochus eundem sensum vocabulo „πορδακῷ" tribuerit, ut nos facimus in voce „*nat*hals".

„*Per*madidum" igitur adiectivum sensu „*per*temulenti" adhibitum Graece vertamus, quod ope praefixi δι (ut in διέρυθρος, δίεφθος, δίιδρος, διοιδής, δίυδρος, διώδυνος) fieri potest: quid nascitur? Nempe διπάροινος (πάροινος extat Athen. X, 445, saepius invenitur παροίνιος, Schol. Ar. Ach. 981), vel διέποινος, nam iuxta πάροινον apud recentiores ἔποινος exstitisse videtur testibus lexicis. At illud διέποινος latet in misera forma δι' ἐπιοῖον, quam alii alio modo sanare conati sunt. Heckerus e. g. voces παρδοκὸν δι' ἐπιοῖον doctius quam felicius mutavit in παρδοκὸν (sic) δ' ἐπείσιον, non improbante Bergkio! Praeclara vero haec doctrina fulget in Archilochi fragmentis (139) et in Schmidtii Hesychio! Bona verba!

Quid sequitur in scholio ad Pac. vs. 1148?

καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ σὺν παρδακῆσιν ἱμᾶσιν σεσαγμένοις.

Digitized by Google

Loquitur igitur scholiasta de fragmento quodam ex Semonide allato, quod Cobetus scripsit *σὺν παρδακῇσιν ἰλλάσιν σεσαγμένοις*. At non capio quid significet „refertis loris perhumidis" neque placet mihi forma *παρδακῇσιν*.

Inspiciamus Strabonem XIII p. 619 (agitur de urbe *Pordoselena*): quidam nominum foeditatem fugientes Poroselenam dicendum aiunt. „At", obicit Strabo, „hos duces secuti *τί οὖν φήσομεν τὴν Πόρδαλιν καὶ τὸν Σαπέρδην καὶ τὸν Περδίκκαν, καὶ τὸ Σιμωνίδου· σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες ἱμᾶσσιν. ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις· καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ· πορδακὸν τὸ χωρίον.*"

Apparet Strabonem seriem afferre nominum quae sono suo verbum *πέρδειν* vel substantivum *πορδήν* in mentem revocent. Itaque nisi notam habuisset formam *πορδακόν*, hoc vocabulum huc non rettulisset; nam citat id ut *δύσφημόν τι καὶ κακέμφατον!* Ergo, ut *πόρδαλις* extitit iuxta *πάρδαλιν*, quarum vocum prior pro ionica habetur (Photius: „*πόρδαλις οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, Ἀττικοὶ πάρδαλις*"; cf. N 103, Φ 573 *πόρδ.* meliores codd.) posterior pro attica, sic iuxta *παρδακόν* illud Aristophaneum (nam errat Strabo etiam „*ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ*" *πορδακόν* dictum fuisse perhibens) extitit *πορδακός* apud ionicos, e. g. apud Semonidem et Archilochum.

Dudum autem Tyrwhittus in loco ex Strabone allato Semonidi suum restituit ductus verbo „*ἐκπεσόντες*" de *naufragis* usurpato. Habebat nimirum Semonides: *σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες εἵμασιν*: „naufragi cum vestibus madidis eiecti". Neque dubito quin cum Dindorfio etiam in scholio ad Pac. 1148 idem substantivum legendum sit. Sed non omnia sanavit Dindorfius proponens: „*σὺν παρδακοῖσιν εἵμασιν σεσαγμένοις*". Nam procul dubio scholium et Strabo idem spectant fragmentum. Quare edendum puto:

σὺν πορδακοῖσιν ⟨ἐκπεσόντες⟩ εἵμασι,
σεσαγμένοι .....

i. e.: „naufragi madidis cum vestibus in litore eiecti, instructi armis telisque."

σάττειν enim usurpatur de militibus armatura onustis, cuius usus exempla praebet Herodotus VII, 62, 70, 73 sqq.

Itaque, ut omnia quae de illo scholio disputavimus sub unum proferamus conspectum, legendum censemus:

παρδακὸν δίυγρον· οὕτω καὶ Ἀρχίλοχος πορδακὸν διέποινον·

Digitized by Google

καὶ παρὰ Σεμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ „σὺν πορδακοῖσιν ⟨ἐκπεσόντες⟩ εἵμασι | σεσαγμένοι .....

Denique observamus iuxta παρδακόν et πορδακόν tertiam exstitisse formam παρτακόν teste Hesychio πάρταξον· ὕγρανον Λάκωνες.

Venimus ad quaestionem alteram, quae est de vocabulo ἐπείσιον apud Lycophr. Alex. vs. 1385 obvio. Citemus locum:

τρίτος δ', ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος
τὴν τευχοπλάστιν παρθένον Βραγχησίαν
παραιολίξας, βῶλον ἐμπεφυρμένην
νασμοῖς ὀρέξαι τῷ κεχρημένῳ δάνος,
σφραγῖδα δέλτῳ δακτύλων ἐφαρμόσαι,
Φθειρῶν ὀρείαν νάσσεται μοναρχίαν,
τὸν πρωτόμισθον Κᾶρα δηώσας στρατόν,
ὅταν κόρη κασωρίς, εἰς ἐπείσιον
χλεύην ὑλακτήσασα, κηκάσῃ γάμους
νυμφεῖα πρὸς κηλωστὰ καρβάνων τελεῖν.

Sensus hic esse videtur: *Tertius* ⟨coloniam in Asiam ducet⟩ *Neleus Codri filius* (δρυηκόπου = lignatoris = Codri, qui lignatoris vestitu amictus mortem pro patria obiit). *Hic Neleus filiam figuli Milesii dono permovebit ut sibi porrigat glebam aqua madefactam, quasi epistolam obsignaturo.* ⟨Quo facto oraculum Delphicum perfectum erit. Apollo enim Neleo praedixerat fore ut coloniam conderet, ubi virgo ei terram porrexisset et aquam⟩. *Condet tunc regnum ad montes Milesios pinetis obsitos* (Φθειρῶν ὄρος B 868, cf. πίτυς Φθειροποιός Theophr.), *postquam Carum exercitum deleverit atque fuderit.* (Cares primi mercede meruisse dicebantur). ⟨Sed tunc demum de locis electis prorsus certus erit, cum alterum quoque oraculum eventum habuerit, i. e.:⟩ *Cum filia eius velut meretrix* (κασωρίς) *lascivo lusu* (χλεύην ὑλακτήσασα = χλευάσασα) *pudenda indicans impudice iactabit in Carum lupanaribus se esse nupturam* (καρβάνων = βαρβάρων cf. Aesch. Suppl. 130).

Non est quod miremur duo oracula hoc loco a docto scriptore esse coniuncta, quorum utrumvis ad terram Neleo ignotam indicandam satis sufficiebat. Maiorem mirationem movet oraculum de Nelei filia datum. Nempe scholia nos docent, sic habuisse

Digitized by Google

rem: Neleus cum oraculum Delphicum adiisset, audivit sibi proficiscendum esse „ἐπὶ χρυσοῦς ἄνδρας". Qui si Homerum suum consulere potuisset, statim oraculi sententiam cepisset, legisset enim B 867 sqq.:

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
οἳ Μίλητον ἔχον Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον,
ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν ἠύτε κούρη.

Nunc Apollo, ne miserum hominem prorsus destitueret, oraculo suo addidit: „δείξειν δ' αὐτῷ τὴν θυγατέρα".

Filia haec tam perversa dissolutaque erat, ut nemo Atheniensium eam ducere vellet; quinimo nomen acceperat *Elegeidem παρὰ τὸ ἐλεγαίνειν* sive *ἀσελγαίνειν, παραφρονεῖν, ὅπωσδήποτε ἀκολασταίνειν* (Etym. M. 327 s. vv.). Neleus igitur cum Athenas rediisset, ἤκουσε τῆς θυγατρὸς γυμνῆς τυπτούσης τὸ ἐπείσιον καὶ λεγούσης:

δίζεο σεῦ μάλα ἐς θαλερὸν πόσιν, ἢ ἐς Ἀθήνας,
ἢ ἐς Μίλητον· κατάξω πήματα Καρσί (Schol. Lyc. 1378).

Quis autem dubitat quin patrem, quem iam afflixissent filiae mores dissoluti, maiore etiam dolore affecerint hi versus miserrimi! Neque meliores affert Etym. M. s. v. *ἀσελγαίνειν*, ubi legimus:

δίζεο δίζεο δὴ μέγαν ἄνδρα ἀ.....
ὅς σ' ἐπὶ Μίλητον κατάξει πήματα Καρσί.

Sed fortasse inter se collati hi versus et textu Lycophronis auxilio vocato in integrum restitui possunt. Scimus enim filiam ab omnibus Atheniensibus repudiatam matrimonium irrisisse, palam testificantem in Carum lupanaribus amores se esse quaesituram. Quod mulier suae sibi perversitatis bene conscia optime ita exprimere poterat: „se mala omnia sua Caribus destinasse". Incipit ergo cum ludibrio semetipsam ad iustum matrimonium adhortans:

δίζεο δίζεο δὴ θαλερὸν πόσιν!

tum vero amara cum ironia:

οὐκ ἐν Ἀθήναις!
ἀλλ' ἐν Μιλήτῳ γε, κατάξω πήματα Καρσί.

„agedum quaere tibi bellum coniugem! faciam, at non Athenis. Mileti vero meretricia mea mala Caribus afferam!"

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e pag.* 306.)

XXXII.

OBSERVATIONES CRITICAE.

Interrupta iam commentationum Homericarum serie *criticas* nonnullas observationes in hoc fasciculo propositus sum. Natae sunt dum tertiam carminum Homericorum editionem prelo paro, cuius pars prima nuper prodiit, secunda mox prodibit.

B 672 pro Νιρεύς cur νύμφης videatur scribendum, itemque in versu 865 νύμφη pro λίμνη, supra exposui pag. 224.

Prorsus inauditum est quod textus traditus praebet E 663 (= 692):

οἳ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα δῖοι ἑταῖροι
ἐξέφερον πολέμοιο (et: εἷσαν ὑπὸ ... φηγῷ),

neque patienter, ut opinor, id ferretur, nisi nimis facile etiamnunc sibi persuaderent qui carmina epica perlegunt, priscos poetas et novas figuras et nova officia verbis tribuisse identidem. Nempe ἔνδοξον, μέγαν, ἀγαθόν, *splendidum, illustrem* interpretantur Homericum adiectivum δῖον. Quae omnia si revera id valet, quidni latiore etiam ducto orbe statuimus *in laudem* dici, sed accuratius definiri non posse. At interpretandi istiusmodi artificia si aspernamur et aversamur, adeo fluxam pallidamque fuisse

Digitized by Google

dictionem epicam adeove sterile fuisse veterum poetarum ingenium confidenter negantes, fieri non potest quin molestum videatur adiectivum δῖος sive *divus* substantivo *comitibus* additum eo loco ubi militum mortalium fiat mentio. *Divi* passim dicuntur *dei deaeque*, quibus annumerantur *terra, mare, fluvii, aurora, aether*; dicuntur *reges* — ceteris frequentius Achilles et Ulixes — *reginaeque*; etiam populi *Achivi* et *Pelasgi* sic appellantur. Haec omnia nihil habent quod suspicionem admirationemve moveat; haberet sane risumque adeo moveret δῖος ὑφορβὸς *Eumaeus*, nisi ipsum epitheton δῖος testaretur neque vulgarem subulcum hunc fuisse primitus neque Ulixem fuisse regem mortalem, sed deum fuisse utrumque: alter Apollo olim fuit Ulixes, alter Proteus fuit Eumaeus.

Restat unicus ille versus quem excripsi. Qui si integer ad nos pervenit, aut a prisca dictione longe aberravit qui eum confecit aut et comites illi τοῦ ἀντιθέου Σαρπηδόνος olim non milites fuere terrestres sed caelitis alicuius sodales divini. Hoc credibile non ducet, opinor, qui perlegerit contextum, ubi vera mortalium pugna a poeta enarratur. Itaque aut ipsum poetam adiectivo δίῳ infelicissime usum esse statuamus oportet aut — et hoc est quod suspicor equidem — postmodo adulterata esse eius verba. Verum mihi videtur:

οἳ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα ἐσθλοὶ ἑταῖροι
ἐξέφερον πολέμοιο,

quod mutatum esse arbitror ad vitandum hiatum post pedem quartum, qui aevo recentiori displicebat.

Leve est quod Δ 228 Θ 114 Λ 620 codicem A explorantium diligentiam videtur fugisse. Nomen Εὐρυμέδων tribus his locis superscriptam habet litteram Λ. Fuit igitur olim lectio altera Εὐρυμέλων. Unde orta? Causa patet. Initio τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιπωλήσεως (Δ 228) commemoratur *Agamemnonis* minister

Εὐρυμέδων υἱὸς Πτολεμαίου Πειραΐδαο,

at is, cuius in rhapsodiis Θ et Λ fit mentio, est *Nestoris θεράπων ἀγαπήνωρ*. Hanc igitur homonymiam fuere qui non ferrent, et quemadmodum Zenodotus *Pylaemeni* loco notissimo (N 643) e coniectura substituit *Cylaemenem*, sic ex altero *Eurymedonte* factus est *Eurymelon*.

Digitized by Google

Quae Aristonicus ad hos locos annotavit sic tradita sunt in codice A:

Δ 228: „Εὐρυμέλων: ἡ διπλῆ ὅτι καὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Νέστορος ὁμωνύμως ἦν ἡνίοχος Εὐρυμέλων."

Θ 114: „ἡ διπλῆ ὅτι ὁμώνυμος οὗτος τῷ Ἀγαμέμνονος ἡνιόχῳ."

Λ 620: „ἡ διπλῆ ὅτι καὶ Ἀγαμέμνονος ἡνίοχος ἦν Εὐρυμέλων."

Non integra igitur servata sunt scholia quae ad hanc lectionis varietatem pertinebant, sed suspicor Zenodotum aut in rhapsodia Δ aut in Θ et Λ legisse Εὐρυμέλων, Aristarchum vero tribus his locis legisse Εὐρυμέδων, quae et vulgata est lectio; id quidem certum est idem hunc legisse locis cunctis.

Diplen simplicem sive ἀπερίστικτον, μὴ περιεστιγμένην Aristarchum appinxisse versibus quibus virorum homonymorum commemorantur nomina, argumenta sic colligentem quibus refelleret Zenodoti illam coniecturam *Cylaemenem* aliasque eiusmodi, et aliunde novimus et disertis verbis dixit Aristonicus in operis sui Praefatione, de qua disputavi in Mnemosyne 1902 p. 179 sqq. et nuper in Iliadis[3] Prolegomenis p. XLII sqq.

Malae notae esse versum Z 2:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο

quemvis docent aures; satis autem certum videtur ita esse corrigendum ut et vitetur incisio post quartum trochaeum et e caesura masculina fiat feminina (ἔνθα pro ἔνθ'). Sed quod praeterea olim suspicabar, ordinem solum verborum turbatum esse, ipsa verba non esse corrupta, poetam enim scripsisse:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα μάχη πεδίοι' ἴθυσε,

id licet speciem aliquam habeat, haud unam tamen ob causam parum iam placet. Neque enim ultro invehendi videntur versus spondiaci, neque genitivus πεδίοιο a versus exitu — qua sede huiusmodi genitivi collocari solent — removendus videtur, neque ἰθύειν verbum sive *recta procedere, irruere* huic versui aptum videtur. Quid sit προτέρω ἰθύειν vel ἰθύειν διὰ προμάχων optime intellegimus et facile haec similiaque mente nobis informamus; qui a cursu averti nequit, ceu aper vel λᾶας ἀναιδὴς obstantia quaevis disiciens sternens proterens, is ἰθύει. Sed „ἔνθα καὶ ἔνθα πολλὰ ἰθύειν" quid sit roges facilius quam dicas. Quapropter suspicor errori deberi illud ἴθυσε, cuivis autem *furendi* vel

Digitized by Google

aestuandi verbum nunc in mentem venit. Praebet id ipse Homerus locis quales hi sunt:

Π 699: *περὶ πρὸ γὰρ ἔγχε' ἔθυιε* (cf. Λ 180).

ν 85: *κῦμα δ' ὄπισθε*
πορφύρεον μέγ' ἔθυιε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Itaque hoc est quod propono:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα μάχη 'θυΐεν πεδίοιο.

Quam male ipsi Graeci olim dictionem epicam cognitam habuerint, luculenter testantur verba Hectoris equos suos incitantis Θ 185 sqq.:

185 [*Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε*
νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν [*δῖε,*
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος,
ὔμιν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκε
ποινόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,
190 *ἥ ἐμοί, ὅς πέρ τοι θαλερὸς πόσις εὔχομαι εἶναι.*
ἀλλ' ἐφομαρτέετον καὶ σπεύδετον κτέ.

Ubi dualis numerus docet spurium esse, quem Aristarchus proscripsit, versum primum. Frustra oblocutus quidam in scholiis BT perhibet: „*οὐ πρὸς ἕκαστον ἵππον* haec dici, *ἀλλὰ τοὺς μὲν ζυγίους ἵππους ἀνθ' ἑνός, τοὺς δὲ παρηόρους ἀνθ' ἑτέρου λαμβάνεσθαι.*" Quae ineptiae leviter mutatae redeunt in scholiis ad Aristophanis Pac. 7, ubi verbis comici, scarabaeum offam sibi oblatam *τοῖν ποδοῖν* corripuisse dicentis, ita abusus est Didymus aliusve interpres *τοῦ πονηροῦ κόμματος*, ut tres pedes sinistros tresque dextros illius bestiae intellegendos esse perhiberet et loco Homerico duos equos dextros duosque sinistros coniunctim significari. Alii verba epica vi et machinis ita compingere conabantur ut e quatuor equis fierent duo, Ξάνθος nimirum *πόδαργος καὶ αἴθων* et Λάμπος *δῖος*.

Spreta iam iacent istiusmodi artificia et Aristarcho adstipulamur omnes. Nam ne totum hunc locum pro recentiore habentes duali numero substituamus pluralem dehortatur *ἐφομαρτέετον* illud, pro quo *-τέετε* salvis numeris legi vix potest.

Sed primo versu remoto restat aliud incommodum. Non dico id, quod Aristophani et Aristarcho adeo ridiculum est visum ut versum 189 damnarent: equos vinum aquae admixtum nonnum-

Digitized by Google

quam bibisse dici. Nonne in certaminibus hodiernis vino Campanico stimulatur equorum ardor? Hunc igitur versum, — qui salvo contextu recidi ne potest quidem, quoniam eo omisso granis vesci diceretur heros — haud inique nunc fero equidem, neque concisior quam quae probari possit videtur Hectoris oratio, animum commotum ipsa brevitate prodens. Sed egregie miror quod de versus 186 structura nihil in scholiis invenio observatum. Non tamen decurrit oratio, talem igitur ab ipso poeta compositam non est credibile. Quapropter suspicor recentis originis vitio illum versum deturpari, sic autem esse legendum:

νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον! ἦ μάλα πολλὰ
Ἀνδρομάχη κτἑ.

„*Nunc gratos vos praestate! Saepe profecto Andromache cibum potumque vobis prius praebuit quam ipsi suo marito.*"

Simile vitium irrepsit in versum vicinum Θ 230. Quo loco Agamemnon milites ab hostibus in castra compulsos increpans: „*Pro pudor!*" clamat:

πῇ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ Φάμεν ἔμμεν' ἄριστοι,
ἃς ὀπότ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράεσθε.

Ne hic quidem decurrit oratio, et dudum sensere critici textum traditum corrigendum esse. Bentley scribebat ἅσσα ποτ' ἐν Λήμνῳ, Heyne ἅς ποτ' ἐνὶ Λήμνῳ, cui partim adstipulatus equidem ἃς τότ' ἐνὶ Λήμνῳ verum ducebam antehac. Nunc deleto pronomine relativo versum sanasse mihi videor:

πῇ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ Φάμεν ἔμμεν' ἄριστοι,
ὀππότ' ἐνὶ Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράεσθε.

Similis verborum structura e. c. est Λ 396 sqq.:

πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα
εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι
οἴῃ ἐν ἀθανάτοισιν ἀρειικέα λοιγὸν ἀμῦναι,
ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι.

Λ 462 sq. Ulixes vulneratus vocat sodales qui sibi opem ferant:

τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤυσεν ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός,
τρὶς δ' ἄϊεν ῥιπάχοντος Ἄρηϊ Φίλος Μενέλαος,
αἶψα δ' ἄρ' Αἴαντα προσεφώνεεν κτἑ.

Digitized by Google

Quo de loco amicus collega Hartman aliquando mecum disputans alterum τρίς molestum sibi videri dixit, *ter* enim qui clamantem audierit non *confestim* (αἶψα) ei obsecundasse. Iustum crimen videtur; quapropter ex altero versu in alterum illud τρίς aberrasse suspicatus conieci:

τοῦ δ' ἄϊεν κτέ.

Λ 539. Hector ferox irruit in hostes,

ἐν δὲ κυδοιμὸν
ὦκε κακὸν Δαναοῖσι, μίνυνθα δὲ 'χάζετο δουρός.

Verba haec sunt sine sensu. Aristarchus scribebat δουρί, quae vix aptior est lectio. Nam heros hostem petens non χάζεται sive *recedit*: aut igitur illud verbum hinc alienum aut cedere dicendi sunt *Danai*. Sic Δ 497, cum Ulixes hastam librat in Troianos, legimus:

ὑπὸ δὲ Τρῶες 'κεκάδοντο
ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος.

Item Ο 574 de Antilocho. Itaque, licet audacior sit coniectura, suspicor pro δουρός nostro loco scribendum esse λαός.

Alibi legitur: ἐκ δ' ἔσσυτο λαός, 'πῖπτε δὲ λαός, ἕζετο λαός, ἤγρετο λαός.

Μ 23 commemorantur fluvii Troadis

Σκάμανδρος
καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι
κάππεσον ἐν κονίῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.

Quo loco cum ἡμιθέων officit vox parum epica tum *pulveris* mentio. Quae incommoda ut vitaret Bentley scribebat:

κάππεσον ἐν δίνῃσι καὶ ἰΦθίμων μένε' ἀνδρῶν.

Speciem fortasse habet δίνῃσι illud, μένε' an necessarium non sit dubito, ἰφθίμων coniectura audacior est quam quae probetur. Et fortasse ferendum est ἡμιθέων, utpote aevi recentis indicium, siquidem postmodo inserti sunt versus, quibus vallum Achivorum bello finito a diis deletum narratur. Sed suspicor unam litteram expungendam esse, non enim ἡμιθέων sed ἠϊθέων poetam fecisse mentionem. Ad quam qualemcunque coniecturam tuendam et alii versus possunt conferri et Δ 474, ubi Aiax caedit

ἠΐθεον θαλερὸν Σιμοείσιον.

Digitized by Google

Satis probabilem ducerem, si voces ἠΐθεος et ἀνήρ iunctae invenirentur alibi. Sed αἰζηός et αἰζηΐος vocabula subsimilia et fortasse cognata cum haud uno loco nomen ἄνδρα habeant additum (Ψ 432 Π 716 P 520 μ 83), quidni et ἠΐθεος id admiserit?

M 121. — Mira est inconstantia, qua porta castrorum modo *uno* pessulo clausa esse dicitur, modo *duobus*. Non quo magni momenti hanc esse discrepantiam contendam equidem quaeve poetae haud ita facile condonetur! Sed ut sit levis atque adeo levissima, vix tamen mihi persuadeo ut credam eum cantorem, qui pluribus versibus celebravit Hectorem ingenti saxo perfringentem πύλας δικλίδας ὑψηλάς, quas δοιοὶ ἔντοσθεν ὀχῆες εἶχον ἐπημοιβοί, μία δὲ κληῖς ἐπαρήρει, quo ictu percussae μέγα πύλαι ἤμυκον, οὐδ' ἄρ' ὀχῆε ἐσχεθέτην, σανίδες δὲ διέτμαγεν ἄλλυδις ἄλλη (M 454—461), eandem rem sic paucis verbis esse complexum ut Hectorem ῥῆξαι πύλας καὶ μακρὸν ὀχῆα diceret (M 121, 291 N 124). „Aut clausa aut aperta sit ianua oportet" vicinorum est adagium: — „aut uno aut pluribus vectibus clausa sit oportet" — nostro iam iure nos dicimus. Et plures ei fuisse obditos testatur Iliadis exitus, ubi Mercurius Priamo ὤϊξε πύλας καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας (Ω 446). Troiana quoque porta plures habebat, nam aperiri eam cum iussit Priamus, milites qui custodes adstabant ἀπῶσαν ὀχῆας (Φ 537). Nec non plures ὀχῆας habuit Ulixis thalamus (Φ 47 ω 166).

Quid igitur?

Simplicissima, nisi fallor, est res: — pro μακρὸν ὀχῆα tribus quos indicavi locis legendum est μακρὼ ὀχῆε. Quam neque audacem esse coniecturam perhibebit quicunque meminerit quam iniqua fortuna in textu carminum epicorum usus sit numerus dualis, neque ab analogiae parte praesidio destitutam dicet qui versus modo laudati

ἄφαρ δ' ὤϊξε πύλας καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας

contulerit lectionem alteram ὀχῆα, quam praebet codex Townleianus, vel verba vicina Achillis de tentorii sui ianua sic loquentis: „*mortalis homo* οὐδέ κ' ὀχῆα ῥεῖα μετοχλίσσειε θυράων ἡμετεράων" (Ω 566 sq.); quo loco licet necessarius sit numerus singularis, quoniam μοῦνον ἐπιβλῆτα poeta huic ianuae disertis verbis tribuit (Ω 453, 455), — *unus* nimirum sufficiebat ad

Digitized by Google

tentorii forem obfirmandum, *duos* potius requirebat porta valli quo arcebantur copiae hostiles, — multi tamen codices praebent pluralem ὀχῆας, ita ut temere haec in libris olim permutata esse testentur etiamnunc quae supersunt exemplaria.

M 333. — Lycii Sarpedone et Glauco ducibus invadunt Achivorum vallum:

τοὺς δὲ ῥιδὼν ῥίγησεν υἱὸς Πετεοῖο Μενεσθεύς·
τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες.
πάπτηνεν δ' ἀνὰ πύργον Ἀχαιῶν, εἴ τιν' ἴδοιτο
ἡγεμόνων, ὅς τίς τοι ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύναι.

Ante omnia virgulam post Ἀχαιῶν deleamus, post πύργον scribamus. Ipsum autem vocabulum illud πύργον manifeste vitiosum est; e versu proximo est repetitum, ut τρίς Λ 463. Quo vocabulo deleto textus praebet lacunam — quomodo explendam? Bekker scribebat ἀνὰ τεῖχος, quae speciem licet habeat coniectura, veri tamen non satis simile videtur Menestheum aliam valli partem defensoribus nudari iussisse ut sibi succurreretur. Nonne aptius est:

πάπτηνεν δ' ἀνὰ μέσσον?

Non enim omnes copias Achivorum in vallo fuisse collocatas fert ratio.

Versum N 363 famosum fecit lectionis varietas mirifica. In codicibus enim nostris Idomeneus dicitur interfecisse

Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα,

olim vero in libro Argivo quem dicunt scholia legebatur

Ὀθρυονῆ(α) Ἐκάβης νόθον υἱὸν ἐόντα.

Et hoc quidem ineptum; neque vero tolerabilis est lectio vulgata. Quam qui interpretarentur Καβησόθεν ἐνδονέοντα idque *Cabeso progressum* valere sibi persuaderent fuerunt olim. Senserunt videlicet qui litteras traditas tam ridicule iungebant illud „ἔνδον" non habere quo referretur.

Imitatoris flagitium hic deprehendere sibi videtur amicus Hartman; obversata esse cantori verba Aiacis (O 438 sq.): *„eheu cecidit sodalis noster Lycophron,*

ὃν νῶϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα
ἴσα φίλοισι τοκεῦσι ἐτίομεν ἐν μεγάροισι."

Digitized by Google

Quo loco illud -θεν breviter quidem loquentis est, sed molestum nihilo magis videri potest cuiquam quam Στρεψιάδης v. c. Κικυννόθεν quaeque huiuscemodi sunt plurima. Significant autem verba laudata: „*Lycophronem illum Cytherium domi nostrae parentis loco colebamus*". Hospes quidem erat, sed hospes honoratus et carissimus.

Illum igitur versum si recentior aliqui cantor nostro loco est imitatus, ineptissime profecto eo est abusus indignusque fuit qui poetae nomine designaretur. Sed equidem facilius mihi persuadeo corrupta esse verba tradita, quam versum ab hoc loco alienissimum cantori exemplum praebuisse. Collato autem versu (N 664) quo Euchenor dicitur

ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, Κορινθόθι τοιχία ναίων

suspicor olim fuisse:

Ὀθρυονῆα Καβησόθι τοιχί' ἔχοντα.

Ut in versu quem modo tetigi, sic T 107 olim dubitarunt interpretes quomodo inter se iungendae essent litterae traditae. Narratur illic fraus, qua Iuno aliquando circumvenit Iovem. Parturiente Alcmena „*Hodie*" dixit ille „*e sanguine meo nascetur qui late imperabit vicinis*". Cui Iuno:

„ψευστήσεις" ait „οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις". Iureiurando dein pater deorum verba sua confirmavit, illa autem maturavit natales Eurysthei, et sic ... sed fabulam notissimam referre nihil attinet. Illud vero futurum ψευστήσεις cum quosdam male olim haberet, ψεύστης εἷς (= ἐσσί) scribendum esse arbitrati sunt. Et fuit cum veram ducerem eam lectionem, quae speciem habet sane, quoniam ψευστῆσαι verbum alibi in Homericis non occurrit, ψεύστης autem nomen certum est Ω 261, ubi Priamo irato „ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε" audiunt filii. Optimo tamen iure futurum illud ab Aristarcho esse servatum accuratius rem perpendentibus apparet. Nam „*mendax es*" si Iovem affatur Iuno, probrum hoc est merum et sic temere — non enim iam rixantur — in Iovem coniectum. Sed „*mendax eris*", id quod praebet textus traditus, significat: „*mentitum te esse posthac apparebit*" et aptissime cohaeret cum sequentibus: „*vana te iactasse ipsa res docebit, non enim perficies id quod ais*".

Quae loquendi brevitas sermoni familiari est propria et ibi

Digitized by Google

praesertim usu venire solet ubi animo commotiore loquuntur homines sive spe elati sive ridentes sive anxii sive irati. Sic ad Nestorem Agamemnon in tumultu nocturno (K 88):

„ὦ Νέστορ ...
γνώσεαι Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα!"

Id est: *„Agamemnonem nosti, opinor, et sat cito agnosces!"*

Vel Helena ad Priamum (Γ 235): *„cunctos illic cerno amicos Achivos,*

οὕς κεν ἐὺ γνοίην καί τ' οὔνομα μυθησαίμην",

— quae si grammatice potius voluisset loqui, aut dicere debebat: *„cunctos, quos bene novi"* aut — sed quis verborum istum tinnitum laturus erat! — *„cunctos, quos bene me nosse appareat, si me interroges"*.

Et nos qui nunc vivimus sic solemus loqui. Neque aliter apud comicum Chremylus (Ar. Plut. 1057), postquam iuvenis ille anum *„πόσους ἔχεις ὀδόντας;"* proterve interrogavit, *„ἀλλὰ γνώσομαι καὶ ἔγωγε!"* ridens exclamat; ubi grammaticae strictioris foret: *„ἀλλ' οἶδά τοι καὶ ἔγωγε!"* vel: *„ἀλλὰ γιγνώσκειν καὶ αὐτός μοι δοκῶ"*, futuro autem tempori haec inest notio: *„me quoque scire statim apparebit"*, — addit nimirum: *„tres, opinor, habes vel quatuor"*.

Alios locos Aristophaneos complures collegi in annotatione ad Pluti versum 290 (*„βουλήσομαι ὑμᾶς ἄγειν"* = *βούλομαι ὑμᾶς ἄγειν καὶ ἄξω εἰ δοκεῖ*). Quorum unum nunc excribo, versui Homerico, unde disputandi feci initium, plane simillimum (Eccles. 568):

νὴ τὸν Ποσειδῶ, μεγάλα γ'! ... εἰ μὴ ψεύσεταί,

— *„magna profecto sunt ista ... modo ne mera mendacia esse mox appareat!"* Ubi *„εἰ μὴ ψεύσεταί"* id valet quod: *„εἰ μὴ ψευδολόγος φανεῖταί"*, — scribe autem praesens *ψεύδεται* et insulsum fit id quod lepidissime erat dictum.

Sic igitur Iunonis Homericae illud verbum *„ψευστήσεις"* significat *„ψευδολόγος φανεῖ"*, neque quisquam opinor est qui, postquam haec omnia secum reputaverit, praeferat — immo patienter etiam ferat — priscam lectionem *ψεύστης εἶς*.

Addam alios nonnullos locos epicos, ubi futurum eadem ratione est tuendum et interpretandum.

Primus in censum veniat locus item simillimus. Sunt verba

Digitized by Google

Halithersis inter Ithacenses reditum Ulixis augurantis (β 170):

οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι ἀλλ' ἐὺ ϝειδώς,

quo loco „exemplaria meliora" olim habuisse praesens μαντεύομαι testantur scholia. Deterior tamen ista erat lectio, immo pessima! Nam futurum demum tempus verbis senis addit illud ἦθος, sine quo omnino languent; valent enim id quod: *„οὐ ψευδόμαντις Φανήσομαι", minime vereor ne falsa imperite vaticinatum me rerum eventus sit demonstraturus!"*

Nunc afferam Ulixis ad Calypso et eiusdem ad Circen verba (ε 177—179 et κ 342—344):

οὐδέ κ' ἐγώ γ' { ἀτέκητι σέθεν σχεδίης ἐπιβαίην,
{ ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν' ἄλλο.

Item in versibus vicinis, qui cum his cohaerent (ε 187 et κ 300):

μή τί τοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν' ἄλλο.

Quibus locis βουλευσέμεναι significat: *„periculum esse ne malum struas".*

Sequantur Ulixis ad Phaeaces verba (θ 223): *„inter aequales nemo est qui arcu me superet,*

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν' οὐκ ἐθελήσω",

i. e.: *„priscos vero illos heroes aemulari, id in animum nunquam mihi inducam".*

Iam consideremus quae Eumaeus ait ad Telemachum (π 66): *„hospes hic Creta est oriundus, nunc autem*

ἦλυθ' ἐμὸν πρὸς σταθμόν, ἐγὼ δέ τοι ἐγγυαλίξω",

i. e.: *„ego eum tibi sum traditurus (si in fidem tuam recipere eum velis)".*

Denique huc faciunt Agamemnonis ad Ulixem verba in exitu τῆς δευτέρας νεκυίας (ω 201): *„casta tua uxor Penelope laudibus etiam a posteris celebrabitur, at Clytaemestra famosa*

ἔσσετ' ἐπ' ἀνθρώπους, χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὀπάσσει
θηλυτέρῃσι γυναιξί, καὶ ἥ κ' ἐύεργος ἔῃσι".

„Infamia afficiet ceteras mulieres" — immo iam affecit! Sed non hoc dicit Agamemnon; quod vult hoc est: *„in carminibus contemtim commemorata adultera illa toti sexui femineo perpetuum dedecus est futura".*

Qualibus locis facile est conicere βουλευέμεν', οὔ κ' ἐθέλωμι,

Digitized by Google

ἐγγυαλίζω [1]), ὅπασσε, et fuere qui ea suaderent, ut et apud comicum locis similibus pro ἐθελήσω et ψεύσει et Φανεῖ et ἕξω et ἐγὼ βουλήσομαι ab optimo quoque critico proposita sunt ἐθέλω ἐγώ, ψεύδει, Φαίνει, ἔχω, ἔγωγε βούλομαι (Ach. 318 Nub. 261 Thesm. 233 Ran. 1230 Plut. 290); sed eiusmodi coniecturae cur non sint probandae ostendisse me spero.

X 349 inter omnes constat non magis inclementer quam vitiose dicta esse verba Achillis morienti Hectori insultantis:

οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκῃ,
οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Nam sive εἰκοσινήριτα una voce scribimus iubente scholio sive εἴκοσι νήριτα, manet arena calce destituta. Id unum potest dubitari, sitne ipsius vatis haec culpa an in deterius abierint quae ille cecinerat. Alii igitur vulgatam utcunque defendere et explicare sunt conati, — sed quis credat egregium illum poetam, qui Hectorem ab Achille caesum celebravit, balbutire sic coepisse subito! — alii lenioribus quibusdam remediis sanare. Equidem aut toleranda censeo quae tradita sunt, utpote conclamata, aut maius quid audendum. Nam duos hic versus nescio quo excribentium errore in unum confluxisse arbitror, irrepsisse enim molesta illa numeralia „δεκάκις τε καὶ εἴκοσι" e loco subsimili τῆς Πρεσβείας (I 378 sqq.), ubi Achilles dona Agamemnonis a legatis sibi promissa aspernatus „ἐχθρά μοι τοῦ δῶρα!" exclamat et:

„οὐδ' εἴ μοι δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις τόσα δοίη ...
οὐδέ κεν ὥς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσει' Ἀγαμέμνων."

Quae si non vana est suspicio, nostro loco deletis verbis spuriis restat quaerere an probabiliter expleri possit lacuna. Puto equidem. Dixerat Hector:

„λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων σῶν τε τοκήων,
μή μ' ἐάειν παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν!

1) Loco subsimili B 436, ubi codices praebent futurum ἐγγυαλίξει, an non recipienda fuerit veterum criticorum lectio ἐγγυαλίζει nunc dubito. Ad quem locum in annotatione critica indicavi ceteros — quos quidem adverti — versus Homericos, ubi praesens et futurum in lectione tradita variant.

Digitized by Google

ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ϝάλις χρυσόν τε δέδεξο,
δῶρα τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
σῶμα δὲ ϝοίκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν!"

Ipsa autem eius verba cum amaro risu repetens hostis inexorabilis:

„μή με, κύον, γούνων γουνάζεο μηδὲ τοκήων!
... οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκῃ,
οὐδ' εἰ νήριτ' ἄποινα ⟨πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ⟩
στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Adiectivum νήριτος sive *innumerus* (= ἀνάριθμος) extat in Hesiodi versu Op. 511:

πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη,

et apud Homerum est montis nomen Νήριτον (B 632 al.). In vulgata autem lectione praeter cetera incommoda et hoc male nos habet, quod verbi στήσωσι subiectum aegre desideratur.

In Achillis verbis notissimis (Ψ 103 sq.)

„ὦ πόποι, ἦ ῥά τί ἐστι καὶ ἐν Ἀϝίδαο δόμοισι
ψυχὴ καὶ ϝείδωλον, ἀτὰρ Φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν"

vox Φρένες suspicionem movet, et olim movit Aristarcho. Perantiquam esse lectionem apparet. Ergone ferenda? Vix tamen potest satis apte explicari. Dubitavi equidem utrum μένος proponerem, cui coniecturae favet fortasse animarum epitheton epicum ἀμενηνὰ κάρηνα, an σθένος. Hoc nunc verum videtur.

„Ultima primis cedunt!" — sic de Iliadis libro Ψ quin iudicet quicumque sentiat quid distent aera lupinis, fieri vix potest. Post equestre illud certamen fuse et vividissime et ita ut ipsis rebus interesse nobis videamur descriptum, sequuntur quae aliam produnt manum, partim languide, partim obscure enarrata, partim etiam perabsurda. Sequior igitur illa carminis pars si habeat locutionem quae et in priore legatur, aliud autem illic significet quam hic, non erit quod magnopere miremur. Ita autem res se habere videtur Ψ 266 et 655. Posteriore loco Achilles pugilibus praemium proponit

ἡμίονον ταλαεργόν ...
ϝεξϝετέ' ἀδμήτην, ἥ τ' ἀλγίστη δαμάσασθαι,

„*equam feram sexennem, indomitam, quae domitu difficillima*".

Digitized by Google

Perinutile igitur victori futurum est hoc donum! Quapropter litteris aliter iunctis ϝεξϝετέα δμητήν scripsit Naber, cui multi sunt assensi. Et mihi certa videtur haec correctio. *Equam feram* accepturus est victor: animal rarius et praestantissimum, eamque *domitam*; quod cur addat poeta, docent verba sequentia, quibus illud genus animalium dicitur *domitu difficillimum*.

Alterum igitur locum egregie expedivit Naber. Sed quid statuendum de priore? Ubi haec sunt tradita:

(Achilles) τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκε
ϝεξϝετέ' ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν.

Ibi quoque ϝεξϝετέα δμητήν verum ducit Naber, et fortasse suo iure ducit. Sed equam sexennem *domitam* esse, id non est quod dicatur, non enim de *feris* equabus iam agitur, nihil igitur insoliti huic rei inest. Itaque verum si Naber hic quoque vidit, ita accipiendum nunc videtur δμητή ut δεδαμασμένη in vetusta lege de puella deflorata dictum, cui oppositum est epicum illud παρθένος ἀδμής. Significabit igitur *equam quae marem sit passa*, apteque cohaerebit quod sequitur *mulum utero gerentem*.

Dubito tamen an praeferam vulgatam, quam haud inepte sic interpretari mihi videor: *praemium proposuit Achilles equam sexennem, quae iugo nunquam fuerat submissa*. Libertas hactenus ei erat concessa, quo praestantiores pareret pullos.

Quicquid id est, — nam, quod dixi, dubito, — sive ἀδμήτην hic servandum, sive hic quoque sequendus est Naber, id quidem certum arbitror non eandem utrobique esse adiectivi potestatem, sed versu 266 aut de *indomita* equa sermonem esse aut de *gravida*, versu autem 655 de iumento *domito*. Et priore loco ἡμίονος est *mulus*, ut apud posteros, altero vero *equam agrestem*, peregrinam vox significat, ut B 852.

In deteriore quam modo dicebamus Ludorum parte vix quicquam est deterius quam quae Ψ 802 sqq. leguntur Achillis verba:

ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥ περ ἀρίστω,
τεύχεα ϝεσσαμένω, ταμεσίχροα χαλκὸν ἐλόντε,
ἀλλήλων προπάροιθεν ὁμίλου πειρηθῆναι.
805 ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλόν,

Digitized by Google

ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα,
τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε Φάσγανον ἀργυρόηλον,
καλὸν Θρηΐκιον, τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀπέραν·
τεύχεα δ' ἀμφότεροι ξυνήια ταῦτα Φερέσθων,
καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομεν ἐν κλισίῃσι.

Sed hoc loco quod displicet, non ipsi poetae id imputandum esse satis certum est. Nam versus 804, qui salvo contextu omitti omnino non potuit, deest tamen in papyro testium antiquissimo, defuit in exemplari quo usus est Nicanor, deest in codicibus multis, etiam in textu codicis A [1]), et in textu huius archetypi defuisse eum docet numerus versuum [2]). Deest etiam in Laurentiano codice D, ubi versus proximi exitus in ἑλόντων est mutatus, ne omnino haereret sententia, sed paradiorthoma id esse nemo non videt.

Ergo hoc loco in optimis exemplaribus aliquando totus versus sententia invita intercidit: nonne credibile versus proximos labe affectos esse? Olim ita ratus Aristophanes grammaticus tentavit aliquid aut e fontibus hodie ignotis duxit; in cuius editione teste scholio T haec legebantur:

ὀππότερός κεν πρόσθεν ἐπιγράψας χρόα καλὸν
φθήῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ Φόνον ἀνδρῶν —

si quidem recte sic traditum; nam ultimum illud καὶ Φόνον ἀνδρῶν plane ineptum, neque aptum ἐπευξάμενος (φθῇ ἐπορεξάμενος??). Aptum est ἐπιγράψας. In vulgata vero perabsurdum est hoc, quod non fugit Aristarchum: praemium et ei promitti qui prior telum per viscera — nam sic ignotum illud ἐνδίνων interpretantur — adversarii adegerit, et ei qui sic fuerit confossus, ambos autem mox lautis epulis acceptum iri. Fac spurium esse versum ultimum, cui obelum appingebat Aristarchus: ne pessimus quidem cantor tales ineptias potuit fundere; non falsarii haec sunt sed delirantis hominis. Patet igitur textum esse vitiatum, versum autem 806, quem Aristarchus item obelo notabat, non delendum esse, quo omisso hiulca et imperfecta fiat sententia, sed corrigendum, si satis probabiliter id possit fieri.

ων

1) Adiectus est in calce paginae, sic scriptus: ἀλλήλους seqq.

2) Nam in codicis A folio 308ᵛ, ubi hic locus est exaratus, versus sunt 25; qui 24 forent, si archetypi unus versus hoc loco a codicis A librario praetermissus esset. Cf. quae disputavi Mnemos. 1904 p. 447—450.

Digitized by Google

Requiritur quod significet: *qui prior sanguinem adversarii profluere fecerit* — non fatali aliquo vulnere divulsis eius visceribus, sed leviore ictu dicis potius causa quam serio inflicto. Apta igitur haec exempli causa forent:

ὀππότερός κε Φθήῃ ἐπιγράψας χρόα καλὸν
δουρὶ ὀρεξάμενος καὶ ἀνασσεύῃ μέλαν αἷμα,

— exempli causa, inquam. Nam ipsa poetae verba praestare posse minime mihi videor; ut a quoquam etiam praestari possint vereor.

Vitio laborare versum Ω 42, id dudum est agnitum. De Achille in corpus Hectoris saevienti dicuntur illic quae sequuntur:

λέων ὣς ἄγρια ϝοῖδε,
ὅς τ' ἐπεὶ ἂρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσι·
ὣς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν οὐδέ ϝοι αἰδὼς
γίγνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

Ultimum autem versum iure proscripsisse videtur Aristarchus. Sed sive deletur ille sive servatur, ad exitum suum enuntiatum non decurrit, parum autem profuere quae proposita sunt remedia leniora. Equidem Christio assensus particulam *ἐπεί* errori deberi arbitror, originem autem mali repeto e comparatione simili, quae legitur in libro P (vs. 657 sqq.):

ὣς τίς τε λέων ἀπὸ μεσσαύλοιο,
ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι κύνας τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων,
οἵ τέ μιν οὐκ ἐάουσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι
πάννυχοι ἐγρήσσοντες· ὃ δὲ κτέ.

Cuius enuntiati item minus concinna est compositio, ita tamen ut nemo gravius eam sit vituperaturus; mutata nimirum est structura, quae in sententiis longioribus minime rara est negligentia. Nostro vero loco non mutata est apodosis, sed plane omissa, neque in comparatione aliquanto maioris ambitus sed intra duorum versuum spatium. Quapropter non dubito quin delenda sit particula condicionalis, suspicor autem intercidisse aliquod epitheton. Quod si liceat scribere:

λέων ὣς ἄγρια ϝοῖδε
⟨σίντης⟩, ὅς μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' κτέ.,

Digitized by Google

non habeam quod etiam improbem. Cf. Τ 164 sq.: λέων ὣς | σίντης, ὅν τε κτ., Λ 480 sq.: ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων | σίντην.

Ω 324 quod legitur non esse priscae artis nemo negat. Legitur:

πρόσθε μὲν ἡμίονοι εἷλκον τετράκυκλον ἀπήνην,

sed Homericum est potius τεσσαράκυκλον, ut τεσσαράβοιον Ψ 705. Brevior vero recentiorque adiectivi forma redit ι 242, et ibi quidem cum vitio manifesto:

ἄμαξαι
ἐσθλαὶ τετράκυκλοι ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.

Quo loco dudum τεσσαράκυκλοι metro duce a criticis est restitutum. Nostro autem loco non forma tantum adiectivi suspicionem movet, sed ipsum adiectivum languidum potius videtur quam utile. Quapropter non proponam

πρόσθε μὲν οὐρῆ' εἷλκον ἀπήνην τεσσαράκυκλον,

licet speciem fortasse habeat ea coniectura, sed verum esse suspicor:

πρόσθε μὲν ἡμίονοι εἷλκον ἐύκυκλον ἀπήνην.

Ω 720 sqq. En aliud enuntiatum non decurrens. Corpus Hectoris cives

τρητοῖσ' ἐν λεχέεσσ' ἔθεσαν, παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς
θρήνοι' [1]) ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο γυναῖκες.

Alterum pronomen quin errori debeatur dubium non videtur, collato autem Odysseae versu (ω 60):

μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ϝοπὶ καλῇ
θρήνεον

conieci:

θρήνοι' ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν
θρήνεον ⟨ἑξείης⟩, ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο γυναῖκες.

Lenius mihi hoc videtur remedium quam quod proposuit Agar:

θρήνοι' ἐξάρχους, οἵ τ' ἐξάρχουσιν ἀοιδήν.
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον κτέ.,

neque admodum placet illud ἐξάρχους οἱ ἐξάρχουσιν (confert ille β 65 I 124 al.); praeterea in vulgata suspicionem movet ἐθρήνεον trisyllabum.

1) Sic scripsi; codd. θρήνους vel θρήνων.

Digitized by Google

Perabsurda sunt quae sub finem Iliadis lugenti Helenae in textu tradito tribuuntur verba Ω 765 sqq.:

ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐϝεικοστὸν ϝέτος ἐστί,
ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης,
ἀλλ' οὔ πω σέ' ἄκουσα κακὸν ϝέπος οὐδ' ἀσύφηλον.

Sicine vero? *Vigesimus* iam vertitur annus ex quo patriam illa reliquit? De cuiusmodi numeris in Iliade hic illic obviis quid sit statuendum, a prisca nimirum poesi quam maxime fuisse alienos, antehac [1]) demonstrare studui; sed εἶνατον vel etiam δέκατον hoc loco si legeretur, recentioris quidem aetatis agnosceremus indicium, toleraremus tamen cum aliis quae sunt eiusmodi in carminis parte non antiquissima. Nunc dubitari nequit quin a stulto homine, Odysseae credo intempestive memori, interpolatus sit locus. Deleto versu molestissimo versum 766 post sequentem collocandum esse suspicor:

Ἕκτορ, ἐμῷ θυμῷ δαέρων πολὺ φίλτατε πάντων!
ἦ μέν μοι πόσις ἐστὶν Ἀλέξανδρος θεοϝειδής,
764 ὅς μ' ἄγαγε Τροίηνδ', — ὡς πρὶν ὤφελον ὀλέσθαι! —
767 ἀλλ' οὔ πω σέ' ἄκουσα κακὸν ϝέπος οὐδ' ἀσύφηλον
766 ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.

Sic demum apte decurrit sententia.

Priscae poesi quam maxime nocuisse *computandi* studium neque primus dixi equidem neque primum nunc dico, at digna est ea res quae saepissime dicatur et mente semper teneat eam oportet quicunque in carminum Homericorum originem compositionem fata inquirat. Suo autem tempore computasse et numerasse, id interpretibus quam maxime est utile [2]).

Quae observatio nonnihil prodesse videtur locis compluribus Odysseae, ubi Penelopes commemorantur proci; nusquam enim apertius est discrimen inter carmen antiquum et additamenta recentiorum. Iliadis cantoribus vetustis *novem* sollemnis fuit numerus, prisco autem Odysseae poetae numerus sollemnis fuit *duodecim* [3]). Itaque Ulixes per secures duodecim transmittit sa-

1) Cf. cap. XXV, pag. 193 sqq.

2) Quae sequuntur partim desumsi ex opusculo de Boogschutter en de Weefster (p. 75—77).

3) Singulos locos nunc afferre aut indicare inutile videtur.

Digitized by Google

gittam, duodecim navibus in bellum Troianum est profectus, greges boum ovium suum capellarum habuit duodenas, stabulis duodecim famulum Eumaeum praefecit, a Marone duodecim vini amphoras accepit, cum duodecim comitibus intravit speluncam Cyclopis, duodena pallia, lodices, tunicas ab hospitibus dono accepisse se narrat Laërti, totidem denique pallia, tunicas, auri talenta revera dono accepit a Phaeacum principibus. Sunt enim in Scheria duodecim iuvenes nobiliores, reges dicti, quibus decimus tertius rex praeest Alcinous, pater Nausicaae puellae formosissimae, quam in matrimonium duodecim illi iuvenes sibi expetunt omnes.

Ithacae autem, perinde atque Scheriae, reguli fuere duodecim (π 251):

ἐξ αὐτῆς Ἰθάκης δύο καὶ δέκα πάντες ἄριστοι.

Duodecim hi proceres Ulixis absentis et — ut illi quidem cum multis putabant — dudum mortui uxorem Penelopen sibi expetiverunt, opum videlicet dignitatisque regiae non minus quam mulieris formosae appetentes. Ulixis in aedibus ut regnarent ipsi eiusque in toro reginam amplecterentur in votis iis fuit; interim quotidie in regiam convenerunt, ludis laetisque epulis ibi tempus triverunt, et cum advesperasceret κατακείοντες redierunt τοικόνδε ἕκαστος. Singuli autem singulas Penelopes ancillas sibi conciliarunt (χ 424), quarum fruerentur amore donec ipsam dominam uxorem ducere liceret. Optimo igitur iure de insolentia duodecim illorum iuvenum protervorum apud cives Ithacenses conquestus est Telemachus, ut primum exuta pueritia virum se gerere coepit; gravissimo autem supplicio mox eos ultus est ipse Ulixes in patriam redux. Frustra arma tunc iis ministravit Melanthius famulus improbus (χ 144).

Perspicua haec sunt et simplicia et optime inter se conveniunt omnia; haec priscum habuit carmen. Sed ut in bello Troiano, sic in Ulixis fatis enarrandis fama eundo crevit identidem, crevere numeri. Itaque poeta recentior Telemachum ad patrem haec fecit dicentem (π 241—253):

ὦ πάτερ, ἦ τοι σεῖο μέγα κλέος αἰὲν ἄκουον,
χειρός τ' αἰχμητὴν ἔμεναι καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
ἀλλὰ λίην μέγ' ἔειπες· ἄγη μ' ἔχει. οὐδέ κεν εἴη
ἄνδρε δύω πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι μάχεσθαι.

Digitized by Google

μνηστήρων δ' οὔτ' ἄρ δεκὰς ἀτρεκὲς οὔτε δύ' οἷαι,
ἀλλὰ πολὺ πλέονες· τάχα τείσεαι αὐτὸς ἐπελθών.
ἐκ μὲν Δουλιχίοιο δύω καὶ πεντήκοντα
κοῦροι κεκριμένοι, τὲξ δὲ δρηστῆρες ἕπονται·
ἐκ δὲ Σάμης πίσυρες καὶ ἐείκοσι Φῶτες ἔασι,
ἐκ δὲ Ζακύνθου ἔασιν ἐείκοσι κοῦροι Ἀχαιῶν,
ἐκ δ' αὐτῆς Ἰθάκης δύο καὶ δέκα πάντες ἄριστοι.
καί σφιν ἅμ' ἐστὶ Μέδων κήρυξ καὶ θεῖος ἀοιδὸς
καὶ δοιὼ θεράποντε δαήμονε δαιτροσυνάων.

Ex *duodecim* igitur procis illis Ithacensibus facti iam sunt *centum et octo* sive 9×12 [1]), qui undique ex insulis vicinis confluxisse dicuntur ut suas in aedes reginam abducant uxorem (α 276 τ 579 al.). Ad quam turbam ingentem obtruncandam cum Ulixi non sufficerent tela, — nam qualis ea foret pharetra, quae plus centum sagittas contineret! — arma mox induit ... intuentibus otiosisque scilicet adstantibus inimicis! ... et hasta reliquos confecit, sociis usus filio subulco bubulco.

Facillime a lectoribus hoc agentibus carmen antiquius a recentiore sic distinguitur. Itaque dubium esse non potest quid sit statuendum de versibus duobus in Odysseae editione Aristophanea olim lectis, quibus carent exemplaria nostra. Verba dico Telemachi in concilio plebis cum procis expostulantis (β 50 sqq.):

μητέρ' ἐμὴ μνηστῆρες ἐπέχραον οὐκ ἐθελούσῃ,
τῶν ἀνδρῶν φίλοι υἷες, οἳ ἐνθάδε γ' εἰσὶν ἄριστοι,

addebat Aristophanes:

ἄλλοι θ' οἳ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι,
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Quos versus sive in libris quibusdam inventos recepit sive a se ipso confectos adiecit alios Odysseae locos imitatus, male fecit, corrumpunt enim contextum, id quod in scholiis optime est demonstratum, ita ut mirer Kirchhoffium genuinos ducentem. Soli reguli Ithacenses quotidie conveniunt in Ulixis megaron, ibique eius opes impudenter absumunt, pro dominis se gerentes videlicet, cum mortuum iam censeant regem priorem.

---

1) Admodum infeliciter hoc loco ita usus est Altenburg ut procos 118 fuisse statueret, dies igitur hibernos sive tertiam anni lunaris partem eos numero aequasse, — *famulos* nimirum sex et *praeconem* et *cantorem* et *scissores* duos iis annumerans!

Digitized by Google

Ab iis solis coram civibus sua repetit Telemachus potestve repetere. Ex insulis vicinis si qui convenissent proci, non verbis imperiosis adiissent reginam eiusve filium, nedum vi et minis in eos essent usi, sed precibus opinor donisque sibi devincire fuissent conati, cum ne umbra quidem iis esset iuris quo munus dominiumve regium sibi vindicarent. Neque potuissent ii quotidie nocte appropinquante domum suam redire.

Quae cum ita sint, libri β ille locus non ex similibus locis est explendus, sed facile suspicetur quispiam potius e libro α resecanda esse Telemachi verba, quae cancellis inclusa excripturus sum:

οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στοναχίζω
οἷον, ἐπεί νύ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν.
245 ὅσσοι γὰρ [νήσοισιν ἐπι κρατέουσιν ἄριστοι,
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,
ἠδ' ὅσσοι] κραναὴν Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι,
τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ ϝοῖκον.

Praestat tamen nihil eiusmodi mutare, cum praesertim ferenda procul dubio sint eadem verba locis parallelis π 122 sq. — ubi δυσμενέας μάλα μυρίους sibi domi esse ait Telemachus, non de duodecim igitur inimicis loquens, sed de numero multo maiore — et τ 130 sq.; et omnino recentiora cum antiquioribus in vetustis fabulis ita concreverunt ut salvis ipsis carminibus secerni iam nequeant. Dixeris autem poetam, qui Telemachi cum Minerva sive Mente colloquium cecinit, plures quam duodecim procos in Ulixis aedibus convivantes cogitasse.

δ 271—289. — Versus, quos excripturus sum, in infamiam quandam inciderunt non recte explicati, itaque ferro et igne sanandi vel etiam toti extirpandi multis sunt visi. Mihi optime habere videntur. Unus excipiendus est versus 279, quem πάνυ γέλοιον suo iure vocarunt prisci interpretes. Sed hoc deleto restat fabula lepida suo tempore aptisque verbis enarrata [1]).

Spartae sumus. Post cenam illic in megaro regio confabulantur Helena et Menelaus cum hospitibus iuvenibus. Ulixis illa extollit virtutem et prudentiam, quibus Troia capta et ipsa

1) Cf. supra pag. 215.

Digitized by Google

liberata est olim. Assensus ei Menelaus: „*verissima sunt ista, o uxor carissima! Et ego expertus novi!*

οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ
ἵππῳ ἔνι ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.
ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε, — κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι! —
καί τοι Δηίφοβος θεοειδέλεος ἕσπετ' ἰούσῃ.
τρὶς δὲ περίστειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφάουσα,
ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους
[πάντων Ἀργείων φωνὴν ἴσκουσ' ἀλόχοισι].
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ Τυδεΐδης καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
ἥμενοι ἐν μέσσοισιν ἀκούσαμεν, ὡς ἐβόησας.
νῶι μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὀρμηθέντε
ἢ ἐξελθέμεναι ἠ' ἔνδοθεν αἶψ' ὑπακοῦσαι·
ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθε ἱεμένω περ.
ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν υἷες Ἀχαιῶν,
Ἄντικλος δὲ σέ γ' οἷος ἀμείψασθαι ἐπέεσσι
ἤθελεν. ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χέρσ' ἐπίεζε
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς·
τόφρα δ' ἔχ', ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη." —

Haec igitur sunt quae narrat Menelaus:

In equo ligneo inclusi eramus Argivorum principes, Troiani autem in arce sua ipsi eum collocaverant dementes. Tu sola intra Troiae moenia sciebas quid sibi vellet ingens illa moles, quippe paucis diebus ante ab Ulixe edocta, cum speculator ille in urbem clam penetrasset [1]). Retinere igitur non potuisti te quin tunc cum nox venisset clam adires machinam, in qua maritum et amicissimum quemque Achivorum latere sciebas. Nempe impellebat te curiositas feminea, et ductam credo a Troiae daemone tutelari, Apolline vel Iove vel quisquis fuit, ut tua ipsius temeritate perderentur qui Troianis erepturi te aderant, ipsa autem Troia etiam servaretur. Itaque cum ad equum accessisses, me ceterosque reges intus abditos nominatim alloquebaris, — solam te rata nimirum nec quemquam in vicinia esse qui audire te posset. At secutus te erat Deipho-

1) Cf. vs. 256.

Digitized by Google

bus [1]) et proximus stabat insciae: — quid si ex equi alvo tibi respondissemus! Et tutum tamen videbatur fidae amicae respondere alloquenti! Sed cautissimus ille Ulixes nec facile cuiquam nisi sibi ipsi confisus tacere nos iussit et cohibuit nobis ora. Tacuimus! Insanire autem te putavit Deiphobus longi desiderii dolore efferatam, et mox Ulixis patrona Minerva illinc te abduxit. Latuit igitur fraus, actum erat de Troia, ultima spes salutis ei erat erepta: paucis horis post capta est.

Nonne optime haec cohaerent et decurrunt? Unum versum 279 improbanti Aristarcho assentiri me dixi supra, nec multos illum versum defensuros puto. Inseruit eum qui non intellegeret Helenam parum quidem cautam sed *benevolam* tamen ad equum ligneum accessisse. Sed et versus 285—289 damnantem Aristarchum non iam sequor; immo necessarius potius quam molestus mihi videtur versus ultimus, quo Achivorum ipsiusque praesertim Ulixis patrona Minerva, quae hoc quoque ab iis avertit periculum, opponitur deo tutelari Troianorum, qui Helenam et Deiphobum illuc adduxerat. Facilius igitur careamus versibus 280—284 quam ultimis quinque; sed praestat opinor praeter versum 279 nihil hoc loco delere.

η 259—262 de Ogygia insula Ulixes:

ἔνθα μὲν ἑπτάετες 'μένον ἔμπεδον, εἵματα δ' αἰεὶ
δάκρυσ' ἐδεύεσκον, τά μοι ἄμβροτα 'δῶκε Καλυψώ·
ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἐπιπλόμενον ἔτος ἦλθε,
καὶ τότε δή μ' ἐκέλευσεν ἐποτρύνουσα νέεσθαι κτέ.

Versum 261 vitio laborare testantur numeri, et multa tentarunt multi. Equidem verbis aliter dispositis sanasse eum visus mihi sum aliquando:

ἀλλ' ὅτε δή μοι ἐπιπλόμενον ἔτος ὄγδοον ἦλθε,

sed opposuit Agar versus I 474 et h. Cer. 51:

(εἰνάνυχες δὲ ...,) ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη μοι ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή.
(ἐννῆμαρ μὲν ...,) ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη τοι ἐπήλυθε Φαινολὶς ἠώς.

Quibus locis collatis viro illi docto concedo non mutandum nostro loco videri ordinem verborum; veri autem inveniendi viam a Fickio indicatam iam arbitror, qui coniecit: ἔνθ' ὀκτὼ

1) Non ἄμ' ἕσπετο dicit Menelaus, sed solum ἕσπετο!

Digitized by Google

ῥέτεα μένον et: ἀλλ' ὅτε δὴ ἔνατόν μοι. Ipsa tamen poetae verba ut ille restituerit vereor, cum praesertim particula μέν servanda potius sit quam delenda. Et lenior et nisi egregie fallor multo probabilior est haec correctio:

ἔνθα μὲν εἰνάετες 'μένον ἔμπεδον, ...
ἀλλ' ὅτε δὴ δέκατόν μοι ἐπιπλόμενόν ῥέτος ἦλθε.

Novem igitur annos Ulixes transegerit in spelunca Calypsus, ut Vulcanus in Thetidis (Σ 400).

θ 315 sqq. Vulcani caelites convocantis ut Martem Veneremque adulteros in eius toro captos deprehendant haec sunt verba:

οὐ μέν σφεας ἔτ' ἔολπα μίνυνθά γε κειέμεν' οὕτως,
καὶ μάλα περ φιλέοντε! τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω
εὐδέμεναι! ἀλλά σφε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰς ὅ κέ μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώῃ ἔεδνα.

Quo loco sitne verbi ῥέτολπα revocandus sonus initialis, et si ita videatur, quomodo fieri id debeat, non rogo nunc, sed quid significent verba allata scire cupiens non habeo quod statuam. Nam μίνυνθα non significat *aliquantisper*, sed *per breve tantummodo temporis spatium*, id quod optime docet particularum μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δηήν iunctura: *paulisper nec sane diu* (A 416 N 573 χ 473), vel locutio: οὐ πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἀλλὰ μίνυνθα (ο 494). Itaque μινυνθάδιος qui vocatur, non *per annos aliquot victurus* sed *brevi moriturus* dicitur, αἰὼν μινυνθάδιος est *vita cito finita*; finem denique spatii, non ipsum spatium indicat haec stirps [1]). Nostro igitur loco verba ῥέτολπα μίνυνθά γε κειέμεν' οὕτως idem dicunt quod: ῥέτολπα οὐ πολλὸν ἐπὶ χρόνον vel οὔ τι μάλα δηὴν κειέμεναι. Quae cum ita sint, apparet negationem οὐ versus initio male habere et ἤ potius esse scribendum:

ἤ μέν σφωε ῥέτολπα —

profecto haud diu ita ut nunc iacebunt (inter se amplexibus haerentes nimirum), *quantumvis amore stimulati; mox sat scio surgere cupient* (cum adstabimus omnes): *at non licebit surgere aut aufugere priusquam redditum sit mihi pretium quo perfidam uxorem olim emi. Tum demum vinclis eos solvam.*

---

1) De ceteris locis quibus μίνυνθα legitur (Δ 456 Λ 317, 539 M 356 Ξ 358 P 277 T 27 Ψ 97 λ 501) eadem valent.

Digitized by Google

Viginti sunt saecula et amplius, per quae Odysseae lectores senserunt non concinere inter se quae de Charybdi Ulixi narravit Circe (μ 104 sq.):

δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ·
τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
δεινόν. μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειε!

et quae ipse Ulixes mox expertus esse dicitur (vs. 429—441). Nam ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι cum ad illam voraginem pervenisset, illa

ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,

etiam carinam cui insidebat Ulixes devoravit, ipse autem ingentis arboris radicibus arreptis effugit perniciem, dein expectavit donec vorago praedam redderet. Diu expectavit,

ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη
κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
τῆμος δὴ τά γε δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Non constare hanc rationem nemo non videt; nam vorago quae ter quotidie undas resorberet, ter revomeret, ea ut inde a diei initio usque ad cenae vespertinae tempus praedam absumtam faucibus retineret fieri non potuit.

Ergo fuerunt olim qui priore loco pro τρὶς ... τρὶς scriberent δὶς ... δὶς, coniectura non admodum probabili. Fuit etiam qui illum versum totum deleret. Cui et ego fidem olim habui, nunc perspexi non sequendum; nam nisi servetur ille versus, explicari nequeunt in versu sequenti verba ὅτε ῥοιβδήσειε. Non illa verba, quae et Vergilius et Ovidius secuti sunt, corrigenda sunt aut omittenda, sed vitium contraxit locus posterior. Ad quod deprehendendum non magna profecto sagacitate multave eruditione opus est: sufficit recordari Philocleonis ἐκείνου τοῦ Φιλημιάστου, qui inde a diei initio iudex sedere solebat, dein cum cibis triobolo suo emtis domum redux τῷ ἀρίστῳ sive cena meridiana mox cum suis laetus fruebatur. Ante meridiem Athenis finis fiebat iudiciorum, ut et ceterorum negotiorum publicorum: res notissima. Neque alius erat mos tempore Homerico; itaque si qui iudex

κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν

tamdiu iuri dicundo vacasset ut ipsa cenandi instaret hora, ἀγορῆθεν ἀνέστη is ... non ἐπὶ δόρπον sive *cenam vespertinam*, sed ... opusne etiam dicere? — „ἐπὶ δεῖπνον!" multos respon-

Digitized by Google

suros arbitror. Nam aevo Homerico — id quoque in vulgus notum — ἐδείπνουν homines brevi post meridiem, eo igitur diei tempore quo comici aequales Athenienses τῷ ἀρίστῳ sive prandio altero (*lunch*) uti solebant.

„*Diem*" igitur si in loci nostri versu 105 cum priscis interpretibus intellegimus τὸ νυχθήμερον, — neque aliter vox nunc potest accipi, nam noctu quievisse Charybdin quis credat! — rem sic fere nobis fingere poterimus: Charybdin undas

sorbuisse per horas nocturnas 11—3, matutinas 7—11, pomeridianas 3—7,

revomuisse per horas matutinas 3—7, meridianas 11—3, vespertinas 7—11.

Aut — nam hanc quoque interpretationem verba poetae admittunt — si subitaneo nisu illa certis intervallis modo vorabat, modo eructabat, interim quiescens, dicamus eam

sorbuisse hora nocturna 1, matutina 9, pomeridiana 5,

revomuisse hora matutina 5, pomeridiana 1, vespertina 9.

Quod si per se spectata coniectura, quam proposui, satis placeat, id quidem non vereor, ne audaciorem quam quae probari possit eam dicturi sint qui meminerint quam multis locis Homericis in δείπνου nominis locum irrepserit δόρπον illudve in huius. Omnium utilissimus nunc nobis est versus Λ 86:

ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὠπλίσσατο δεῖπνον,

ubi δόρπον habebat editio Zenodoti. Item δόρπον pro δεῖπνον ι 311 habent codices optimi G et F, κ 116 G X alii; contra Λ 730 Zenodotus δεῖπνον legebat pro δόρπον, item β 20 codex praestantissimus G et ι 344 optimus quisque. Frequens igitur illa fuit confusio, ad quam pelliciebat mutatum cenarum tempus; recentiori enim aevo τὸ δεῖπνον erat cena vespertina, quam δόρπον dicebant heroes [1]).

Expellendam vero vocem δεῖπνον suspicor Θ 53. Nam postquam ἅμ' ἕῳ initum est deorum concilium (vs. 1—52), sequitur:

οἳ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο κάρη κομόωντες Ἀχαιοί,

dein armis sumtis pugnam cum Troianis ineunt.

---

1) De recentibus Homeri imitatoribus (Apollonio, Nicandro, aliis) vocem δόρπον non recte adhibentibus cf. Lehrs Arist.[2] p. 130.

Digitized by Google

ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἵπτετο, πίπτε δὲ λαός·
ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφεβεβήκει,
καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
κτέ.

Per *priorem* igitur *diei partem* aequo marte pugnatum esse patet, itaque nisi artificiis nescio quibus efficere velimus ut δεῖπνον non iam dicta sit cena quae medio fere diei tempore sumitur, non constat ratio temporis. Quidni igitur legimus:

οἳ δ' ἄριστον ἕλοντο?

Utitur ea voce Homerus Ω 124 et π 2.

Quid significant quae de Odysseae compositione scripsit Aristoteles Poet. 8?

Tragoedia — philosophus ait — est πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας μίμησις, egregium autem exemplum poetis tragicis praebuit Homerus, ex quo optime potest disci quid sit fabulae argumentum bene cohaerens et vere unum. Nam alii poetae epici quaecunque Herculi vel Theseo acciderunt in carmina sua receperunt, satis bene haec cohaerere rati si unus idemque heros per singulas eorum partes celebraretur; at ille Ὀδύσσειαν ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα ὅσα αὐτῷ συνέβη, οἷον πληγῆναι μὲν ἐν τῷ Παρνασσῷ, μανῆναι δὲ προσποιήσασθαι ἐν τῷ ἀγερμῷ, — ὧν οὐδὲν θατέρου γενομένου ἀναγκαῖον ἢ εἰκὸς ἦν [1] θάτερον γενέσθαι, — ἀλλὰ περὶ μίαν πρᾶξιν οἵαν λέγομεν [2] τὴν Ὀδύσσειαν συνέστησεν.

Ex his verbis Payne Knight efficiebat Aristotelem non in Odyssea sed in alio carmine epico legisse quae Odyssea nostra habet τ 394—466; illic enim fuse narrari quomodo in Parnasso Ulixes iuvenis ab apro fuerit percussus, Aristotelem autem disertis verbis testari in Odyssea non cani Ulixem in Parnasso vulneratum. Quin ulterius etiam progressus Knight delebat τὰ Νίπτρα sive libri τ partem alteram (τ 343—587), veterum criticorum iudicium sequi se ratus. Quem deceperant obiter inspecta verba Eustathii p. 1867, 12: Ὀδυσσεὺς οὐκ ἂν ἴσως δοκοίη σκέψασθαι καλῶς ὑπὸ τοιαύτης γυναικὸς τοὺς πόδας νίψασθαι, οἷα

1) ἢ εἰκὸς ἦν] ἦν εἰκὸς codex unicus.
2) λέγομεν] λέγοιμεν codex.

Digitized by Google

αἱρούμενός, φασι, τὴν δυναμένην ἐκ τῆς ἐπισήμου γνωρίσαι αὐτὸν οὐλῆς. διὸ καὶ ἀθετεῖται ὁ τοιοῦτος τόπος παρὰ τῶν παλαιῶν." Nam ὁ τόπος quem Eustathius dicit non tota sunt Niptra, sed soli versus 346—348, quos damnabat Aristarchus.

Missa igitur Knightii audacia id unum rogemus sitne credibile id quod ex Aristotelis verbis ille efficiebat, philosophum in Odyssea non legisse quae nunc de vulnere Ulixi in Parnasso aliquando inflicto narrantur τ 394—466. Hoc unum nunc perpendamus: prisco poetae an recentiori alicui illi versus debeantur, eam quaestionem ne moveamus nunc, utpote ab argumento in quo versamur alienam.

Responderi debet, veri dissimillimum, immo prorsus incredibile esse, post Aristotelis aetatem textum Odysseae magnopere mutatum talibusve incrementis auctum esse. Et unum certe e versibus proscriptis „ex Homero" affert Plato (Rep. 334*a*) — ubinam in Homero sibi lectum nisi eo loco ubi et nos eum legimus?

Ergone Aristotelem fefellit memoria? At minus etiam id credibile. Nam, ut in singulis verbis carminum epicorum memoriter afferendis errare potuerit et plus semel erraverit, at tantae carminis partis eum prorsus aliquando fuisse oblitum, — neque, si fuerit, a quovis discipulo illum errorem statim fuisse correctum, — id quis in animum sibi inducat!

Restat, opinor, ut verba illa Aristotelis aliter interpretemur. Qui non vetat in dramate vel in carmine epico variarum rerum hic illic fieri mentionem, sed negat satis bene cohaerere opus poeticum, in quo secundum temporis ordinem enarrentur quaecunque uni alicui homini acciderint. Ulixes puer apud Laertem degens, dein vulneratus iuvenis, postea vesanum se simulans ne uxore relicta in Asiam proficisci cogatur, mox bellum illic gerens, tum post varios errores domum redux procos trucidans, tandem a filio sibi ignoto interfectus ipse, haec et si qua alia ille fecit aut perpessus est ordine enarrata *vitam* efficiunt, non artis opus integrum et solidum; non enim iusto vinculo inter se cohaerent. Non alterum ex altero profluxerunt, sed ita ut caecae fortunae libitum fuit alterum alteri successerunt. Talia sive soluta oratione sive ligata referre mythographi est potius quam poetae. Sed Homerus verum carmen condidit, e tanta

Digitized by Google

materiei copia argumento feliciter electo; cecinit enim Ulixis *in patriam reditum*. Huic autem carmini suo loco inseruit quaecunque de rebus antea ab heroe gestis referre habuit operae pretium: puerum in horto cum patre ambulantem, Troiam callido eius consilio captam, varios multorum annorum errores, alia; et sic etiam iter illud Ulixis iuvenis ad avum, apud quem cum degeret a fera bestia est vulneratus, in transitu apte enarrare potuit. Sic in tragoediis inter se confabulantes actores multa nos docent, quae ante ipsius fabulae initium acciderunt; qualia non partem aliquam dramatis efficiunt neque divellunt retardantve rem quae agitur, sed in transitu sive paucis verbis commemorata sive fuse enarrata suam utilitatem suumque decus habent.

Haec dicere voluit Aristoteles et debuit. Sed aut concisius locutus non satis perspicue dixit id quod volebat, aut librariorum culpa hoc loco libelli, ut aliis permultis, vitiata sunt eius verba. Hoc puto equidem, suspicor autem ita supplendum esse textum:

Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν οὐχ <ἐξῆς> ἐποίησεν ἅπαντα ὅσα αὐτῷ συνέβη κτέ.

Sed disputandi finis est faciendus. Prius tamen versus quidam episodii, quod modo tetigimus, an possit emendari periculum videtur faciendum.

τ 444. Scarabaei escam devorantis vel pulicis salientis cum „pedes ambo" commemorantur apud comicum, non est cur aut ipsum aut librarios socordiae insimulemus; talibus enim locis qui loquuntur suo iure neglegunt ceteros istarum bestiolarum pedes quatuor. Sed apud Homerum de apro in recessu montis latitanti cum legimus:

τὸν δ' ἀνδρῶν τὲ κυνῶν τε περὶ κτύπος ἦλθε ποδοῖιν,
ὡς ἐπάγοντες ἐπῇσαν,

aliter profecto se habet res, non enim binis sed quaternis ut opinor pedibus canes venatici solum feriunt dum silvarum lustrant latebras. Ergone sufficit observasse viris tamen esse pedes binos, per enallagen igitur vel synecdochen etiam de canibus ita iam loqui poetam? O figurarum grammaticarum nomina docta et sonora! Quae aliquid fortasse valeret explicandi

Digitized by Google

ratio, si κυνῶν τ' ἀνδρῶν τε legeretur, *proximo* enim sic nomini conveniret numerus dualis; nunc vero plane nihili est. Id quod probe sensit grammaticus ignotus, qui in codice Veneto 647 (n) scripsit ἦλυθε ποσσίν. Quamquam paradiorthoma hoc esse nemo non videt, nam *genitivus*, non *dativus* requiritur; cuiusmodi vitium in cunctos nostros libros irrepsit Υ 282:

καδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν,

ubi dualis numeri *genitivum* ὀφθαλμοῖιν restituit Bentley (coll. I·696 Ψ 765 al.).

Quid igitur? Ferendumne foedum textus traditi ulcus, utpote insanabile? An ordine verborum mutato licet scribere:

τὸν δὲ περὶ κτύπος ἦλθε ποδῶν ἀνδρῶν τε κυνῶν τε?

Fortasse huic coniecturae favet versus sequentis initium in quibusdam codicibus sic scriptum:

οὓς vel ἃς ἐπάγοντες ἐπῆσαν.

Nam hae lectiones nasci quomodo potuere, nisi versum proximum claudebat vox κυνῶν τε?

AD LUCIANUM.

Ad filium Panem cornutum, barbatum, cornipedem, hirco denique quam deo similiorem Mercurius, quem prolis adeo deformis pudet (Deor. Dial. 22 § 4):

„οἶσθα οὖν, ὦ τέκνον, ὅ τι χαριεῖ τὸ πρῶτον αἰτοῦντί μοι;"

Respondet Pan: „πρόσταττε, ὦ πάτερ".

Dein Mercurius: „ἡμεῖς μὲν ἴδωμεν ταῦτα, καὶ πρόσιθί μοι καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δ' ὄντα μὴ καλέσῃς ἀκούοντός τινος".

Ultimi enuntiati initium nihil est. Quapropter fuere qui delerent. Sed talia non sponte nascuntur, neque iis deletis iusta manet oppositio inter priorem partem et posteriorem. Legendum est:

„ἡμεῖς μὲν ἦν ὦμεν αὐτοί, καὶ πρόσιθι" κτἑ.

„*Cum soli erimus, accede et me exosculare, sed coram aliis patrem ne nuncupes cave!*" v. L.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXXIII p.* 441).

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1901.

In Thucydidis libro septimo, communi principum virorum sententia artis historicae monumento incomparabili [1]) — et sane quid unquam in hoc quidem genere ab iis qui post nostrum vixerunt, aptius perfectiusve prolatum est concisa illa cladis Siciliensis descriptione tam dignitatis quam doloris plena? — acutam tot interpretum et criticorum sollertiam atque industriam nobis iam paene otium fecisse dixeris. Nonnulla tamen etiamnunc expolienda et rectius constituenda supersunt.

VII c. 3 § 5.

*καὶ τριήρης τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἁλίσκεται τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶν Συρακοσίων ἐφορμοῦσα * τῷ * λιμένι.*

Collatis VI 102 § 4 (*κατέπλεον ἐς τὸν μέγαν λιμένα*) et VII 4 § 4 (*ἔστι δὲ ἄκρα .... ἣ προύχουσα τοῦ μεγάλου λιμένος τὸ στόμα στενὸν ποιεῖ*) Bekkerus merito praetulit codicis B lectionem *τῷ μεγάλῳ λιμένι.*

Praeterea necessario supplendum erit ‹*ἐπὶ*› *τῷ μ. λ.* Trire-

1) „There is no prose composition in the world, not even the *De Corona*, which I place so high as the *seventh* book of Thucydides. It is the *ne plus ultra* of human art." LORD MACAULEY.

Digitized by Google

mis quae capiebatur, hostilem classem observandi causa in statione erat *ad magnum portum.*

Sic Xenoph. Hell. VI 2 § 7 recte legitur: *πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῷ λιμένι, ὁπότε μὴ χειμὼν κωλύοι, ἐφώρμει.* Ἐφορμεῖν cum nudo dativo vel cum *πρός τινα* iunctum, quod significat *in statione se continentem imminere et insidiari alicui* quodque e. g. usurpatum videbis de praedonibus qui coram portubus ad ancoram stantes onerarias egredientes speculantur, huius loci non est. Contra locum suum habet Thuc. VII 12 i. f.: *οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἄλλοις: non enim adversus alios* (hostium naves) *in statione sunt* et VIII 11 § 1: *πρὸς μὲν τὰς πολεμίας ναῦς ἐπέταξαν ἐφορμεῖν ἱκανάς.* Cf. etiam Xenoph. Hell. I 6 § 35: *ἔδοξε ... πλεῖν ἐπὶ τὰς καταδεδυκύας ναῦς ..... ταῖς δ' ἄλλαις ἐπὶ τὰς μετ' Ἐτεονίκου τῇ Μυτιλήνῃ ἐφορμούσας* i. e. *ut cum ceteris navigarent adversus naves quibus Eteonicus Mytilenen obsidebat.*

VII c. 5 § 4.

καὶ διανοεῖσθαι οὕτως ἐκέλευεν αὐτοὺς (ὁ Γύλιππος) *ὡς τῇ μὲν παρασκευῇ οὐκ ἔλασσον ἔξοντας, τῇ δὲ γνώμῃ οὐκ ἀνεκτὸν ἐσόμενον εἰ μὴ ἀξιώσουσι Πελοποννήσιοί τε ὄντες καὶ Δωριῆς Ἰώνων καὶ νησιωτῶν καὶ ξυγκλύδων ἀνθρώπων κρατήσαντες ἐξελάσασθαι ἐκ τῆς χώρας.*

Quis admonitus non sentit praestare *οὐκ ἔλασσον ἔχοντας*? Cogitare debebant Syracusani apparatu bellico se inferiores non esse; intolerabile vero fore, si non hoc sibi sumerent ut Iones e sua regione eicerent.

VII c. 6 in.

ὁ δὲ Νικίας *καὶ οἱ Ἀθηναῖοι νομίζοντες, καὶ εἰ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν* a) *μάχης ἄρχειν, ἀναγκαῖον σφίσιν εἶναι μὴ περιορᾶν παροικοδομούμενον τὸ τεῖχος κτέ.*

a) cod. H habet: *εἰ μὴ ἐκεῖνοι* omisso *καί.*

Expectes: *εἰ καὶ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν.*

VII c. 8 § 3.

καὶ οἱ μὲν (nuntii a Nicia Athenas missi) *ᾤχοντο φέροντες, οὓς ἀπέστειλε, τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰ-*

Digitized by Google

πεῖν· ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς μᾶλλον a) ἤδη ἔχων ἢ δι' ἐκουσίων b) κινδύνων ἐπεμέλετο.

a) μᾶλλον codd. B et H; reliqui om.; b) ἤδη ἐκουσίων AEF.

Hudius satis habuit cum Stahlio scripsisse ὡς ἐπέστειλε; Pluygersii Cobeti Herwerdeni coniecturas omisit. Equidem malo Cobetum sequi (ad Hyper. Or. Fun. p. 61) cum vv. οὓς ἀπέστειλε, utpote stulte abundantia et alienissimo loco inserta, tum ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν, utpote manifesto nata e capitis insequentis initio: ὅσα τε ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς, inducentem.

Ultima quae procul dubio adulterata sunt, criticos multum ne dicam nimium exercuerunt. De quibus operae pretium est adire Bloomfieldum. Quamquam non apparet Cassium Dionem, Thucydidis imitatorem a Bloomfieldo laudatum L. 47 c. 36 (ἀλλ' αὐτοί τε διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἢ διὰ κινδύνων τὸ στρατόπεδον ἐποιοῦντο) meliorem huius loci scripturam cognovisse quam nostri libri exhibent. Badhami coniectura διὰ φυλακῆς μᾶλλον [ἤδη] ἔχων ΗΔΗ ἐκουσίων κινδύνων ἐπεμέλετο propterea stare non potest quod ἐπιμέλεσθαί τινος semper et ubique alicuius rei *curam gerere*, minime vero *cavere* et *vitare* aliquid significat. Equidem in cauda venenum latere suspicor, quam aut tollamus aut mutemus necesse erit. In mentem venit et:

ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἤδη ΕΙΧΕΝ ἢ δι' ἐκουσίων κινδύνων [ἐπεμέλετο]

et

... μᾶλλον ἤδη ἔχων [ἢ δι'] ἐκουσίων κινδύνων ΑΠΕΙΧΕΤΟ.

VII c. 12 § 3.

τὸ γὰρ ναυτικὸν ἡμῶν, ἥπερ κἀκεῖνοι πυνθάνονται, τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε [καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητι καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ]· νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι ..... καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται.

Perquam, si quid iudico, ridicule classis Atheniensium tam navium siccitate quam hominum incolumitate florere dicitur. Fidenter abice emblema quod originem ducit e continuo sequentibus. Verbum quod est ἀκμάζειν saepissime de qualibet re absolute ponitur. Sic II 31 § 2 ἀκμαζούσης ἔτι τῆς πόλεως καὶ οὔπω νενοσηκύας et huius ipsius septimi libri c. 63 § 4 de ipsa

Digitized by Google

classe legitur: *καταφρονήσαντες δὲ .... Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ' ἀντιστῆναι οὐδεὶς ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν ἡμῖν ἠξίωσεν κτἑ.*

Ibidem in fine.

καὶ αἱ ἐπιχειρήσεις ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας μᾶλλον ἐξουσία.

Qui vocem *ἐξουσία* quam omittit codex Britannicus, cum Stahlio delendam esse censet, ei necessario supplendum erit:

αἱ ἐπιχειρήσεις .... καὶ ⟨τὸ⟩ ἀποξηρᾶναι.

VII c. 18 § 4.

καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε περιήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους καὶ τἆλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν, καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα [ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν] ἐπικουρίαν αὐτοί τε ἐπόριζον καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον.

Quibusnam in *ὁλκάσιν*? roget quispiam. Facile videre est verba inducta quae plane otiosa sunt et orationis cursum impediunt, fluxisse e capitis antecedentis § 3: *οἱ γὰρ Κορίνθιοι .... πολλῷ μᾶλλον ἐπέρρωντο καὶ ἐν ὁλκάσι παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ [πεμψοντες]* [1]).

VII c. 19 § 3.

οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐν τὴν Σικελίαν.

Aut legendum *ἐν ὁλκάσι* ut c. 17 § 3 aut expungendum *ταῖς ὁλκάσι*.

VII c. 21 § 3.

ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ a) *ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρῆσαι* b) *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.*

a) incl. Hudius; b) *ἐπιχειρῆσαι* Hudius cum cod. Brit.: *ἐπιχειρήσειν* reliqui codd. omnes; ut embl. exp. Stahlius.

Genetivo *τοῦ*, ut vidit Hudius, hic nullus locus est. Sed tamen cum Stahlio malim: *ἥκιστ' αὐτοὺς*, nam verbum ante-

1) *πέμψοντες* secl. Herwerdenus.

Digitized by Google

cedens aegre caret obiecto suo. Ceterum nescio an recte Dobraeus coll. V, 91 in. (*ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς .... οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν*) suspicatus sit Thucydidis manum fuisse *ἐπιχείρησ*IN. Idoneam certe sententiam obtineremus scribendo:

ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἐ. .... αὐτοὺς μὴ ἀθυμεῖν ⟨τὴν⟩ ταῖς ναυσὶν ἐπιχείρησιν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.

Ibidem in proxime sequentibus:

λέγων οὐδ' ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδ' ἀΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ' a) *ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακοσίων ὄντας καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων ναντικοὺς γενέσθαι.*

a) ἀλλ' deest in cod. B sed teste Hudio aliquod spatium relictum est.

Coniunctio *ἀλλ'* ante *ἠπειρώτας* ut fulcrum a sciolo orationi ruenti scilicet supposita cum Herwerdeno resecanda erit, nisi forte noster dederit *ἄλλως τε καὶ*, quod et sententiae et usui loquendi eius perinde satisfacit.

Cf. VII, 48 § 2: *χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν, ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατοῦντες.*

Ibidem:

καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηρούς .... τοὺς ἀντιτολμῶντας χαλεπωτάτους αὐτοῖς φαίνεσθαι.

Codices titubant inter *αὐτοῖς* et *αὐτούς*; Classenius parum probabiliter edidit: *⟨καὶ⟩ αὐτούς*.

Obtemperatum oportuit Badhamo importunum pronomen quod non habet quo referatur, eliminanti. Nullus dubito quin post χαλεπωτΑΤΟΥC ortum sit e dittographia, quemadmodum olim Thuc. III 28 § 2 correximus: *οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς βωμοὺς [ὅμως] καθίζουσιν.*

VII c. 24 § 3.

οὐ γὰρ ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων.

Cum commeatus (*τἀπιτήδεια*) navibus advehentibus portum intrare possit, commeatus subvectio (*ἐπαγωγή*) non item, miror Hudium manifestum emblema *τῆς ἐπαγωγῆς* iam a Poppone damnatum in textu retinuisse.

Digitized by Google

VII c. 25 § 1.

αἱ δ' ἕνδεκα [νῆες] a) πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμενοι b) πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων ἐπιτυχοῦσαι τὰ πολλὰ διέφθειραν.

a) νῆες del. Herwerdenus; b) πυνθανόμενοι solus cod. M; ceteri omnes πυνθανόμεναι.

Parum sibi constat Hudius edens: αἱ νῆες πυνθανόμενοι .... ἐπιτυχοῦσαι. nec multis persuadebit quod commendat: πυνθανομένων. Utiliter de hoc loco componi possunt quae scripserunt Cobetus (Mnemos. N. S. vol. VIII p. 79 seq.) et Herwerdenus in Praef. vol. IV editionis eius p. VI.

Cum Herwerdeno ego praetulerim aor. partic. πυθόμεναι.

Ibidem § 6.

προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ παραφάργματα, ἔκ τε τῶν ἀκάτων a) ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων b) καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον.

a) ἀκατίων cod. Brit.; κεράτων cit. Madvigius; b) scholl. ἀνέσπων; ἀνεῖλκον cit. Widmannus.

Hic locus communi fere interpretum opinione ita explicandus esse videtur quasi ingentem illam ὁλκάδα μυριοφόρον turribus pluteisque communitam cymbae (ἀκάτεια) quaedam comitarentur quas pars militum vel operarum conscendisset scilicet quo melius vallos convellerent [1]). Cui explanationi tamen minime favet articulus τῶν ante ἀκατίων (ἀκατείων) positus, cum scriptor in praegressis de cymbis istis ne verbum quidem fecerit. Quamobrem Herwerdenus in calce editionis suae pro τῶν coniecerat τινῶν. At ipsis cymbis, ut statim videbimus, facilius quam articulo illo carere possumus.

Componito mihi aliquis cum verbis Thucydideis ea quae vir harum rerum peritus annotavit ad verbum ὤνευον: „ὄνος, inquit, ἐστὶ μηχανὴ ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχους τοὺς σταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων.

1) Cf. CLASSEN, Anhang p. 157: »da Th. die ναῦς μυριοφόρος offenbar nur als den gesicherten Standpunkt für die zum Kampfe bestimmten Mannschaften (nicht für die mit der Zerstörungsarbeit Beschäftigten) ansieht, so bezeichnet ἐκ τῶν ἀκάτων sehr richtig die kleineren flachen Fahrzeuge mit darauf angebrachten Winden, von denen aus die Leute Stricke um die Pfähle warfen und diese unbrauchbar machten".

Digitized by Google

Num tu putas eum de lembis loqui? Luce clarius est, opinor, scholion non ad ἀκάτεια (*lembos*) spectare verum ad τοὺς τῆς ὁλκάδος ἀκατείους (ἱστούς): ipsius navis *malos* quosdam. Cf. Poll. I 91 (quem laudat van Leeuwen ad Aristoph. Eqq. v. 762) et obiter apud Suidam (Bekk.) pro Ἀκαταῖος ΙΠΠΟC ὠνομασμένος emenda: ἀκατεῖος ICTOC ὠνομασμένος.

De navibus Atheniensium operae pretium est consulere utilissimum librum qui inscribitur: La trière Athénienne, *Etude d'archéologie navale* par A. Cartault ubi p. 180 m. legimus:

L'ἱστὸς μέγας ne pouvait être que le grand mât. .... Il est naturel de supposer que le grand mât était au centre du navire et les deux mats ἀκατεῖοι l'un à l'avant et l'autre à l'arrière. Quibus in rebus demonstrandis inscriptionibus maxime innititur Cartault, „un terrain solide qu'il ne faut pas abandonner" (p. 181). Rectissime autem addit: „Si nous examinons les passages des lexicographes, nous y trouverons la tradition lointaine et affaiblie de cette mâture que nous venons de déterminer en même temps que l'affirmation d'une mâture postérieure et différente: les commentateurs embarrassés et incertains entre l'usage ancien et l'usage récent confondent quelquefois l'un avec l'autre".

In fine sententiae mirationem mihi movent vv. καταπολυμβῶντες ἐξέπριον de vallis dicta quos laqueis iniectis sucula religatos convellebant et in altum tollebant (τοὺς πολλοὺς τῶν σταυρῶν ἀνείλον). Aut egregie fallor aut per errorem haec repetita sunt ex iis quae in vicinia (§ 7 seq.) locum suum obtinere manifestum est de palis κρυφαίοις „οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν (οἱ Συρακόσιοι), ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ οὐ προϊδών τις ὥσπερ περὶ ἕρμα περιβάλῃ τὴν ναῦν. Hic demum urinatoribus opus fuisse et rerum scriptorem subiunxisse κολυμβηταὶ ἐξέπριον μισθοῦ nemo hercle mirabitur.

Ibidem § 9.

ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακόσιοι ..... ἀγγέλλοντας τήν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν .... τά τε ἄλλα δηλώσοντας καὶ ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν κτέ.

Cum Herwerdeno lege ἀγγελοῦντας praesertim propter sequentia participia futura.

Digitized by Google

VII c. 28 § 3.

Thucydides, civis amans patriae si quis alius, popularium indomitos spiritus admiratur qui Deceliaco bello exorto domi ἐπιτειχισμῷ πολιορκούμενοι et δύο πολέμους ἅμα ἔχοντες ne sic quidem e Sicilia decederent, quin etiam vicissim Siculorum urbem obsidere pergerent ipsis Athenis haud minorem.

.... καὶ ἐς Φιλονικίαν καθέστασαν τοιαύτην ἣν πρὶν γενέσθαι ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας. a) * τὸ γὰρ αὐτοὺς b) πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν .... καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης.

a) perperam Hudius post ἀκούσας comma pro puncto posuit. b) παρ' αὐτοῖς cit. Stahl: τό γ' αὐτοὺς Badham.

Quoniam in hac oratione infinitivos τὸ μὴ ἀποστῆναι .... ἀντιπολιορκεῖν .... τὸν παράλογον ποιῆσαι incertos pendere video nec ullo modo cum ceteris cohaerere, nonnihil excidisse suspicor quocum coniungendi sint.

An forte restituendum:

‹οὐ θαυμασ›τὸ‹ν› γὰρ αὐτοὺς ... μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας ... ἀντιπολιορκεῖν ... καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι .... τῆς δυνάμεως καὶ τολμῆς;

VII c. 42 § 3 s. f.

ταῦτ' οὖν ἀνασκοπῶν ὁ Δημοσθένης καὶ γιγνώσκων ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ παρόντι τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μάλιστα δεινότατός ἐστι τοῖς πολεμίοις κτἑ.

Imo δεινότατος ἔσται.

Eodem modo, ut saepe et alibi, a scribis peccatum est c. 61 in.: ἢν γὰρ κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσίν, ἔστι τῷ τὴν ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν, ubi Herwerdenus recte ἔσται reposuit, Hudius vero codices sequitur.

Ibidem § 6.

πρῶτον μὲν οὖν τήν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακοσίων ἔτεμον οἱ Ἀθηναῖοι.

Naturalis vv. ordo est: ἐξελθόντες τήν τε γῆν .... ἔτεμον.

Digitized by Google

VII c. 43 § 1.

ἔπειτα μηχαναῖς ἔδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειρᾶσαι τοῦ παρατειχίσματος. ὡς δὲ αὐτῷ προσαγαγόντι κατεκαύθησάν τε ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπὸ τοῦ τείχους ἀμυνομένων αἱ μηχαναί .... οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν κτἑ.

De machinis bellicis incendio deletis conferre licet Cass. Dion. L. 66 c. 4. Iure tamen Naberus miratur hoc loco omissum esse, quod maxime scire interest, quomodo illae machinae incendio deletae sint. Qui pro κατεκαύθησαν rescribendum esse suspicatur κατεκωλύθησαν. Et recte quidem ille quod ad sensum. Vide tamen ne praeferendum sit κατεκλάσθησαν (*confractae sunt*).

Ibidem § 6.

οἱ δὲ Συρακόσιοι .... καὶ ὁ Γύλιππος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐβοήθουν ἐκ τῶν προτειχισμάτων καὶ * ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου, προσέβαλόν τε τοῖς Ἀθηναίοις ἐκπεπληγμένοι κτἑ.

Expectares potius quod certe usitatius est: καὶ ⟨ἀπὸ τοῦ⟩ ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος .... γενομένου.

VII c. 44 in.

καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀπορίᾳ ἐγίγνοντο οἱ Ἀθηναῖοι ἦν οὐδὲ πυθέσθαι ῥᾴδιον ἦν οὐδ' ἀΦ' ἑτέρων ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυνηνέχθη.

Quomodo explicare nobis possumus mirificum istud HN? Respondet Classenius: „ἦν im Ganzen vorangestellt und durch ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυνηνέχθη ausgeführt". Hudius arbitratur supplendum esse ⟨δι'⟩ ἦν. Si me audis, repone: KAI οὐδὲ πυθέσθαι. Postquam scriba solito errore pro καὶ (quod sententiae unice convenit) dedit ἦ, alium supervenisse probabile est qui κακὸν κακῷ ἰώμενος coniunctionem quam non intellegeret, una litera addita refingeret in pronomen relativum. Incredibile dictu est quot errores pepererit vocabulorum quae sunt καὶ et ἦ confusio.

Ibidem in continuo sequentibus Hudius edit:

ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαΦέστερα a) μέν, ὅμως δὲ οὐδὲ ταῦτα b) οἱ παραγενόμενοι πάντα πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος μόλις οἶδεν·

Digitized by Google

ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ, ἣ μόνη δὴ στρατοπέδων μεγάλων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο, πῶς ἄν τις σαφῶς τι ᾔδει;

a) σαφέστερον cit. Kruegerus; b) ἐνταῦθα cit. Kruegerus.

Confusa oratio in qua offendit Kruegerus, sic facili negotio in integrum restitui potest:

ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαφέστερα μὲν πάντα, ὅμως δὲ οὐδὲ ἐνταῦθα οἱ παραγενόμενοι πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος μόλις οἶδεν· ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ στρατοπέδων μεγάλων, ἣ μόνη δὴ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο κτἑ.

Ibidem § 4 s. f.

.... (οἱ Ἀθηναῖοι) τοῖς ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς χρώμενοι .... σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον πολὺν παρεῖχον ἅμα πάντες ἐρωτῶντες καὶ τοῖς πολεμίοις σαφὲς αὐτὸ κατέστησαν.

Res ipsa clamat, nisi fallor, reponendum esse πάντAC. Intellege: *tam hostes quam suos* quos nulla ratione dignoscere poterant, *interrogantes*.

VII c. 47 § 3 in fine:

τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν ἀλλ' .... ἐπειδὴ ἔσφαλτο, ἀπιέναι ἐψηφίζετο καὶ μὴ διατρίβειν, ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι καὶ τοῦ στρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν.

Crux interpretum est τοῦ στρατεύματος. Sunt qui cum scholiasta vertant: *donec mare traiciendi facultas esset et earum certe navium ope quae postea advenissent*, (hostium) *exercitum vincere possent*. Quod vix dici potest quam absurdum sit. Dudum enim, ut supra legimus, vincere desperaverant duces Atheniensium: τοῖς τε ἐπιχειρήμασιν ἐώρων οὐ κατορθοῦντες καὶ τοὺς στρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ .... τά τε ἄλλα ἀνέλπιστα αὐτοῖς ἐφαίνετο. Aliis τὸ κρατεῖν absolute positum videtur: iungunt autem: ταῖς ... ναυσὶ τοῦ στρατεύματος, ut gen. partitivus sit: *e suo exercitu*. Nihilo melius quod ad sententiam. Speciosis vv. dd. coniecturis περαιώματος (Reiske), θεραπεύματος (Madvig), πορθμοῦ (v. Herwerden), στόματος (Naber) accedat mea: σταυρώματος.

Intellege: *donec mare iis pateret* VALLUMQUE (quod iuxta classem fixerant) *adhuc in potestate sua haberent*.

Digitized by Google

Cf. VI. 66 § 2: (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες καὶ κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν παρά τε τὰς ναῦς σταύρωμα ἔπηξαν.*

VII. 38 in fine: *ὁ δὲ Νικίας .... ὁλκάδας προώρμισε πρὸ τοῦ σφετέρου σταυρώματος, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νεῶν ἀντὶ λιμένος κλησιτοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει.*

VII. 53 in.: *ὁ δὲ Γύλιππος ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν πολεμίων νικωμένας καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καταφερομένας κτὲ.*

Ibidem § 4.

*καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον ἔφη εἶναι πρὸς τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ σφῶν ἐπιτειχίζοντας τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι ἢ * Συρακοσίους οὓς οὐκέτι ῥᾴδιον εἶναι χειρώσασθαι.*

Cum Nabero repetitum oportuit: *ἢ <πρὸς> Συρακοσίους.*

VII. c. 48 § 2 in fine:

Tam Niciae quam Demostheni constabat res suas pessime afflictas esse: *πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ (ὁ Νικίας) οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδεικνύναι. .... τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων, ἀφ' ὧν ἐπὶ πλέον ἢ οἱ ἄλλοι ᾐσθάνετο αὐτῶν, ἐλπίδος* [*τι*][a] *ἔτι παρεῖχε πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι ἣν καρτερῶσι προσκαθήμενοι .... καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι * ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν καὶ οὐκ εἶα ἀπανίστασθαι.*

a) del. Herwerdenus.

Ad *καὶ* (*ἦν γὰρ — ἐνδοῦναι*) *ἐπεκηρυκεύετο* Classenius annotat: „die parataktische Form der causalen Periode"; vgl. zu I, 31. 2; III, 70. 3; III, 107. 3. Quem si sequimur, sic fere vertere coacti sumus: *erant enim Syracusis nonnulli qui res Atheniensibus dedere parati erant, <hi> nuntios ad Niciam mittebant.* Oratio manifesto manca. Sed quae nunc vitiose dicta sunt et male cohaerent statim ad antecedentia optime quadrare animadvertes si expuncta coniunctione et una literula suppleta scribimus:

[*καὶ*] *ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι <ὃ> ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν καὶ οὐκ εἶα ἀπανίστασθαι.*

Digitized by Google

Ibidem § 3 de Nicia dicitur:

.... τῷ μὲν ἔργῳ ἔτι .... διασκοπῶν ἀνεῖχε, τῷ δὲ ἐμφανεῖ τότε λόγῳ οὐκ ἔφη ἀπάξειν στρατίαν. Negabat se copias abducturum. Persuasum enim sibi esse, si sine ipsorum decreto ex insula discederent, id minime ab Atheniensibus probatum iri (*εὖ γὰρ εἰδέναι ὅτι Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν*).

καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς a) *ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν* b) *καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει* c) *ἀκούσαντας* d) *γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι.*

a) *αὐτοὺς* codd.: *αὐτοῦ* cit. Kruegerus. b) *αὐτῶν* del. Bekkerus; c) *ἐπιτιμήσεις* corr. Badhamus; d) *ἀκούοντας* aliquot libri.

Sententiam *οὐ .... γνώσεσθαι* plurimorum vv. dd. iudicio impeditissimam et procul dubio adulteratam ita explanare conatus est Classenius: „die parataktische Satzbildung gibt dem Gedanken für uns etwas fremdartiges: nicht dieselben Leute würden über sie das Urteil fällen und sich auch Einsicht in die Tatsachen verschaffen; dafür sagen wir lieber: *nicht die Leute würden das Urteil zu fällen haben, die sich auch gründlich über die Sache belehrt hätten.* Der Gedanke ist völlig klar(?) und richtig(?); van Herwerden's Vorschläge zu einer willkürlichen Umgestaltung sind überflüssig (cf. *Stud. Thuc.* p. 98 seq.)".

A quo interprete vehementer dissentire me fateor. Ut arduum sit certa emendatione obliteratam scriptoris manum revocare, vide tamen ne hunc fere in modum locutus sit Nicias:

„εὖ οἶδα, ἄνδρες στρατιῶται, ὅτι Ἀθηναῖοι ἡμῶν οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν. καὶ γὰρ οὐ περὶ ἡμῶν γνώσονται ὁρῶντες, ὥσπερ αὐτοὶ ἡμεῖς, τὰ πράγματα καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσεις ἀκούοντες, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλῃ, ἐκ τούτων πείσονται".

Huiusmodi autem sententiam ad orationis contextum accommodatissimam nanciscimur pauca quaedam resecando quae nemo quisquam magnopere desiderabit. Commendo:

καὶ γὰρ οὐ [τοὺς αὐτοὺς ψηφισεῖσθαί τε] περὶ σφῶν [αὐτῶν καὶ] τὰ πράγματα, ὥσπερ καὶ αὐτοί, ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσεις ἀκούοντας γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι.

Digitized by Google

„non enim domi cives de se iudicaturos ut qui, sicut ipsi, rebus interfuissent malevolasque aliorum reprehensiones contemnere possent sed ut qui aurem praeberent prout quis disertus orator reduces in invidiam adduceret".

VII c. 53 § 4 in fine:

καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα a) καὶ παύσαντες τὴν φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

a) aut κωλύματα delendum esse censet Kruegerus aut scribendum προκαλύμματα coll. Poll. I. 168: <καὶ> κωλύματα cit. Gertzius.

Hudius ignorasse videtur quae de hoc loco scribarum incuria turbato monuerunt Badhamus Naberus alii. Badhamus (Mnemos. N. S. IV (1876) p. 141:

„In verbis καὶ παύσαντες .... ἀπηλλάγησαν non intellego quid factum sit. Si ignem extinxissent, non fuisset operae pretium prohibere ne navis accederet; ut ne addam perquam ineleganter παύσαντες de utroque dici. Thucydidem puto ita narravisse: ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, καὶ παύσαντες τὴν φλόγα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν".

Cui suffragatus est Naberus (Mnemos. XIV p. 420), nisi quod pro καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν mavult ὥστε. Cf. tamen III. 1 (καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ .... τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν). Meo quidem iudicio tum demum omnia recte procedent, si Gertzii coniectura in ordinem recepta simulque omissa coniunctione ante τὸ μὴ scripserimus:

ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια <καὶ> κωλύματα [καὶ] τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα καὶ παύσαντες τὴν φλόγα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

VII c. 61 § 2.

ἀθυμεῖν δ' οὐ χρὴ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν.

Intellego: *periculi expectationem.*

τοῦ φόβου iniuria delet Badhamus. Cf. V c. 111 § 1 (οὐκ ἀνεπιστήμοσιν ὅτι οὐδ' ἀπὸ μιᾶς πώποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι'

Digitized by Google

ἄλλων (L. ἄλλον) φόβον ἀπεχώρησαν i. e. *ob alium metum*, ut est apud Tacitum, = *ob aliud periculum.*

Prorsus eodem modo pro κινδύνοις et ξυμφοραῖς passim τὰ δεινὰ dicit noster.

VII c. 64 § 2.

ὥστε ἐν ἐνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτέ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ a) τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες b) καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν κτἑ.

a) πεζοὶ codd.: πεζὸς cit. Kruegerus. b) νῆες codd.: ἵππῃς Gomperzius.

Merito de sententia interpolata scripsit Badhamus (Mnemos. N. S. IV p. 143):

„*Hunc locum bonis viris commendo, qui etiamnum de fide librariorum dubitare non audent, nec minus adolescentibus, ut et aliis de locis recte iudicare possint, in quibus nullum aliud remedium praeter lituram proponitur*". Thucydidem autem dedisse putat:

ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν καὶ πεζοὶ τῶν Ἀθηναίων εἰσὶ καὶ νῆες.

Cui lepide, ut solet, nec hercle sine causa obloquitur Müller-Strübing (*Polemische Beiträge* p. 19):

„Was ist damit gewonnen? der drollige Gedanke oder Ungedanke, dass die Soldaten die Schiffe sind und dass diese Schiffe an Bord der Schiffe sein werden, bleibt ja nach wie vor stehen!"

Herwerdenus (Mnemos. VIII p. 302) tentavit: καὶ ἐνθυμεῖσθε .... ὅτι ⟨ἐπὶ τοῖς⟩ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσομένοις καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ κτἑ. Mihi scriptoris manus fuisse videtur:

καὶ ἐνθυμεῖσθε .... ὅτι [οἱ] ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν [ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες] καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν.

Verisimile est verba insiticia fluxisse ex iis quae in ipso fine septimi libri de belli exitu memorantur: „πανωλεθρίᾳ δὴ τὸ λεγόμενον καὶ πεζὸς καὶ νῆες καὶ οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἀπώλετο.

VII c. 65 § 1.

τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακοσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι,

Digitized by Google

ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευήν, ὅτι ναυμαχήσουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, προηγγέλθη δ' αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν κτέ.

In contextum a Hudio receptum oportuit quod egregie coniecerat Gertzius: ὁρῶσι καὶ αὐτοῖς.

In proxime sequentibus cum Herwerdeno correxerim: τὰς γὰρ πρῴρας καὶ τῆς νεὼς <τ>ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν: proras et *superiora navium* magnam partem coriis muniverant.

VII c. 66 § 3.

ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουσθῶσι, τό γε ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἔστιν ἢ εἰ μηδ' ὡήθησαν τὸ πρῶτον κτέ.

Sequioris aetatis forma κολουσθῶσι pro κολουθῶσι quam in ordinem recipere non dubitavit Hudius meliorum librorum auctoritatem scilicet secutus et scholia Patmia, aeque vitiosa est ac scripturae ὀμοσθῆναι, ὀμώμοσται, ἠλάσθην sim. quales in membranis vel optimae notae haud raro invenies. Prorsus eodem modo apud Thucydidem a librariis peccatum est e posteriore dicendi consuetudine σ addentibus III, 54 § 1: δεδρασμένων pro δεδραμένων et III 61: ἠτιασμένων pro ἠτιαμένων.

VII c. 68 § 1.

.... καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν, καὶ [a] τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι.

a) καὶ incl. Hudius.

Aequissimum est par pari referre: hostes ulcisci unum omnium suavissimum.

Vv. πρὸς τοὺς ἐναντίους Badhamus (Mnemos. N. S. IV p. 144) induxit ut supervacanea et alieno loco posita. Idem acutissimo perspexit interpolatori qui Gylippi verba non assecutus sit, etiam reddendum esse inane fulcrum ἐγγενησόμενον (ἐκγεν. cod. B) ἡμῖν. Idem probabiliter rescripsit κατὰ τὸ λεγόμενον et πολὺ ἥδιστον. Male factum quod de his omnibus in editione Hudiana regnat altum silentium.

VII c. 69 § 2.

ὁ δὲ Νικίας .... αὖθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει,

Digitized by Google

πατρόθεν τ' ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ * Φυλὴν κτἑ.

Mire dictum. Expectes:

πατρόθεν τ' ἐπονομάζων αὐτοὺς καὶ ὀνομαστὶ καὶ ⟨κατὰ⟩ Φυλήν.

VII c. 71 § 1.

ὅ τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμΦοτέρων ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκύας πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύντασιν a) τῆς γνώμης εἶχε κτἑ.

a) ξύντασιν corr. Dukerus coll. schol.: τὰς διανοίας συνετέταντο; ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν (L. σύντασιν) τῆς γνώμης Plutarchus de Gloria Atheniensium p. 347 B; ξύστασιν Hudius cum codd.

Luculenter patet Plutarchum qui hunc locum Thucydideum excerpsit, in antiquiore exemplari suo non repperisse id quod nunc codices qui aetatem tulerunt ad unum omnes exhibent: πολὺν τὸν ἀγῶνα. Hoc quoque pro certo habendum neutrum scriptorem dare potuisse ἀγῶνα ΑΛΑCTON. Usurpare potuit uterque quod Nabero in mentem venit ἄπλετον ἀγῶνα, siquidem apud Platonem extat μάχη ἄπλετος. Quamquam haud facile dixeris quomodo ΑΠΛЄΤΟΝ corrumpi potuerit in ΑΛΑCTON. An coniectura longe aberrabimus, si ponimus Thucydidem qui passim, ut Dionysii verbis utar „ἐπὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐκλογῆς τὴν γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην λέξιν προαιρεῖται ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς κατ' αὐτὸν ἀνθρώποις, scriptorem qui lubenter tam in rerum gestarum expositione quam in orationibus vocabulis priscis et poëticis utitur, ut e. g. ἀχθηδών, νὺξ ὑπονειΦομένη, ἀκραιΦνής, ἀλγεινός, ἀμΦιδήριτος, dedisse:

ΑΛ⟨Ι⟩ΑCTON ἀγῶνα?

Cf. Hom. Il. Β 420: πόνον δ' ἀλίαστον, Β 797: πόλεμος δ' ἀλίαστος paraphr. ἀνέκκλιτος καὶ πολύς, Ξ 57: μάχην ἀλίαστον. In oculos incurrit adiectivum quod est ἀλΙΑCTON inter vv. καθεστηκυΙΑC TON facile intercidere potuisse. Quo casu praetermisso cuiuslibet lectoris erat in lacuna manifesta exarare πολύν.

Ibidem § 3.

.... εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σΦετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησαν ἄν a) .... οἱ δ' ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες ὀλοΦυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο καὶ ἀπὸ τῶν δρώμενων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο.

a) ἂν om. cod. B.

Digitized by Google

Emenda: *ἀπὸ τῶν ὁρωμένων* deleto [*τῆς ὄψεως*] et vide sis quae de notissima permutatione vv. *δρᾶν* et *ὁρᾶν* observavimus ad Thuc. VI c. 16 § 2 ubi eodem modo erratum est et *ὁρωμένου* pro *δρωμένου* reposuimus.

VII c. 72 § 2.

γενομένης δ' ἰσχυρᾶς τῆς ναυμαχίας .... οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐπικρατήσαντες τά τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο καὶ ἀποπλεύσαντες πρὸς τὴν πόλιν τροπαῖον ἔστησαν, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὑπὸ μεγέθους τῶν παρόντων κακῶν νεκρῶν πέρι a) *ἢ ναυαγίων οὐδ' ἐπενόουν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν.*

a) *πέρι* exp. Herwerdenus.

ἀναιρεῖσθαι τὰ τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς est eorum qui superiores e proelio navali discedunt: victis fide publica interposita petentibus concedi fere solet ut ipsi quoque suorum caesorum corpora tollant; hostes vero rogare ut navium fractarum reliquias per otium colligere sibi liceat, id ne animum inducere quidem possunt miseri victi. Quae si recte disputata sunt, sequitur interpolatori deberi istud *ἢ ναυαγίων* desumtum, ut plerumque fit, e proxime praecedentibus. Sana sententia est:

οἱ Ἀθηναῖοι ὑπὸ μεγέθους τῶν παρόντων κακῶν νεκρῶν [*πέρι ἢ ναυαγίων*] *οὐδ' ἐπενόουν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν.*

VII c. 75 § 2.

*δεινὸν οὖν ἦν οὐ * καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων, ὅτι τάς τε ναῦς ἀπολωλοκότες πάσας ἀπεχώρουν καὶ ἀντὶ μεγάλης ἐλπίδος καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πόλις κινδυνεύοντες, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ στρατοπέδου ξυνέβαινε τῇ τε ὄψει ἑκάστῳ ἀλγεινὰ καὶ τῇ γνώμῃ αἰσθέσθαι.*

Locus de cuius interpretatione inter vv. dd. minime constat. Cf. Classen Anhang p. 168. Salva res est, si quid video, inserto articulo *τό*:

<τὸ> καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων.

Sic demum cum nonnullis vertere licebit: *Acerba res erat, non tantum si in unum contracta summa calamitatum spectetur etc.*

Ibidem § 4.

Discedentem Atheniensium exercitum commilitonum vulnera-

Digitized by Google

torum et aegrotorum quos vivos relinquere coacti erant, etiam magis quam mortuorum miserebat.

πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι ἐς ἀπορίαν καθίστασαν .... εἴ τῳ δὲ προλίποι .... τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλιγων a) ἐπιθεασμῶν καὶ οἰμωγῆς (οἰμωγῶν?) ἀπολειπόμενοι κτέ.

a) ὀλίγων codd. Mss. et Suidas in v. ἐπιθειασμοί: συχνῶν cit. Poppo; λυγρῶν Heilmann; ἀλόγων Madvig: οἰκτρῶν v. Herwerden; λιγέων Kothe; ὠμῶν Hude; vocem delere malunt Krueger et Stahl.

Thucydidem scripsisse suspicor: μετ' οὐκ ὀλίγων ἐπιθεασμῶν, quemadmodum apud Platonem Apol. Socr. 34 C legimus: ἱκετεύειν μετὰ πολλῶν δακρύων. Quibus verbis deinde hunc in modum superscriptum interpretamentum:

οὐκ ἄνευ πολλῶν
μετ' οὐκ ὀλίγων

confusionem peperisse.

VII c. 77 § 1:

.... ἐλπίδα χρὴ ἔχειν .... μηδὲ καταμέμφεσθαι ὑμᾶς ἄγαν αὐτοὺς μήτε * ταῖς ξυμφοραῖς μήτε * ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις.

μέμφεσθαι vel καταμέμφεσθαί τινά τινι, *succensere alicui ob aliquid* in tota Graecitate, quod sciam, sine exemplo est. Certa analogia docet utique restituendum esse: ⟨ἐπὶ⟩ ταῖς ξυμφοραῖς et ⟨ἐπὶ⟩ ταῖς κακοπαθείαις. Cf. Polyb. V. 87. 4: (ὁ Πτολεμαῖος) βραχέα προσαναταθεὶς καὶ καταμεμψάμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις τὸν Ἀντίπατρον.

VII c. 87 § 1 seq.

τοὺς δὲ ἐν ταῖς λιθοτομίαις οἱ Συρακόσιοι χαλεπῶς τοὺς πρώτους χρόνους μετεχείρισαν. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας καὶ * ὀλίγῳ πολλοὺς οἵ τε ἥλιοι τὸ πρῶτον καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει διὰ τὸ ἀστέγαστον καὶ * αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι τοὐναντίον μετοπωρινὰι καὶ ψυχραὶ τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον * πάντα τε ποιούντων αὐτῶν διὰ στενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ προσέτι τῶν νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις ξυννενημένων, οἵ τε ἐκ τῶν τραυμάτων καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπέθνῃσκον, [καὶ] ὅσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ καὶ λιμῷ ἅμα καὶ δίψῃ ἐπιέζοντο κτέ.

In his verbis primum necessario supplendum est: ⟨ἐν⟩ ὀλίγῳ

Digitized by Google

πολλούς (cf. IV, 26: στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο; IV, 96: κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ): in loco cavo erant captivi *multique conferti in spatium exiguum*; deinde corrigendum: οἵ τε ἥλιοι τὸ πρῶτον .... ΚΑΙ⟨ΤΑ⟩ (κᾆτα) αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι; tum maioris interpunctionis nota distinguendum post ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον ubi sensus clauditur; postremo, ut in initio apodosis, ante ὀσμαὶ expunxerim coniunctionem.

HC — ωC.

AD ODYSSEAE ω 30.

Triste Agamemnonis fatum miseratus Achilles:

ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἥς περ ἄνασσες,
δήμῳ ἔνι Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν!

In quo enuntiato cum genitivo ἥς non sit locus, — nam τιμὴν ϝανάσσειν nihil est, non potuit igitur τιμῆς ἥς ἐϝάνασσες attractione nasci, — Naber coniecit ἧς περ ἔχεσκες, remedio non ita leni usus. Equidem suspicatus non verbum sed pronomen vitio laborare tentavi ὥς περ ἄνασσες vel ὡς ἐϝάνασσες. *Utinam honeste, ut vixisti, sic mortem obiisses!*

Saepe permutatas esse litteras H et ω norunt omnes qui palaeographiae non sunt ignari. Luculenta quaedam exempla ex Homero afferri sinit spatium in hac pagina relictum.

Ψ 726: Ulixes Aiacis 'κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχών. In papyro antiquissima est πήληκα, agnoscimus autem paradiorthoma, nam κήληπα legere sibi visus est qui ita scripsit.

ν 222: Minerva in Ulixis conspectum venit ἀνδρὶ δέμας γεϝικυῖα νέῳ, ἐπιβώτορι μήλων. In bonis codicibus est ἐπιβήτορι et docte mehercule explicatur.

χ 85: Eurymachus ab Ulixe percussus κάππεσεν ἰδνωθείς. In codicibus nonnullis est δινωθείς, in optimis δινηθείς.

Addo unum et alterum exemplum ex Aristophanis fabulis:

Av. 1582: ἀλλ' ἐπίκνῶ τὸ σίλφιον. Imperativum ἐπίκνη e scholio restituit Dobree.

Fragm. 387: *dulce est agricolae audire vocem* τρυγὸς εἰς λεκάνην ὠθουμένης. Immo ἠθουμένης! Non pellitur vinum sed percolatur. Verum restituit vHerwerden.

Thesm. 1029 sqq: „*Eheu*", personata luget Andromeda, „οὐ χοροῖς οὐδ' ἐφηλίκων νεανίδων κῶμον ἔστηκ' ἔχουσα!" — Sic scribendum, sed in codice unico est κημὸν.

v. L.

Digitized by Google

CAROLI GABRIELIS COBET OPERUM CONSPECTUS.

